L. ALLAT
DE. PATR
HOMER

Ex libris Abrahami Girard. 1668

LEONIS ALLATII DE PATRIA HOMERI.



LVGDVNI,
Samptibus LAVRENTII DVRAND.
M. DC. XL.
Cum Approbatione & Permissu.

EMINENTISS.mo PRINCIPI

FRANCISCO BARBERINO

S. R. ECCLESIÆ CARDINALI
VICECANCELLARIO,

LEO ALLATIVS F.

QVANTVM reliquas literas Græcæ exuperent, Græcorúmque ſtudia inter alia & decore, & fructu commendatiora emineãt, Eminentiſſime Princeps, *iam multò antè omnes ſatis perſpectum habuêre, & nunc magnitudine, & vtilitate metiuntur:* ἄριστον μὲν ὕδωρ, ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ ἅτε διαπρέπει νυκτί. *Dum tantæ rei cauſam curioſiùs inueſtigo, illud potiſſimùm occurrit, nec viâ egredior, ſummi Principis, nec degeneris* ἀτιδεῦς *in illis excolendis, & lucubrandis curam, tantã illis ſtudiis dignitatem conciliaſſe, vt iam probri loco ſit probo virò, ſi quæ Maximus ille ſua exercitatione celebrat, iji*

ipſe in exemplo laudatiſſimo pro modulo virium non inhæreat. Summum Principem, quem cultu in terris adoro, ſilentio veneror.

Te verò, tuámque in ſtudiis hiſce, ac artibus promouendis induſtriam, quin & indefeſſam in illis illuſtrandis conſtantiam, is qui in earum ſplendore velut primas ante alios tenens, caput non ſine omnium admiratione extollit, HOMERVS *meus, impensè admiratus, iam iam in lucem è tenebris erumpere geſtiens, vt Patriam ſibi iampridem multis nobiliſſimarum vrbium contentionibus ereptam, nunc tandem redditam inuitat. Te* Eminentiſſime Princeps, *Patronum adoptat, ne recuperatam rurſum contentioſorum diſſenſionibus amittat, atque iterum peregrinus, & extorris exulare cogatur.*

ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον, *aiebat alter Philoſophorum ſummus & meritò. Similitudo namque ſtudiorum animos hominum beneuolâ charitate deuincit.*

uincit. Opem ergo tuam; nec illam tardam expectat. Patriam quam tuo beneficio habet, & à tuis; quando ego tuus sum, & quidquid vel ingenio, vel calamo, vel vigiliis molior, id totum non aliunde, quàm è penu locupleti tuo promatur; enixè vt defendas peroptat, ac rogat.

Σοὶ δ᾽ ἔπι μὲν μορφὴ ἐπέων, ἔπι δὲ φρένες ἐσθλαί,
Μῦθον δ᾽ ὡς ὅτ᾽ ἀοιδὸς ἐπισταμένως κατέλεξαι.

Et hæc quidem de Homero. De Auctore tantùm dixero, eum in re tenuissima, à qua ne discederet, materiæ ipsa continuatio suasit, experiri voluisse ingenium suum, & scriptione ipsa opus in tantam molem excreuisse: & quanquam in eo argumenta agnoscit, quibus à nuncupatione tanti nominis absterreatur, id demum Humanitate Tuâ, & in omnes propensâ beneficentiâ, à semet impetrasse, vt volumen, qualecunque illud fuerit, vel Tui Nominis claritate emergeret, lucémque compararet sibi; si vnquam, dum per grauiora ne-

gotia anterioribus ſtudijs immorari licet, lectione tuâ dignatum, omnibus teſtatum faciet ſe non ingratum Tibi, nec mihi indecorum ad Amplitudinis tuæ manus acceſſiſſe. Viue diu felix, & quos in benè, proſperéque gerenda Republica annos inſumis, ἑκατονταπλασίωνας *feliciter imple.*

AVCTOR
LECTORI.

CVM de Patria Homeri Opuſculum concinnarem, &, quæ in rem meam facere videbantur, hinc & illinc recolligerem, examinarémque ſingula, præcipuum illud, nec in hac materia contemnendum, Numiſma nempe Chiorum, quo ſibi vindicabant Homerum, expendens, vnà mecum, & non ſine ſuſpirio indolui, tam improbè cum Chijs à tempore geſtum eſſe, vt cùm alij ſimilia vel viderint, vel exſculpta in publicum emiſerint, hac ætate nullum ſupereſſet, quod oculatis, nec tam facilè credentibus hominibus fidem faceret. Et licet in Muſęis Romanis ſedulus perquiſierim, ſemper tamen irrito labore ad aliorum teſtimonia recurrendum mihi fuit. Hinc, vt potui, ex ſententia aliorum, quod

ipſe non videram, Numiſma Chiorum in Opuſculum retuli: illúdque Typographis Lugdunenſibus, vt euulgarent tranſmiſi. Dum Liber aliorum miſeranda, & lacrymabili noxa, peſte ſcilicet, bono tamen ſuo in longiores moras protrahitur, factum eſt, vt intereà, & Libri edendi defectus, & deſideriũ meũ Eminentiſſimo Principi *FRANCISCO BARBERINO* exponeretur. Is ſtatim recordatur, (nemo enim omnium eſt, qui vel à ſe lecta, vel percepta auribus, accuratiùs comprehendat, & acriori memoriâ animo affigat,) in opulentiſſimo ſuo, ac rerum antiquarum, earúmque propè innumerarum Cimeliarcheo, Numiſma Chiorum extare; imperátque pro ſua humanitate, vt de eo mihi copia fieret. Vt iam vno eodémque tempore videas immenſam Principis pro ſimilibus rebus conquirendis pecuniarum profuſionem, & in adjuuandis aliorum ſtudijs non minorem humanitatem, ac largitatem. Vt enim verum fatear, plus ille de commodis publicis bene merens gaudet, quàm de rerum reconditarum poſſeſſione.

Numiſma quamuis non ita magnum, affabrè tamen, & ſatis concinnè ex ære factum eſt. Figuræ in eo perbellæ, non

quas

quas ſequiora ſecula, ſed quas antiquitas ipſa dum artes florerent omnes & ſculptura potiſſimùm, non ſine poſteriorum admiratione in aliorum exempla effinxit; vt hinc manifeſtò appareat Numiſma illud ante Chriſti tempora, florentibus rebus Ghijs, cuſum fuiſſe: in effingenda enim Homerica imagine artifex, ſententiâ probatiſſimorum, qui hac tempeſtate vigent, ſculptoris operam non illaudabilem inſumpſit.

Videntur verò ex vna parte Ciuitatis inſignia, Sphinx ſcilicet tricorpor; puella formâ, & vultu lepido, ac venuſto, viribus integra, habitu nonnihil efferata, capillamento ſpiſſo, crinibus intortis tæniâque colligatis, quæ demum per vtramque colli partem effunditur, mammis prominulis, alis expanſis ſublatiſque, pedibus ac vnguibus Leoninis, cuius imaginem, in quam & deſinit, adamuſſim repræſentat, caudâ elatâ, incuruatâque aduerſum S referens, pedibus poſterioribus plicatis quaſi accumberet, anteriori ſiniſtro recto terram calcat, dexter Lyræ ſubiacenti declinatæque, ſiue illa trichordos ſit, ſiue tetrachordos, fugiunt enim oculorum aciem chordæ, cornu innititur. Lyra

eſt duorũ cornuum vt è bouino capite in ima parte erumpentium, quæ ſenſim expanſa antequàm in ſuprema parte extenuata in ſemicyclum deſinant, in ſeſe inclinata iugum ſuſtinent; in quo chordæ appenſæ in ima deferuntur cum cornibus in baſim non admodum quadratam, ſed circa cornua paulùm acuminatã: In extrema parte ſub Sphingis baſi ſtellula eſt. Circùm inter caudam, alas, faciem, & pedes anteriores non iunctim, ſed diuiſim ΧΙΩΝ inſcribitur. Et hæc quidem ex vna parte Numiſmatis ſunt. In altera homo prouectæ ætatis manibus volumen euolutum tenens, ſellæ inſidet, barbæ impexæ, nec adeò longæ, concreti cinni promittuntur. Oculi caui ac fixi, ſupercilia hirſuta contractáque, rugæ frontis, plicæ denique faciei omnes meditantis, ac aliquid parturientis ſunt: totus denique eſt in lectione voluminis: ab humeris & pectore ad ipſos pedes, & vinctúras manuum tunicâ talari, fluentique contegitur: ab humero pallium ſub brachio, coxendicéque, ſed magnificè plicatum latè diffunditur. Sella variè ſtriata nodis, iiſque varijs exornatur, quæ à floſculis veluti liliorum incipiens, in eoſdem floſcu-

floſculos deſinens baſi fixos extenuatur: Sellæ pedes vt firmiores ſint, vinculo ex eadem materia colligantur, quemadmodum & brachia, in quæ ſedens Homerus humeris innititur: ante Homeri faciem, & poſt terga diuiſim legitur ΟΜΗΡΟΣ. Et hoc quidem Numiſma Chiorum eſt. Id vt attentiùs conſideres, vſurpes etiam oculis, provt libitum fuerit, hîc ex ęreo Barberino non minus eleganter, quàm feliciter ab Andrea Sacco, Pictore hac ætate præſtantiſſimo, laudatiſſimôque delineatum tibi repræſentamus.



Hoc eſt, vt vides, Barberinum Chiorum Numiſma, longè ab alijs, quæ in hunc diem impreſſa ſunt, diuerſum, de quibus plura dicere alius erit opportunior locus. Modò tamen hoc, ſed quàm breuiſſimè fieri poterit, examinabimus. Chiorum itaque inſigne ſed magis, præcipuum, Sphinx fuit, quam variè non tantum Chios, ſed alios etiam effinxiſſe, antiquitatis ipſa reliqua monumenta teſtantur.

Atta-

Attamen Chiorum non ea fuit, quam Troglodytria, & AEthiopia inter ſimias, vt refert Plinius, vno ſi excipias pilo, feritatéque, homini ſimillimam, fuſco pilo, & mammis in pectore geminis, in theſauros maxillarum cibum condentem, móxque inde ad mandendum manibus expromentem, generant: nec diſſentiunt Solinus, AElianus, Diodorus, & ante hos Agatharchides in excerptis apud Photium in Bibliotheca, qui eam placidam, verſutam, artis non incapacem, & docilem ad feritatis obliuionem eſſe affirmant. Non hæc, inquam, Chiorum Sphinx fuit, ſed quam fabuloſa Poëtarum commenta, & Thebanorum acerbiſſimæ clades nobilitant, corpore triformem. Auſonius in Grifo Ternarij:

Terruit Aoniam volucris, Leo, Virgo triformis,
Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

De ea Palæphatus de Incredibilibus, Apollodorus lib. 3. Bibliothecæ, Diodorus Siculus lib. 4. Statius in Thebaide, Michaël Pſellus in Allegoria, & ex recentioribus Bellonius, Pierius Valerianus, Antonius Auguſtinus, Michaël Mercatus, Lauren-

Laurentius Pignorius, Franciſcus Sanctius,& alij.

Hinc mendum eſſe in Diodoro lib. 3. qui Sphingem δίμορφον θηρίον, *biformem feram* vocat, ſuſpicabar, & loco illius τρίμορφον reponendum. Sed cum poſtea comperiſſem in AEliano de Hiſtor. Anim. lib. 18. cap. 38. alatam ab omnibus depingi. τὴν σφίγγα ὑπόπτερον γράφουσί τε, καὶ πλάττουσι πᾶν ὅσον περὶ χειρουργίαν σπουδαῖον, καὶ πεπονημένον. *Sphingem quicunque vel picturæ, vel plaſticæ operam dant fingere alatam ſolent*, & antea eam διφυῆ, καὶ δίμορφον vocarat, καὶ τὴν σφίγγα μέντοι τὴν διφυῆ αἰγύπτιοί τε χειρουργοὶ γλύφοντες, καὶ θηβαῖοι μῦθοι κομπάζοντες δίμορφον ἡμῖν πειρῶνται δεικνύναι σεμνοῦντες τῇ τε τοῦ παρθενωποῦ, καὶ τῇ τοῦ λεοντώδους σώματος κράσει αὐτήν. *Sphingem quoque AEgyptij, qui ſculpturam exercent, & Thebanæ fabulæ duplici naturæ conformantes, biformem nobis conantur repræſentare ipſam ex corpore Virginis, & Leonis compoſitam architectantes.* Benè AElianum,& Diodorum locutos exiſtimo, neq; ſibi ipſis, neque alijs in exponenda figura Sphingis cõtraire: ideóque neque aliquid immutãdũ. In Sphinge ſiquidem, ſi feram conſideremus, biformis tantùm eſt, cum duplicem cã & Leonis,& Virginis ſpeciẽ præ ſe ferat, à qua omnino alæ excluduntur, quæ inter feras locũ non habent,

habent, licet partes feræ ſint, non ita tamen vt feram indicent, cuius partes ſunt, quemadmodum & facies humana puellam, & pars poſterior Leonem: quare licet tricorpor verè ſit, biformis tamen non incommodè dici etiam poterit.

Ioſephus Scaliger Animaduerſ. in Chron. Euſebij, cuius verba in hoc Opuſculo cap. 13. exſcripſimus, Sphingem Græcorum à Sphinge AEgyptia differre ſcribit, quod illa ſit capite velato ſine alis; Græca capite nudo, capillis compoſitis, pennata. Hæc tamen ſi Tabulæ nos Iſiacæ à Pignorio editæ, & Theſauros Hieroglyphicorum à Ioanne Georgio Heruarto euulgatus non fallant, vt non fallunt; à vero auerſa ſunt, in illis enim Sphingas, eâſque frequentes, & capillitio in cæſariem conuoluto, etſi non demiſſo, ſed ſupra caput in aëre effuſo, & alas extenſas, eâſque maximas intuemur. Quamuis autem in platea Capitolij, vel alibi Sphinx ſine alis, &, vt apparet, capite velato videatur, non inde tamen argumentari licet, ſemper eodem modo fabrefactas apud Ægyptios fuiſſe. Et Græcam cum AEgyptia eandem fuiſſe indicio etiam erit; nam in hiſce Tabulis conſpicitur alia quædam Sphinx,

quæ

quæ non puellam, ſed barbatum hominem, eúmque prouectæ ætatis refert, eandem tamen abſque vllo diſcrimine apud Græcos in vſu fuiſſe, vel Numiſmata ipſa Chiorum, qui Sphingem offerunt, ad probandum ſatis eſſe poſſunt, cùm loco puellaris faciei, barbati hominis circumducant.

Cauſa, ob quam Sphingem huiuſcemodi Chij in Numiſmatibus poſuêre, aut Delphis ab Oraculo, aut ab Hammone, vel Dodona petenda eſſet, quando & Oedipus ipſe coniector hæreret. Quis in Chiorum animos, cùm monumenta non ſuppetunt, penetrare modò poterit, vt ſenſum, aç ſcopum inde extorqueat? eóque potiſſimùm quòd Sphingem non tum primùm, cùm Homerum ſibi vindicarent, ſed multò etiam antè, vt probabile eſt, pro inſigni habuêre. Dicam quæ modò memoria ſuggerit. Sphinx ab Oedipo ipſo, vel etiam antiquior, quando ab AEgyptijs promanauit, ſapientiam, & naturæ arcana ſignificat: ideóque de rebus naturæ quæſtiones proponit, quas vbi ſegniora ingenia non deprehendunt, ac ſi nulla eſſent, neceſſe eſt, vt occidant: ſi ſecreta acumine deprehenderint, quaſi ſuperiora facta, naturæ ipſius vires eneruant, hinc ea intermori

moti dicitur. Psellus item Sphingem pro natura humana, allegoriâ non illepidâ accepit, acutéque partes illius in homine componendo, vnicuíque cum alia communionem exposuit. Allegoriam Psellianam aliàs editam legi etiã in peruetusto, ac miserè lacero Codice Manuscripto Viri cum liberali eruditione in Philosophicis expertissimi, in illîsque colligẽdis ingeniosissimi Alexandri Cherubini, in quo præter Allegorias Psellianas, & aliorum elegantissima scripta, alia eiusdem Pselli rara & præclara monumenta tum Philologica, tum Philosophica continentur, & mihi adhuc alibi inuisa, licet vbique tineis, carieque exesa, mutiláque sese obijciant, quibus Diatriba mea de Psellis multò auctior fieri posset, & spero aliquando futurã. Propterea etiam Sphinges pro foribus templorũ apponi solebant, quasi rerum sacrarum conseruatrices: neque nisi illas transilierit, aditus alicui in ipsa sacrorum adyta patebat. An ergo Chij sapientiam sibi præ alijs vindicantes Sphingem vniuersæ Græciæ proponebant, quasi dicerent, se auitam religionem conseruare, & sapientiæ arcana non nisi Chijs φρονηταῖς haberi posse?

At

At Sphingem ignorantiam esse alij tradunt. Alciatus Emblem.87.

Quod monstrum id? Sphinx est. Cur candida Virginis ora,
Et volucrum pennas, crura Leonis habet?
Hanc faciem assumpsit rerum ignorantia: tanti
Scilicet est triplex causa, & origo mali.
Sunt quos ingenium leue, sunt quos blanda voluptas,
Sunt & quos faciunt corda superba rudes.

Et ante Alciatum Cebes Thebanus: ἡ δὲ ἀφροσύνη τοῖς ἀνθρώποις σφὶγξ ἐστιν. *Stultitia hominibus Sphinx est.* Et confirmat Diogenes apud Dionem Chrysostomum Orat. 10. ἐγὼ δὲ ἤκουσα λέγοντος, ὅτι ἡ σφὶγξ ἡ ἀμαθία ἐστί. ταύτην οὖν καὶ πρότερον διαφθεῖραι τοὺς βοιωτοὺς, καὶ νῦν οὐδὲν αὐτοὺς ἐῶσαν εἰδέναι ἅτε ἀνθρώπων ἀμαθεστάτους. *At ego audiui quendam, qui diceret Sphingem esse inscitiam. Illa quidem & antea perdidit Bæotos: & modò eos nihil siuit nosse vt pote hominum indoctissimos.* Chios propterea dicerem bonis artibus ignorantia ex vrbe eiectâ, contra ignorantiam triumphum erexisse, idque palam omnibus Numismate fecisse.

Si ad historiam referendum esset, dicerem Chios, de dominio maris cum reli-

quis Græciæ vrbibus decertantes, pugnâ initâ cum Bœotis illos debellaſſe, ideóque ſuæ victoriæ ſignũ Numiſmate tunc excuſo, ad alias Græciæ Ciuitates demãdaſſe. Vel etiam hoſte, aut duce quopiam fortè etiam ſic appellato, qui eos latrocinijs vexabat, deuicto, memoriam tanti facinoris Sphingis imagine expreſſiſſe; quemadmodum & Demochares Athenienſis in Ithyphallico, Demetrio Poliorcetæ dicto, vt ex Duride Samio ſcribit Athenæus, ducem neſcio quem Caſſandri Sphingem vocauit, τὴν δ' οὐχὶ Θηβῶν, ἀλλ' ὅλης τῆς Ἑλλάδος σφίγγα περικρατοῦσαν Αἰτωλίδα. *Verum non Thebanorum, ſed vniuerſæ Græciæ Sphingem dominantem AEtolida.* Neque nouum id fuerit, cùm moris fuerit antiquorum etiam ad pedes Deorum effingere monſtra ab eis domita, vt de Dracone ad pedes Palladis effícto ſcribit Pauſanias, quæ poſtea aliquando vel in clypeis, vel in ſcùtis, vel aliquo alio loco appoſita ſunt, ne ſingula commemorem. Sed de Chiorum Sphingis varia forma, alijſque cùm ea coniunctis alibi plura.

Lyram, cùm de Homero tractaretur, Sphingi, cui aliàs vaſculum, vel aſſarium, aliàs racemum vuæ dederunt, appinxêre. Non enim conuenientius Poëtæ inſtrumen-

mentum Lyrâ eſt, aut Cithara,& Homero præcipuè, qui Lyræ à Mercurio inuentæ narrationem in Hymnis decantauerat: vel Lyram applicaſſe Homero: nam quemadmodum Lyræ varijs, ac diſcordibus ſonis vnus ſuauíſque concentus abſoluitur, nec diſiunctiſſima illa tonorum diuerſitate, & vocum contentione animus humanus in varia abſonáque diſtrahitur, ſed in diſſidenti modulo emollitus, concordans ſibi,ac paſſionibus temperans, & fera aliàs corda bona diſciplinarum fruge moderans, diſſona à concinnis diſcernit, & rationi morigerus libens ſeruit; ita Homerica doctrina homines alioquin immanes, ac immiſericordes feritatem exuunt, & vires improbitate efferatas reprimunt, poſtmodum veluti eodem prognati ſanguine in mutuam conſuetudinem ſe inſinuant, & amicitiæ, ac concordiæ vinculo conſtricti, veluti ciues ſummâ beneficiorum neceſſitudine muniuntur. Hinc ſaxa, & arbores, & quod difficilius eſt, excordes hominum mentes Lyræ Orphicæ modulamine conſopitas, Orpheo morigeratas, obſequentéſque fuiſſe finxit antiquitas: & Amphionis vſque ad extructionem vrbis ſaxa proſecuta imperium, humerôſque

vice Cathedræ ſubieciſſe Delphinos Ario-ni : quibus ne hilo quidem inferiorem ſitum Chios Homerum exiſtimans, Lyram Homero appinxit. Niſi id etiam innui cenſeas, poſt hoſtem debellatum, quem ſub Sphingis imagine repræſentarunt, Lyram ideo appoſuiſſe, vt vnanimem ciuium, vel amicorum inter ſe ad expellendos aduerſarios conſenſum ſignificarent, quos non tubis, aut claſſico, ſed Lyræ concentu, quemadmodum Lacedæmonij, propulſuri erant.

De ſtellula quæ conſpicitur in ima parte Numiſmatis etſi plura dicere poſſim, illud ſatis eſſe exiſtimo, ſi dixero, ſtellulā illā nihil aliud eſſe, quàm ſignum, quemadmodum & hoc temporis fit, vel ſculptoris, vel fuſoris, vel illius, qui numis cudendis præerat.

Volumen in manibus Homericis explicatum, in quod Homerus oculos figit, quaſi ea, quæ in eo ſunt, percurrat, Poëmata ipſius Homeri notat. Et malè ſine dubio ab alijs, quid inter antiquorum volumina, & libros hoſce noſtros in paginas diſſectos interſit, neſcientibus, liber, qualis noſtra tempeſtate fieri ſolet, manibus Homeri apponitur : AEuo namque Homerico quem-

quemadmodum & posteriori, per multa sæcula Voluminibus, aut Tabellis non Libris nostris vtebantur, quorum tantùm vsum ab ipsa charta inuenta promanasse non dubito. Sed illud non ita omnibus obuium est. Volumina enim antiquorum à summo vertice ad imam partem, quam vmbilicum dixerunt, legebantur, & dum inferior pars euoluebatur, conuoluebatur superior, ne extensione Voluminis lectores impedirentur: hac enim ratione pars, quæ legebatur, solùm patebat, quâ lectâ, explicabatur inferior, cōplicabatur superior. At in Homerico Volumine, quod nobis Chiorū numus repræsentat, aliter fit. Volumen namque non à suprema parte ad imam percurritur, sed apertum, ita vt sinistrę initium operis adhæreat, reliqua dexteræ vt σελίδας, & καταβατά ex aduerso legenti exhibet, quibus perlectis, & complicatis aliud καταβατὸν explicabatur. Pagina enim, siue pars Voluminis à supremis ad ima scripta κάταβατὸν, quasi è loco superiori ad inferiorem descendens dicitur: vacuum inter paginas scriptas σελίδες sunt Hesychio, & Suidæ. σελίδες τά μεταξύ διαφράγματα τῶν διαστημάτων τῆς νεώς. καθάπερ καὶ ἐν τοῖς βίβλοις τὰ μεταξύ τῶν παραγραφῶν. Et, Σελὶς τὸ μέσον τῶν δύο κα-

ταβατῶν ἄγραφον τυγχάνον.

Hinc mirari ſubeſt, quanam ratione ex Suida Criſpinus, Scapula, aliíque in Lexicis aſſerunt eſſe ſpatium, & vacuum, ſiue mundum inter duas lineas, cum lineæ non deorſum legantur, & cum καταβατὸν, & σελὶς, ſiue σελίδιον pro eodem aliquando vſurpetur, modum illius legendi à lectione verſuum diſcriminans Suidas ſcripſit: ϛίχον ἐστὶ τὸν κατὰ τὸ κοινὸν ἔθος ὀνομαζόμενον ἀπὸ ἀριστερῶν ἐπὶ δεξιὰ ἀναγινωσκόμενον. σελίδιον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῶν ἄνωθεν ἐπὶ τὰ κάτω. nihil accommodatius dici potuit. Hæc quippe conſiderantur in pagina ſcripta, verſus, & ſcriptura ipſa verſibus paginam quaſi aream implens: in his illam differentiam ponit, verſus à ſiniſtris in dexteram progrediendo, vt nunc moris eſt, legitur; paginam ipſam ſcriptam, quæ eſt καταβατὸν, licet à nonnullis etiam dicatur σελὶς, à ſuperiori parte in inferiorem gradum facientes legimus; ſpatium verò mundum, quod eſt inter duas areas ſcriptas, quas Heſychius vocauit περιγραφὰς, quaſi literis, & verſibus circumſcriptas σελίδα, non album inter verſus nominarunt. Et alia comminiſci, & aliam, atque aliam linearum legendarum rationem excogitare, præter mentem Auctorum eſt. Volumen ergo

hoc

hoc Homericum in paginas seu perigra-
phas distinctum, vna pagina seu περιγραφή
expedita, conuoluta ea parte Voluminis in
capulo, alterã, quæ ad vmbilicũ ducit, ex-
plicat, quod non ita cõmune est, cùm sal-
tẽ hac nostra ætate Volumina etiã antiqua,
quæ ad manus peruenêre, legantur omnia
vt iam diximus à capite ad pedes, cir-
cumscribantúrque vna tantum περιγραφῇ
seu paginâ, in quibus frustra σελίδα con-
quiſiueris, cùm vnius καταβατοῦ, & potissi-
mùm si nõ est opisthographũ, volumen sit.

Adnotarunt alij ante me in alijs etiã non
tantùm Numismatibus, sed Marmoribus
ad nos transuectis Homericas imagines,
vt plurimùm vittâ, seu tæniâ capite cinctas
conspici. Ne plura hîc congeram, Capita
Victorum, Regũ, Imperatorum, Sacerdo-
tum, Vatum, Poëtarum, Virginum redi-
miri vittâ, vel tæniâ testatissimum est.
Hinc honos Homero à Chijs delatus, &
tæniâ huiuscemodi propositus, eum sen-
tentia Chiorum primum locum inter alios,
propter facinora, quæ tæniâ cohonestan-
tur, occupasse, & vt Victorem, & vt Du-
cem, & vt Sacerdotem, & vt Vatem, &
vt Poëtam, & vt Virginem demum; quan-
do, vt in Opusculo nostro innuimus, &

ferè explicat Suidas, ob eandem cauſam, quòd voluptatibus non ceſſit, Cæcus appellatus ſit: eum non tantùm, vt de tota Græcia benemeritum; ſed etiam vt Doctorem omnium & προπάτορα, καὶ ἀρχέγονον τῶν φιλοσοφικῶν, καὶ πολιτικῶν λόγων, *primum parentem, auctorémque Philoſophicorum, & ciuilium ſermonum.* & κορυφὴν ἁπάντων.

Καὶ σκοπὸν ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα, Καὶ πᾶσαι κρῆναι.

Verticem omnium, & quaſi ſcopum, ex quo cuncta flumina, cuncta maria, cunctique fontes. tæniâ, vittâque non aliter ac Reges, & Imperatores coronant.

Et ne illi ſublimius, & auguſtius inter ſummorum Principum ornamenta deeſſet, ſellæ inſidentem exprimunt, vt ipſe ſcilicet quieſcens, cæteris honoribus firmis, ac perēnibus gaudeat, & imperiū ſine fine poſſideat. Doctrinę etiā cauſa cathedrā decernunt, & ſeſſione Iudicis officiū indicāt: qui enim iudicium adminiſtrat, ſedet, majeſtatem ſibi concilians, & grauitatem. Gregorius Papa Homil. 36. Radulfus Ardens ſerm. 68. Chryſologus ſerm. 83. & alij. Et vt magis admireris, ſella hac, quaſi apotheoſi quadam, inter Deos ſuos collocant, non inſueto alijs exemplo.

Nota in hoc Numiſmate, alieno à Ro-

manis more, tunicam manicatam. Veteres enim, vt auctor est Gellius non sine probro manicatis tunicis indui solebant: & Virgilius Numanum Phrygibus exprobrantem inducens 9. AEneidos scribit:

Et tunicæ manicas, & habēt rediminicula mitræ.

Tunicis itaque manicatis vti ex Gellio aliisque turpe fuit. Ergo Græci, qui eas deferunt turpitudine non vacant. Nolo hîc disputationem ingredi, honestiúsne sit, & decentius, artus quoquo modo coopertos habere, an discoopertos, & ante oculos omnium proponere. Illud certum est, Romanis etiam ipsis non abnuentibus, non omnibus, omnia eadem esse turpia, atque honesta, sed multa, quæ apud Græcos indecora institutis Maiorum existimantur, ea apud Romanos in laudibus esse, & multa, quę apud Romanos ab honestate remota ponuntur, ea apud Græcos & grata, & laudabilia duci. Hinc apud Græcos pugilem Olympionicen esse propè maius, & gloriosius fuit, quàm Romæ triumphasse: Lacedæmonijs pueris furari, modò laterent, & non deprehenderentur in furto manifesto, honestum: Musice apud eos, & saltatio, neque à Principis, neque à Philosophi persona abfuit; quæ omnia moribus Romanis in vitijs pone-

bantur. Sic Romanorum Vxores in conuiuium duci; & Matremfamilias primum locum tenere ædium, & in celebritatibus versari non pudebat, quæ multò aliter fiebant in Græcia. Vide, quæ optimè super hanc rem animaduertit Cornelius Nepos in principio Operis de Vitis excellentium Imperatorum. Et conclude ex Plutarcho in Themistocle: νόμοι διαφέρουσιν ἀνθρώπων. ἄλλα δὲ ἄλλοις καλά. καλὸν ἢ πᾶσι τὰ οἰκεῖα σώζειν, καὶ κοσμεῖν. *Leges hominum inter se differunt, alia autem alijs pulchra, atque honesta. Honestum porrò omnibus est, quæ propria sunt seruare, & ornare.* Et Constantinus Porphyrogenneta de Administr. Imper. cap. 13. ἕκαστον ἔθνος διάφορα ἔχον ἔθη, καὶ διαλλάττοντας νόμους τε, καὶ θεσμοὺς, ὀφείλει τὰ οἰκεῖα κρατεῖν, καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἔθνους τὰς πρὸς ἀνάκρασιν βίου κοινωνίας ποιεῖσθαι, καὶ ἐνεργεῖν. *Vnaquæque gens cum diuersos habeat mores, diuersas item leges, ac instituta, retinere sua, & ex proprijs illius gentis publicam vitæ communionem instituere debet.*

Non itaque Græcis probro tribuendum est, licet id in vitijs ponatur apud Romanos, manicatis tunicis vti.

Pallio tandem vt Naturæ Mystam amiciunt, & quem iam animo Philosophum nouerant, Philosophorum etiam indumento

mento cohoneſtant. Quàm appoſitè nunc diceret Herodes, Nunc verè Philoſophum ſub barba, & pallio video. Sed quando de barba ſermo incidit, non ſilebo, in pleriſque Hermis, ac Icunculis Homericis, barbam longam, propexámque in pectore conſpici, vnam ſi excipias, quam in ſtatua nobis Fuluius Vrſinus in Imaginibus Illuſtrium exhibuit, quæ huic noſtræ Chij Numiſmatis proximè reſpondet: quare qui vtramuis rectè noſcit, ambas nouerit. Et cum videam reliquas Homeri facies, quæ nobis vt plurimùm hîc Romæ offeruntur, tam conſimiles eſſe, quàm poſſunt, ſuſpicor eas omnes ab Aſinij Pollionis ingenio emanaſſe. Is Homeri effigiem, vt ſibi videbatur aptior, & pro decore tanti hominis, ex ingenio effinxit. Hanc verò quæ in Numiſmate Chiorum, & in Vrſino conſpicitur, eam fuiſſe dico, quam antiquitas, ſibi traditam per manus, conſeruarat: in quo Chios Pollione ipſo multò potuit eſſe felicior, cùm, vt veroſimile eſt, non tantum in Theatris, ac Templis, ſed in rerum ſuarum pretioſarum Cimelophylacio, dictam Homeri effigiem, qualis tunc erat, cum

ipſe

ipſe viuebat, ære perenniorem edidiſſet.

Et hæc ſunt Chiorum officia in Numiſmate erga Homerum humanitatis, ac deuotionis argumenta; quibus ſanè neque grandius, neque auguſtius dici poteſt. Alij, Homeri tantùm capite, vel nomine, Homericam laudem videntur, deturpaſpaſſe potiùs quàm extuliſſe. Chios, cui plus intererat, prodigâ in eum obſequij profuſione, toto Homerico corpore ſententiam ſuam abundè patefecit: dum eum & pallio, & barbâ Philoſophum; tunicâ manicatâ ſuum, Græcum ſcilicet; Volumine adaperto Doctorem, ac Magiſtrum; tænia & vitta Poëtam, Vatem, Sacerdotem, Ducē, & quid non? Sella Iudicē nomine perpetuum, & gloria æuo comparē, immò, quod omnium maximū eſt, Deum veneraretur, & coleret. An maius humana fragilitas, vel ſuperba maieſtas tradere, exhiberéq; poſſit dicant alij. Ego in tanto Homericarum prærogatiuarum cumulo ſtupens hæreo, & in humanitatis monumentis quàm maximis reprimo me; ne ægrè quidpiam ex me reliquæ vrbes, Homerum ſibi plena commentitiæ futilitatis, ſummæque vanitatis alacritate vſurpantes, audiant.

LECTORI.

CVM in hoc opuſculo ſæpiſſimè vitam Homeri à Proclo, aliiſque Anonymis ad dicta comprobanda, verbis, etiam ex iis exſcriptis laudauerim; pergratum me tibi facturum exiſtimaui, ſi ad hunc diem ἀνεκδότους, & in Bibliotaphiis latitantes, cùm eas habendi facultas omnibus non ſit, vti ſimilia conquirentium labori conſulerem, hîc Græcè & Latinè ederentur. Proclum meæ mihi qualeſcunque Schedæ; Anonymam vtramque ſtudio, ac cura eruditiſſimi, mihique amiciſſimi Ioannis Bourdelotii τοῦ μακαρίτου Bibliotheca Regia Pariſienſis ex Codicibus D L I I I. & D C X. ſuppeditarunt.

ΠΡΟΚΛΟΥ
Γένος Ὁμήρου.

Ὅμηρος ὁ ποιητὴς τίνων μὲν γονέων, ἢ ποίας ἐγένετο πατρίδος οὐ ῥᾴδιον ἀποφήνασθαι. οὔτε γὰρ αὐτὸς τι λελάληκεν, ἀλλ' οὐδὲ οἱ περὶ αὐτοῦ εἰπόντες συμπεφωνήκασιν. ἀλλ' ἐκ τοῦ μηδὲν ῥητῶς ἐμφαίνειν περὶ τούτων τὴν ποίησιν αὐτοῦ μετὰ πολλῆς ἀδείας ἕκαστος, οἷς ἐβούλετο, ἐχαρίζετο. καὶ διὰ τοῦτο οἱ μὲν Κολοφώνιον αὐτὸν ἀνηγόρευσαν, οἱ δὲ Χῖον, οἱ δὲ Σμυρναῖον, οἱ δὲ Ἰήτην, οἱ δὲ Κυμαῖον, καὶ καθόλου πᾶσα πόλις ἀντιποιεῖται τ' ἀνδρὸς, ὅθεν εἰκότως ἂν Κοσμοπολίτης λέγοιτο. Οἱ μὲν οὖν Σμυρναῖον αὐτὸν ἀποφαινόμενοι Μαίονος μὲν πατρὸς λέγουσιν εἶναι, γεννηθῆναι δὲ ἐπὶ Μέλητι τοῦ ποταμοῦ. Ὅθεν καὶ Μελησιγενῆ ὀνομασθῆναι, δοθέντα δὲ Χίοις εἰς ὁμηρείαν Ὅμηρον κληθῆναι, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς τῶν ὀμμάτων πηρώσεως τούτου τυχεῖν αὐτὸν φασὶ τοῦ ὀνόματος, τοὺς γὰρ τυφλοὺς ὑπὸ Αἰολέων Ὁμήρους καλεῖσθαι. Περὶ δὲ τῆς τελευτῆς, αὐτοῦ λόγος τὶς φέρεται τοιοῦτος. ἀνελεῖν φασὶν αὐτῷ τὸν θεὸν χρωμένῳ περὶ ἀσφαλείας τάδε,

Ἔστιν Ἴος νῆσος μητρὸς πατρὶς, ἥ σε θανόντα
Δέξεται. ἀλλὰ νέων ἀνδρῶν αἴνιγμα φύλαξαι.

Λέγουσιν οὖν αὐτὸν εἰς Ἴον πλεύσαντα διατρῖψαι μὲν παρὰ Κρεωφύλῳ. γράψαντα δὲ Οἰχαλίας ἅλωσιν τούτῳ χαρίσασθαι, ἥτις νῦν ὡς Κρεωφύλου περιφέρεται. καθεζόμενον δὲ ἐπί τινος ἀκτῆς θεασάμενον ἁλιεῖς προσειπεῖν αὐτοὺς, καὶ ἀνακρῖναι τοὺς δὲ τοῖς ἔπεσιν:

Ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης θηρήτορες, ἦ ῥ' ἔχομέν τι;
Ὑποτυχόντα δὲ αὐτῶν ἕνα εἰπεῖν:
Οὓς ἕλομεν λιπόμεσθ', ὅσ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα.

Οὐκ ἐπιβάλλοντος δὲ αὐτοῦ διελέσθαι τὸ αἴνιγμα, ὅτι ἐπ' ἰχθύας καταβάντες ἀφήμαρτον. φθειριζόμενοι δὲ,

ὅσους

PROCLI
De vita HOMERI.

Homerus Poëta, quibus sit ortus parentibus, aut quæ patria fuerit, haud facile est determinare. Neque enim de se aliquid dixit, neque, qui de eo scripsêre, inter se omnes consentiunt. Verùm cùm nihil de hisce in eius poëmatibus manifestò habeatur, vnusquisque mirâ omnia audendi libertate, cui collibitum fuit, donauit. Ideóque hi quidem illum Colophonium, alij Chium, alij Smyrnæum, alij Ietem, alij Cumanum fecêre: & in vniuersum vnaquæque Vrbs virum sibi vindicat: quare non immeritò Orbis totius ciuis dici poterit. Qui eum Smyrnæum esse asserunt, Mæone patre prope Meletem fluuium natum affirmant: indéque illi Melesigenes nomen inditum, At vbi postmodum Chijs obses datus esset, Homerum cognominatum. Alij à læsione oculorum hoc nomine insignitum tradunt. Cæcos namque AEolensium dialecto Homeros dici. De eius morte talis sermo circumfertur: Eum, cum pro sua incolumitate à Deo sciscitaretur, responsum accepisse:

Insula Ios matris patria est, quæ colliget ossa
Exanguis: sed enim puerorum ænigma caueto.

Narrant itaque eum, cum Ion aduenisset apud Creophylum commoratum, Oechaliæ excidium à se conscriptum illi donasse, quod nunc quasi Creophyli esset, manibus hominum teritur. Cùm verò in littore sedens quiesceret, Piscatores, quos viderat, salutans hisce carminibus compellat:

Viri ex Arcadia venatores, habemúsne aliquid?

Ex illis vnus sic respondit:

Quæ cepimus amisimus, quæ non cepimus portamus.

Cùm AEnigmatis mentem non potuisset deprehendere, ad piscationem namque verba referebat, & illis

ὅσους μὲν ἔλαβον τῶν φθειρῶν ἀποκτείναντες ἀπολείπουσιν, ὅσοι δὲ αὐτοὺς διέφυγον τούτους ἀποκομίζουσιν. οὕτω δὴ ἐκεῖνον ἀθυμήσαντα συννοίᾳ ἐπιέναι τοῦ χρησμοῦ ἔννοιαν λαβόντα, καὶ οὕτως ὀλισθέντα περιπταῖσαι λίθῳ, καὶ τριταῖον τελευτῆσαι. Τυφλὸν δὲ ὅσοι τοῦτον ἀπεφήναντο, αὐτοὶ μοι δοκοῦσι τὴν διάνοιαν πεπηρῶσθαι. τοσαῦτα γὰρ κατεῖδεν ὁ ἄνθρωπος, ὅσον οὐδεὶς πώποτε, εἰσὶ δέ τινες οἳ ἀνεψιὸν αὐτὸν Ἡσιόδου παρέδοσαν ἀτειβεῖς ὄντες ποιήσεως. τοσοῦτον γὰρ ἀπέχουσι τῷ γένει προσήκειν, ὅσον ἡ ποίησις διέστηκεν αὐτῶν. ἄλλως δὲ οὐδὲ τοῖς χρόνοις συνεπέβαλον ἀλλήλοις. φαίνεται δὲ γήρᾳ, ἐκλελοιπὼς τὸν βίον. ἡ γὰρ ἀνυπέρβλητος ἀκρίβεια τῶν πραγμάτων προβεβηκυῖαν ἡλικίαν παρίστησιν. πολλὰ δὲ ἐπεληλυθὼς μέρη τῆς οἰκουμένης ἐκ τῆς πολυπειρίας τῶν τόπων εὑρίσκεται. τοῦτο δὲ προσυπονοητέον, καὶ πλούτου πολλοῦ περιουσίαν γενέσθαι. αἱ γὰρ μακραὶ ἀποδημίαι πολλῶν ἀναλωμάτων δέονται, καὶ ταῦτα κατ᾽ ἐκείνους τοὺς χρόνους οὔτε πάντων πλεομένων ἀκινδύνως, οὔτε ἐπιμισγομένων ἀλλήλοις πως τῶν ἀνθρώπων ῥᾳδίως. γέγραφε δὲ ποιήσεις δύο, Ἰλιάδα, καὶ Ὀδύσσειαν. προστιθέασι δέ τινες αὐτῷ καὶ παίγνιά τινα Μαργίτην, Βατραχομυομαχίαν, ἔντε * πακτιὸν Αἶγα, Κέρκωπας κενούς.

* *Fortè* ἑπταπέκτιον. *Hesychius:* ἑπταπέκτιος, ἡ βαθείας τρίχας ἔχουσα.

& illi de pediculis loquebantur; captos siquidem occisos amiserant, portarent verò secum eos omnes, qui aufugerant, mærore confectus, cogitabundus discessit, Oraculi sententiam considerans, sicque lapsus in saxum offendit, & tertium post diem obijt. Quicunque autem eum cæcum fuisse asseuerarunt, næ ipsi, vt mihi videtur, cogitatione læsi sunt. Tot enim vir ille vidit, quot nec cæteri homines omnes vnquam sunt: præterea qui eum Hesiodi fratris filium fuisse perhibuerunt rerum poëticarum inexpertes: tantum enim à se ipsi genere distant, quantùm eorum poësis vna ab alia disiungitur. Adde non in eadem tempora concurrisse. Videtur senio vitâ functus exquisita enim, & sine comparatione summa rerum tractatio prouectam innuit ætatem. Multas eum Orbis partes lustrasse ingens locorũ experientia testatur. Illud etiam animaduertendum est, diuitijs eum abundasse. Longæ namque peregrinationes, multis expensis indigent, & illis temporibus præcipuè cùm sine periculo quocunque adnauigandi facultas non esset, nec inter se homines facili negotio coirent. Scripsit Poëmata duo, Iliadem, & Vlyssæam. Quidam ipsi præterea attribuunt & ludicra quædam, Margitem scilicet, Batrachomyomachiam Heptapection Capram, Cercopas inanes.

ἌΛΛΩΣ

Ἀνωνύμου.

Ὅμηρος ὁ ποιητὴς πατρὸς μὲν ἦν Μέλητος, μητρὸς δὲ Κριθηΐδος. τὸ γένος κατὰ μὲν Πίνδαρον Σμυρναῖος, κατὰ δὲ Σιμωνίδην Χῖος, κατὰ δὲ Ἀντίμαχον, καὶ Νίκανδρον Κολοφώνιος, κατὰ δὲ Βακχυλίδην, καὶ Ἀριστοτέλην τὸν φιλόσοφον Ἰήτης, κατὰ δὲ Ἔφορον, καὶ τοὺς ἱστορικοὺς Κυμαῖος, κατὰ δὲ Ἀρίσταρχον, καὶ Διονύσιον τὸν Θρᾷκα Ἀθηναῖος. τινὲς δὲ καὶ Σαλαμίνιον αὐτὸν εἶναι φασίν, ἄλλοι δὲ Ἀργεῖον, ἄλλοι δὲ Αἰγύπτιον ἀπὸ Θηβῶν. τοῖς δὲ χρόνοις κατὰ μέν τινας πρὸ τῆς τῶν Ἡρακλειδῶν ἐγένετο καθόδου. ὥστε ἕνεκεν τούτου γινώσκεσθαι ὑπ' αὐτοῦ τοὺς ἐπὶ Ἴλιον στρατεύσαντας. τὰ γὰρ ἀπὸ τῶν Τρωϊκῶν ἐπὶ τὴν κάθοδον τῶν Ἡρακλειδῶν ὀγδοήκοντα ἔτη. τοῦτο δὲ ἀπίθανον ὑπάρχει. καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Ὅμηρος ὑστεροῦντα πολλοῖς χρόνοις ἑαυτὸν ἀποδείκνυται λέγων,

Ἡμεῖς δὲ κλέος οἶον ἀκούομεν, οὐδέ τι ἴδμεν.

Τινὲς λέγουσιν αὐτὸν τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας ἀπολείπεσθαι ἔτεσιν ἑκατὸν πεντήκοντα. οὐδὲν δὲ αὐτοῦ θετέον ἔξω τῆς Ἰλιάδος, καὶ τῆς Ὀδυσσείας. ἀλλὰ δὲ καὶ τοὺς ὕμνους, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν εἰς αὐτὸν φερομένων ποιημάτων ἡγητέον ἀλλότρια, καὶ τῆς φύσεως, καὶ τῆς δυνάμεως ἕνεκα. τινὲς δὲ αὐτοῦ φασιν εἶναι καὶ τὰ φερόμενα δύο γράμματα, τήν τε Βατραχομυομαχίαν, καὶ τὸν Μαργίτην. τὰ δὲ δὴ ποιήματα αὐτοῦ ἀληθῆ σποράδην πρότερον ᾀδόμενα Πεισίστρατος Ἀθηναῖος συνέταξε, καὶ δηλοῖ τὸ φερόμενον ἐπίγραμμα Ἀθήνησιν ἐπιγεγραμμένον ἐν εἰκόνι αὐτοῦ τοῦ Πεισιστράτου. ἔχει δὲ ὧδε.

Τρίς με τυραννήσαντα τοσαυτάκις ἐξεδίωξε
Δῆμος Ἐρεχθειδῶν, καὶ τρὶς ἐπεσπάσατο.
Τὸν μέγαν ἐν βουλαῖς Πεισίστρατον, ὃς τὸν Ὅμηρον
Ἤθροισα σποράδην τὸ πρὶν ἀειδόμενον.

Ἡ μέ-

ALIA.

Auctore Anonymo.

Homerus Poëta patre Melete, matre Critheide natus, natalibus, vt Pindarus ait, Smyrnæus: vt Simonides, Chius: vt Antimachus, & Nicander, Colophonius: vt Bacchylides, & Aristoteles Philosophus, Ietes; & Historici, Cumanus; vt Aristarchus, & Dionysius Thrax, Atheniensis; quidam eum Salaminium fecerunt, alij Argiuum; alij AEgyptium è Thebis. Ante Heraclidarum descensum, vt quidam aiunt, floruit, ideóque, qui Ilium copias duxerunt, illi innotuisse: à Troicis enim ad Heraclidarum descensum octoginta anni numerantur. Sed hoc haud verosimile est; cùm Homerus ipse multos se annos posteriorem indigitat illis verbis;

Nos autem famam solùm audimus, nec quidquam
præterea nouimus.

Alij ferunt eum post Ionicam Coloniam annos centum & quinquaginta superfuisse. Nihil illi præter Iliadem, & Vlyssæam ascribendum est: quinimmo & Hymnos, & poëmata reliqua omnia, quæ ipsi referuntur, omnino aliena tum ob genium, tum ob facultatem virium existimanda esse. Nonnullorũ tamen sententiâ, quæ circumferuntur duo Opuscula Batrachomyomachia, & Margites eiusdem Homeri sunt. Poëmata autem germana ipsius, cùm priùs hinc inde dispersa canerentur, Pisistratus Atheniensis in vnum veluti corpus redegit, vt ex Epigrammate Athenis sub illius imagine inciso manifestum fit:

Quem ter Cecropidæ quondam eiecêre Tyrannum
Et totidem scitis restituêre suis;
Collegi ingenio Pisistratus acer Homeri,
Quæ sparsim fuerant carmina sueta cani.

Ἡμέτερος γὰρ κεῖνος ὁ χρύσεος ἦν πολιήτης,
Εἴπερ Ἀθηναῖοι Σμύρναν ἐπῳκίσαμεν.

Πλανηθέντα δὲ τὸν Ὅμηρον ἐν Ἰθάκῃ πολὺν φασὶ διατρίψαι χρόνον, καὶ πολλὰς χώρας ἀμείψαντα, ὕστερον ἐν Ἴῳ τῇ νήσῳ τελευτῆσαι ἐκ τοιᾶσδε αἰτίας. καθημένου γάρ ποτε τοῦ Ὁμήρου ἐν αἰγιαλῷ τυφλοῦ αὐτοῦ ὄντος, αἰσθάναι φασὶν ἁλιεῖς παρερχομένους, πρὸς οὓς εἶπεν,

Ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης ἁλιήτορες ἦ ῥ' ἔχομέν τι;

τοὺς δὲ ἀποκριθέντας εἰπεῖν.

Ὅσσ' ἕλομεν λιπόμεσθ', ὅσα δ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα.

Τὸ δὲ λεγόμενον ἐστὶ τοιοῦτον. ἐπειδὴ γὰρ οὐδὲν ἦσαν ἔχοντες τότε ἐξ ἁλείας ἐφθειρίζοντο, καὶ οὓς μὲν ἔλαβον ἐκ τῶν φθειρῶν, φονεῦσαι καὶ μὴ ἔχειν· οὓς δὲ οὐκ ἔλαβον ἐν τῇ ἐσθῆτι περιφέρειν. οὐ νοήσας δὲ τὸ λεγόμενον ἀπὸ θλίψεως ἐτελεύτησεν ἐν Ἴῳ τῇ νήσῳ. ἔθαψαν δὲ αὐτὸν μεγαλοπρεπῶς οἱ Ἰῆται χαράξαντες ἐπὶ τῷ τάφῳ τὸ ἐπίγραμμα τοῦτο παρ' αὐτοῦ ζῶντος ἐπιγεγραμμένον εἰς αὐτόν.

Ἐνθάδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει
Ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Ὅμηρον.

ΑΛΛΩΣ.

Ὅμηρος ὁ ποιητὴς υἱὸς ἦν κατὰ μέν τινας Μάρωνος Μυρύνθους, κατὰ δὲ ἐνίους Μέλητος τοῦ ποταμοῦ, καὶ Κρηθηΐδος νύμφης. ἄλλοι δὲ αὐτοῦ τὸ γένος εἰς Καλλιόπην τὴν Μοῦσαν ἀναφέρουσι. φασὶ δὲ αὐτὸν Μελησιγενῆ, ἢ Μελησιάνακτα κεκλῆσθαι. Τυφλωθέντα δὲ αὐτὸν ὕστερον Ὅμηρον κληθῆναι. οἱ γὰρ Αἰολεῖς τοὺς τυφλοὺς Ὁμήρους καλοῦσι. πατρίδα δὲ αὐτοῦ οἱ μὲν Σμύρναν, οἱ δὲ Χίον, οἱ δὲ Κολοφῶνα, οἱ δὲ Ἀθήνας λέγουσιν. περιιὼν δὲ τὰς πόλεις ᾖδε τὰ ποιήματα. ὕστερον δὲ Πεισίστρατος αὐτὰ συνήγαγε, ὡς τὸ ἐπίγραμμα τούτου δηλοῖ.

Noster erat ciuis vates, namque aureus ille,
Mopsopidæ Smyrnam si coluistis aui.

Erro tandem Homerus, vt fertur, Ithacæ multo tempore commoratur, & per varias vrbes peregrinatus, demum in Io insula hanc ob causam vita functum fuisse tradunt. Nam cum aliquando Homerus luminibus orbatus in littore sederet, & piscatores inde gradientes persentisceret, eos interrogauit.

Viri ex Arcadia piscatores, num habemus aliquid?
Piscatores responderunt.

Quæcunque accepimus amisimus, quæ verò non accepimus, portamus.

Cum enim illi tunc nihil possiderent post piscationem pediculos venabantur, & , quos ipsi accepissent, occisos cum non haberent, non se habere; quos non acceperant, eos in vestimentis circumferre dixerunt. Dictum cum non percepisset Homerus mœrore vitam finiit in Io Insula, quem magnificè admodum Ietæ sepelierunt, Epigrammate, quod ille sibi viuus composuerat, in lapide exciso:

Condit humus caput hæc sacrum, qui versibus arma
Fortia diuinis Heroum ornauit, Homerum.

ALIA Auctore Incerto.

Homerus Poëta *nonnullorum sententiâ Filius fuit Maronis & Myrinthus; aliorum Meletis fluuij, & Critheidis Nymphæ: alij genus ipsius ad Calliopem Musam referunt. Tradunt porrò eum Melesigenem, & Melesianactem appellatum, postmodum luminibus orbatum* Homeri *nomen habuisse. Æolenses namque cæcos* Homeros *nominant.* Patriam *ipsius quidã Smyrnam; alij Colophonem, alij Athenas dicunt fuisse. Vagus, ac erro per vrbes* Poëmata *cantitabat, postmodum* Pisistratus *ea in vnum composuit, vt Epigramma de eo editum indicat:*

LEONIS ALLATII DE PATRIA HOMERI.

HOMERO PROPRIA, ET peculiaris laus fuit, cùm nihil ipse de sua Patria prodidisset, tot nobilissimas vrbes pro eo contendisse. Plures enim pro eo sibi ciue asserendo decertant. Cephalæo idem quod Homerus, sed impari successu tentauit. Cephalo, Cephalio, & Cephalæo idem; patria fuit Gergethius. Suidæ error in historia notatur à Ioanne Vossio, & ante Vossium à Scaligero. In quo reprehendit Suidam, in eodem Vossius labitur, sed locupletiori mensura. Cephalæonis Troica quæ. Fœdissimus Abrahami Ortelij lapsus. Homeri multiplex patria.

CAP. I.

AD Homericarum laudum immanem cumulum, illud non minus amplissimum accessit, communi omnium consensu caruisse patria,

quam non desiderauit: Vrbes nobilissimas ambitiosâ nimis contentione eum sibi ciuem exoptasse, mutuóque certamine sibi vindicasse. Amplissimus hic honorum congestus: abundantissimam sibi gloriam parasse, conseruasse partam, conseruatam adeò redundasse, vt & alij concupierint laudem ab eo profectam, vt essent laudati: cæteris, vt ita dicam, honoribus præ hoc vno sordescentibus. Quid ad hæc generosa parentum familia? quid generis clarissimus splendor? quid diuitiarum inexhaustæ copiæ? quid sceptra? quid stemmata? Optabilior est vnius integerrima laus, inopis, profugi, atque hominis aduenæ natalis. Prudens sanè consilium. Illa temporis, fortunæ, hominúmque fraude non longis interuallis succumbunt, abeúntque concussa. Solida isthæc laus æternitati σύγχρονος, tempus etiam ipsum cæterorum edax eludit. Sic dum ad immortalitatem anhelant, eam Homerica sibi fama vindicare conantur. Laudabiles conatus.

Οὐ νέμεσις Τρῶας τε, καὶ ἐυκνήμιδας Ἀχαιούς
Τοιῇ δ' ἀμφὶ γυναικὶ πολιὼ χρόνον ἄλγεα πάσχειν.
Αἰνῶς Ἀθανάτοισι θεοῖς εἰς ὦπα ἔοικεν.

id est,

Decuit tot funera Teucros
Argolicósque pati, longóque in tempore bellum.
Tantus in ore decor, cui non mortalis in artus
Est honor, & vultu diuina efflagrat imago.

Difficilis procis Penelope, Hippodamea, & Atalanta pluribus ambita, non cedit, ni superetur: superari nequit. Vrbes non dedignatæ à tanto vinci, illud student, an dono, vel beneficio deuincant.

uincant. Pomum illud pulcherrimum aureúmque Ἔριδος πρωτόσπορος ἀρχὴ, *dissidij primo seminatum initium*, per ostium in nuptiis Pelei, & Thetidos immissum, cuius gratia, & Venus, & Iuno,& Pallas, quibus cæteræ minores Deæ cesserant, in Idæ montibus corpora iudicio Paridis ingentibus donis solicitati suppośuêre. Appion Grammaticus, cùm Homeri patriam humana experientia assequi minimè posset, (adeò res ardua fuit, latuitque in obscuro,) ad Homericos ipsos manes, eorúmque euocationem conuersus est. *Quærat aliquis*, scribit Plinius lib. 30. cap. 2, *quæ sint mentiti veteres Magi, cum adolescentibus nobis visus Appion grãmaticæ artis prodiderit Cynocephaliam herbam, quæ in Ægypto vocaretur Osyrites, diuinam, & contra omnia veneficia: sed si ea erueretur, statim eum, qui eruisset, mori. Séque euocasse vmbras ad percontandum Homerum, qua patria, quibúsque parentibus genitus esset, non tamen ausus profiteri, quid sibi respondisse, diceret*. Nec etiam infando negotio rem adeò difficilem expediuit. Scelestissimi homines, qui pro libidine, rem, quam natura, & Deus ipse occultare voluit, per omne nefas, naturæ viribus summotis, arcanísque detectis aggrediuntur. Non minori audacia recentiorum nescio quis, nefariis sacris, de Petronio, vtrum is alicubi integer extaret, cõsuluit. Et Patrum nostrorum memoria Cicchus Asculanus Commentar. de Sphera cap. 4. tradit Floron spiritum naturæ nobilissimæ ex Cherubinica Hierarchia, quærenti quæ esset illa vmbra, quæ in Luna conspiceretur, tradit respondisse: Vt terra

terra eſt, ſic idea humidita um eſt terra, ſi totam vmbrā habueris te nō decipiet ſicut vmbra. Rurſúmque ab alio de Chriſto interrogatum dixiſſe, Carnem ſumpſit humanam, vt per ipſum ſaluaretur omnis caro. Auguſtinus Niphus Diſput. 3. de ſtruct. quæſt. 4. ſcribit quendam Ioannem Neapoli in artibus Necromanticis multùm vacantem continuò Dæmonas excantaſſe, vt ſibi auri conficiendi artem indicarēt: tandem ei quendam barbatum in ſomniis chartam in tabula exiſtentem indicaſſe, qua edoctus admirabilia in ea arte operatum fuiſſe, & argentum, quod ipſe Niphus experimento optimum didicerat, feciſſe. Cum deinceps quæ in charta erant, non reſcripſiſſet, ſed loco quo inuenerat repoſuiſſet, Dæmonis furto ea ſublata, artem ſibi tam vtilem perdidiſſe: nec deinceps in poſterū, licet id multoties tentaſſet, aliquid efficere potuiſſe. Fama eſt, vt refert Ioannes Kapplerus epiſtola Dedicatoria ad Rudolphum ſecundum Imperatorem in Aſtronomia noua de motibus ſtellæ Martis, Georgium Ioachimum Reticum non incelebrem Copernici diſcipulum, & qui reſtaurationem Aſtronomiæ primùm auſus concupiſcere, mox non ſpernendis obſeruationibus, & inuentionibus affectauerat: dum in motu Martis hæret mirabundus, neque ſe explicat, ad Genij ſui familiaris oraculum confugiſſe, ſeu eius eruditionem exploraturus, ſiue veritatis impotenti deſiderio: atque hinc exaſperatum immitem patronum, importuni ſciſcitatoris alternis capillitio arreptis caput ad imminens laquear adflixiſſe, iterumque dimiſſi

corpus

corpus in pauimentum proturbasse, addito responso: Hunc esse motum Martis. Petrus Crinitus honestæ Discipl. lib. 6. cap. 11. narrat Hermolaum Barbarum dicere solitum, vocem se Dæmonis pertenuem & penè subsibilantem audisse, qua illa de Aristotelis fortè Entelechia interrogatus sibi ipsi, & Georgio Placentino responsitauit. Notiora sunt quàm quæ hîc referri debeant, quæ Cardanus ipse de Patre passim commemorat. His quam simillima inter quotidianos congressus, quibus vtor familiarissimis, ab omnis honestioris eruditionis Mysta Gabriele Naudero de Vnicor. Palma Caietano, & Constantino Chymista frequenter audiui. Nos pudendis infamis artis conatibus reiectis, si quid ex humana historia reliquum est, in medium afferamus, & quid vnaquæque earum vrbium, quæ pro Homero sibi asserendo certant, exponamus, vindicemúsque Homerum, Vrbi, cuius ciuis est, & quæ alienum expetant, declaremus. Studium nostrum fortasse improbauerit Seneca, quod etiam in aliis contumeliosè tractauit, quippe qui de scriptis Didymi Grammatici agens epist. 89. scribit. *Quatuor millia librorum Didymus Grammaticus scripsit: miser si tam multa superuacua legisset. In his libris de patria Homeri quæritur: in his de Æneæ matre vera: in his, libidinosior Anacreon, an ebriosior vixerit? in his, an Sappho publica fuerit? & alia quæ erant dediscenda, si scires.* Et licet execratio Senecæ vt ita dicam, in aliquibus ex iam commemoratis locum habeat, quæ parum refert, vtrùm scias, vel nescias, de patria tamen celebrium virorum, & Homeri potis-

ſimum audiendus non eſt. Seneca homo Stoïcus, ac ſui ipſius, verbis ſaltem, oſor, in virtute omnia ponit; bonitatem morum ſuſpicit, ſine qua cætera omnia illi puſilla ſunt, & puerilia. Benè. An propterea Artes liberales, & ſtudia reliqua homine libero digna, ducenda ſunt nihili? An ſemper arcus tendetur, remittetur nunquam? At frangetur omnino. Homines ſumus, non Dij, aiebat ille, & vt virtuti intenſiùs incumbamus relaxandus eſt quandoque animus ab excelſioribus ad humiliora. Riſit etiam Apollo ſemel in anno. Verùm pro ſtudiis liberalibus contra Senecam dicent alij; & obtrectatoris calumnias traducent; nos patriæ Homeri, ne in cæteris diuagemur, opem feremus. Siue enim Patria nobis laudi eſt, ſiue nos Patriæ, profectò modis omnibus Patria, quia noſtra eſt, non quia magna & ſplendida, eodem Senecâ aſſerente, amanda eſt, quod ante eum Homerus in Vlyſſe demonſtrauerat, qui ad Ithacæ ſuæ ſaxa, quid ſaxa? fumum dicam exilientem, non minus Agamemnone ad aureos Mycænarum muros properat. Vel naufragus ad illam nauigare, vel poſtquam nauigauit, vitam ponere gliſcit, accenſa quaſi violentia cupiditatis. Tela vel ignes itionem ad illam, eóque magis, ſi iuuandæ illius gratia iter amplectimur, non interrumpunt. Nulla cognatio Patriâ proprior eſt, nulla familiaritas ſanctior, pro qua, & templa nudantur, & ſacrificia ſuſtolluntur. Digna ergo eſt Homeri patria, quæ quæratur, non dediſcatur: dignus Homerus, qui tantoperè patriam inuit, vt patriam habeat, in tot Ciuitatum diſſi-

dio

dio non ambiguam,ſed certam.Prudentior item Seneca eſſe poſſum.Lapſus ille eſt in multis,plerumque etiam corpus ſine pectore fuit, & ſolus: Ciuitates, quæ de Homero contendunt, plurimas, ſapientes, dignitate maximas, quis adduci poteſt,vt credat,pro puſillis,contemnendis, nulliuſque pretij rebus pertinaciter adeò pugnaſſe; dicam verius inſaniſſe? An ſuperuacuum fuerit, in tanta animorum contentione, quæ ex illis palmam acceperit,quæ coronam, addiſcere? An id ſcire adeò execrabile fuerit, vt poſtquam didiceris, dediſcendũ ſit?Aliud eſt, An Sappho publica, An Anacreon libidinoſior, an ebrioſior, aliud quænam inter vniuerſas in orbe terrarum Ciuitates à Deo dilecta adeò, fortunatáque fuit, vt talem in aliis virum, quem reliquæ ambiunt omnes, dederit. Si exemplo ad bene viuendum Herculeo lapide validiùs trahimur,quis in tanta laude, & concertatione orbis ad Homericam æmulationem non excitabitur? An parum inde Ciuitatibus commodi veniet? Virtutem omnes, quæ tantopere Homerum ſpectabilem,amabilióque rémque reddidit,ſi ad illius quoque gloriam aſcendere cupiunt, amplecti debent,& amplectentur,quidquid Seneca dicat,ſi ſapiunt.Et vt verba conferam maximè ad compendium.Vt ornamento vrbium cedit, ciues progeneraſſe ingenio, ac induſtria pollentes,Ennodius Epiſtola ad Adeodatum, de Fauſto loquens, *Habuit de origine eius Roma iactantiam,Liguria de profectu*: ſic locorum ſplendor non parum honoris ciuibus adiicit. Ammianus lib.14. cum dixiſſet Senatus Romani

canitiem

canitiem vbique reuereri addit: *Sed lætatur hic cœtus magnificus splendor leuitate paucorum incondita, vbi nati sint, non reputantium, sed tamquam indulta licentia ad errores lapsorum ad lasciuiam.* Hinc Simonides docebat: Beatè victuro ante alia patriam conuenit esse gloriosam. & Rutilius Claudius Itiner. lib. 1.

O quantum, & quoties possem numerare beatos,
Nasci felici, qui meruêre solo.
Qui Romanorum procerum generosa propago
Ingenitum cumulant vrbis honore decus.
Semina virtutum demissa & tradita cœlo
Non potuêre aliis dignius esse locis.
Felices etiam, qui proxima munera primis
Sortiti Latias obtinuêre domos.

Vt etiam adnotabat Franciscus Iuretus Notis in Symmachi epist. lib. 1.

Plures itaque pugnasse Vrbes inter se de Homero; & eius patriam incertam, ac dubiam fuisse, inter alios Dio Chrysostomus orat. 55. de Homero, & Socrate: vbi de præceptore Homeri. Ὁμήρου μὲν γὰρ ὥσπερ τὰ ἄλλα τὰ περὶ ἑαυτόν, καὶ τοῦτο ἄδηλον τοῖς Ἕλλησιν. id est, *De Homero quidem, sicut alia, quæ illi contigerunt, ita & hoc incertum apud Græcos.* Cicero pro Archia sic asserit. *Homerum Colophonij ciuem esse dicunt suum; Chij suum vendicant, Salaminij repetunt, Smyrnæi verò suum esse confirmant, itaque etiam delubrum eius in oppido dedicauerunt. Permulti alij prætereà pugnant inter se, atque contendunt.* Strabo lib. 1. Εἰ δὲ μὴ ἐμνήσθη τούτων, οὐ τοῦτο σημεῖον τοῦ ἀγνοεῖν, οὐδὲ γὰρ τῆς αὐτοῦ πατρίδος ἐμνήσθη, οὐδὲ ἄλλων πολλῶν. Ἀλλὰ μᾶλλον τοῦ λίαν γνώ-

ειμ

ειμα ὄντα φαίη τὶς δόξῃν ὀκ ἄξια μνήμης εἶναι πρὸς τὸς εἰδότας. ideſt: *Quod autem oſtiorum Nili non meminit, id non certum eſt argumentum, quod ea ignorauerit, Nam & patriam ſuam, & multa alia reticuit. Sed ideo potius indicaſſe ea memoratu indigna videri poteſt, quod nimis eſſent nota.* Plutarchus de vita Homeri: Περιττὸν ἴσως δόξειε τισὶ πολυπραγμονεῖν περὶ Ὁμήρου ποίων τε τῶν γονέων, καὶ πόθεν. Ἐπεὶ μήδ' αὐτὸς ἠξίωσε εἰπεῖν τὰ περὶ αὐτοῦ. ἀλλ' οὕτως ἐγκρατῶς ἔχειν, ὡς μηδὲ τὴν ἀρχὴν τοῦ ὀνόματος ἐπιμνησθῆναι. Ἐπεὶ δὲ ὡς πρὸς εἰσαγωγὴν τῶν ἀρχομένων παιδεύεσθαι χρήσιμος ἡ πολυπειρία, πειρασώμεθα εἰπεῖν ὅσα ἱστόρηται τοῖς πάλαι περὶ αὐτοῦ, id eſt: *Superuacaneum nonnullis fortaſſe videbitur, de Homeri patria, parentibuſque inquirere, cùm ne ipſe quidem de ſuis rebus quicquam dicere dignatus ſit: imò adeò ſe continuerit, vt ne nominis quidem ſui vllam faceret mentionem. Attamen quandoquidem multarum rerum peritia facit ſaltem ad inſtitutionem eorum, qui erudiri incipiunt, conabimur exponere, quæ de eo antiqui memoriæ prodiderunt.* Certaminis Homeri, & Heſiodi Auctor. Ὅμηρον, καὶ Ἡσίοδον τοὺς θειοτάτους ποιητὰς πάντες ἄνθρωποι πολίτας ἰδίους εὔχονται λέγεσθαι, ἀλλ' Ἡσίοδος μὲν τὴν ἰδίαν ὀνομάσας πατρίδα, πάντας τῆς φιλονεικίας ἀπήλλαξεν εἰπών, ὡς ὁ πατὴρ αὐτοῦ, Εἴσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ, Ἄσκρῃ χεῖμα κακῇ θέρει δ' ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ. Ὅμηρον δὲ πᾶσαι, ὡς εἰπεῖν, αἱ πόλεις, καὶ οἱ ἔποικοι αὐτῶν παρ' ἑαυτοῖς γεγενῆσθαι λέγουσιν. Id eſt: *Homerum, atque Heſiodum diuiniſſimos poëtas omnes homines ſibi ciues exoptant. Verum Heſiodus, cum patriæ ſuæ meminiſſet, omnes à certandi ſtudio ſemouit. Fatetur ſiqui-*

dem Patrem propè Heliconem in misero oppido Ascra, quæ hyberno tempore mala, æstiuo molesta, ac grauis, & numquam bona domicilium habuisse. Homerum verò omnes vt ita dicam, vrbes & earum accolæ apud ipsos natum fuisse commemorant. Proclus de vita Homeri: Ὅμηρος ὁ ποιητὴς τίνων μὲν γονέων, ἢ ποίας ἐγένετο πατρίδος, οὐ ῥάδιον ἀποφήνασθαι. Οὔτε γὰρ αὐτός τι ἐλάληκεν, ἀλλ᾽ οὐδὲ οἱ περὶ αὐτοῦ εἰπόντες συμπεφωνήκασιν, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ μηδὲν ῥητῶς ἐμφαίνειν περὶ τούτων τὴν ποίησιν αὐτοῦ μετὰ πολλῆς ἀδείας ἕκαστος οἷς ἐβούλετο, ἐχαρίσατο. καὶ διὰ τοῦτο, οἱ μὲν Κολοφώνιον αὐτὸν ἀνηγόρευσαν, οἱ δὲ Χῖον, οἱ δὲ Σμυρναῖον, οἱ δὲ Ἰήτην, οἱ δὲ Κυμαῖον, καὶ καθόλου πᾶσα πόλις ἀντιποιεῖται τοῦ ἀνδρὸς, ὅθεν εἰκότως ἂν Κοσμοπολίτης λέγοιτο. id est: *Poëta Homerus quibus sit ortus parentibus, aut quâ patriâ fuerit, non est facile determinare. Neque enim ipse de se aliquid dixit, neque qui de eo scripsêre, conuenerunt Sed cùm nihil de hisce in eius poëmatibus manifestò habeatur, vnusquisque mirâ omnia audendi libertate, cui collibitum fuit, donauit. Ideóque hi quidem illum Colophonium, alij Chium, alij Smyrnæum, alij Iëtem, alij Cumanum, & in vniuersum vnaquæque Vrbs sibi virum vindicat, quare non immeritò dici poterit Mundi vniuersi ciuis.* Eustathius Prolegomenis in Homeri Iliad. Ὁμήρου δὲ γένος οὐδ᾽ αὐτὸ περιεργασόμεθα. Εἴρηται γὰρ πολλοῖς ἑτέροις, ὡς οὐκ ἂν ἡμεῖς κρειττόνως εἴπωμεν. εἰ μὴ ἄρα τοῦτο, καὶ μόνον ῥητέον κατὰ τὸ ἐπιτρέχον. ὅτι ἐπικρύψας ἑαυτὸν ὁ ποιητὴς, καὶ σιγήσας ὅ τίς ποτε, καὶ ὅθεν ἦν περιμάχητος μᾶλλον ἐγένετο, καὶ πολύπατρις. Ἔστι γὰρ κατὰ τὴν τῶν ποθούντων ἔφεσιν, καὶ Ἰήτης, καὶ Σμυρναῖος, καὶ Ἀθηναῖος, καὶ Αἰγύπτιος. ἤδη δὲ καὶ Ἰταλός.

λός. Ἀμφισβητοῦσι δὲ αὐτοῦ καὶ Χῖοι μαρτύριον προχειριζόμενοι τοὺς καλουμένους Ὁμηρίδας, ὧν καὶ Πίνδαρος μέμνηται. καὶ ἕτεροι δὲ πολλοὶ Ὁμήρου μεταποιοῦνται σφετεριζόμενοι, καὶ ἀβρυνόμενοι αὐτὸν ἔχειν πολίτην, ἢ ἑτέροις ἀγαθοῖς σεμνύνεσθαι. idest: *Homeri genus neque nos nimis anxiè inuestigabimus. de quo à plerisque aliis dictum est, vt meliora non habeamus. Illud tantum quod in præsenti occurrit dicendum est, eum, cùm se ipsum abscondisset, nec cuias esset, aut vnde natus propalasset, maiorem sui cupiditatem aliis iniecisse, & multarum patriarum ciuem factum. Est enim, vt desideria aliorum ferunt, Ietes, Smyrnæus, Atheniensis, Ægyptius, etsi Diis placet Italus. Certant de eo & Chii. suæque sententiæ argumenta Homeridas illos, quorum meminit Pindarus, præbent. Plurimi item alij Homerum sibi vindicant, eoque ciue magis, quam bonis aliis superbiunt, & iactant* Philostratus Heroïcis in Euphorbo: Φοι. Πατρίδα δὲ Ὁμήρου ὦ Ἀμπελουργὲ, καὶ τίνων ἐγένετο, ἤρου ποτὲ τὸν Πρωτεσίλεων; Ἀμπ. Καὶ πολλάκις ξένε. Φοι. Ὁ δέ τι; Ἀμπ. Φησὶ μὲν εἰδέναι, Ὁμήρου δὲ παραλιπόντος αὐτὰ, ἵνα αἱ πλοῦ-δαι αἱ τῶν πόλεων, πολίτην αὐτὸν σφῶν ποιοῖντο. Ἴσως δὲ καὶ θεσμοῦ Μοιρῶν ἐπὶ Ὁμήρῳ ὄντος ἄπολιν αὐτὸν δοκεῖν, οὔτ᾽ ἂν ταῖς Μοίραις, οὔτ᾽ ἂν ταῖς Μούσαις φίλα γε ἔτη αὐτὸν πράττειν, εἰ τοῦτ᾽ ἐκφέροι, περιττὸς λοιπόν. Ἐς ἔπαινον τοῦ Ὁμήρου. Προσίθενται μὲν γὰρ αὐτῷ πᾶσαι μὲν πόλεις πάντα δὲ ἔθνη, καὶ δικάσαιντο δ᾽ ἂν περὶ αὐτοῦ πρὸς ἀλλήλας ἐγγράφουσαι τῷ Ὁμήρῳ ἑαυτὰς οἷον πολίτῃ. id est: Pœ. *Homeri Patriam, & à quibus esset genitus, numquid, ô Vinitor, Protesilaum vnquam rogasti?* Vin. *Sæpenumerò Hospes.* Phœn. *Ipse verò quid?* Vin. *Ait quidem nouisse, sed cùm Homerus hæc omiserit,*

ſerit, vt ſtudioſæ ciuitates ipſum ſibi ciuem adſciſcerent, fatorum etiam lege Homero fortaſſe exiſtente, vt nullam habere ciuitatem videatur. nec Parcis, nec Muſis ſe gratificaturum dixit, ſi hoc quod ad Homeri laudem, reliquum eſſet enunciaret. Omnes enim ciuitates, cunctæque gentes ipſi ſe addicunt: inuicemque in iudicia ſubirent, ſe ipſas Homero, vt ciui adſcribentes. Alphæus Mitylenæus Epigram.lib.1. cap.67.

Ἀνδρομάχης ἔτι θρῆνον ἀκούομεν, εἰσέτι Τροίην
Δερκόμεθ' ἐκ βάθρων πᾶσαν ἐρειπομένην
Καὶ μόθον Αἰάντειον ὑπὸ στεφάνῃσι πόληος
Ἠδὲ τὸν ἐξ ἵππων Ἕκτορα συρόμενον,
Μαιονίδαο διὰ Μοῦσαν, ὃν οὐ μία πατρὶς ἀοιδὸν
Κοσμεῖται γαίης δ' ἀμφοτέρης κλίματα.

Quæ ita vertit Venatorius:

Andromaches etiamnum hodie lamenta ſuperſunt,
Troia, licet bello diruta, viuit adhuc.
Conſpicitur labor Aiacis, viſuntur & illi
Hectora, qui reuehunt, flebile funus, Equi:
Carmine Mœonij, quem patria non colit vna,
Sed potius Gemini climata bina ſoli.

Gaſpar Conrad. Sileſius Proſopograph. Melicæ Millen.2.

Mæonium Vatem ciuem voluiſſe tot Vrbes,
Quid mirum? Eſt perpes totius orbis honos.

Franciſcus Petrarcha epiſtol.rerum Senil.lib.13. epiſt.3.ad Ioannem Aretinum. *De Homero quidem dubitatio vetus eſt, & multis indeciſa lis gentibus, dum vnaquæque illum ſibi vindicat, & tanti ciuis gloriam ad ſe trahit.* Scipio Carteromachus Epigrammat. de Angelo Politiano inter epiſt. Politiani lib.12.

De

De patria magni certatum est semper Homeri,
Vindicet vt tantum hunc Vrbs sibi quæq; virum.
Tu maioris eris certaminis, Angele, causa:
Terra etenim ac cœlum te volet esse suum.

Martialis Monerius Lemouicensis Epigram. de Patria Homeri.

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athenæ,
Natales magni cedite Mæonij.
At quia vir fuerat vestrum iuratis alumnum,
Iupiter esse Deum clamat vbique suum:
Mens Iouis est, patriam probet his ex Vrbibus vna:
Vindicias dum ius non liquet, Orbis habet.

Hieronymus Carera Lusitanus in Nonnum Panopolitan.

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athenæ,
Orbis de patria certat Homere tua.

Synesius de Insomniis.

Ὅμηρος, καὶ Στησίχορος τὸ μὲν ἡρωϊκὸν φῦλον διὰ τὰς ποιήσεις αὐτῶν ἐπικυδέστερον ἔθεσαν. καὶ ἡμεῖς ἀνάμισθα τοῦ ζήλου τῆς ἀρετῆς. αὐτοὶ δὲ τόγε ἐφ' ἑαυτοῖς ἠμελήθησαν, περὶ ὧν οὐδὲν ἔχομεν εἰπεῖν, ἢ ὅτι ποιηταὶ δεξιοί. *Homerus, & Stesichorus, qui Heroum quidem genus poëmatibus suis gloriosius, atque illustrius reddiderunt, nósque ad studium virtutis inde vtilitatem aliquam cepimus: ipsi autem quod ad se pertinet neglecti iacuerunt, de quibus nihil aliud dicere possumus, nisi quod elegantes Poëtæ extiterunt.* Id templo Homero extructo significauit Ptolemæus Philopator: namque circumcirca illius simulacrum, eas ciuitates apposuit, quæ sibi

Homerum asserebant. Ælianus de varia historia lib.13.cap.21. Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ κατασκευάσας Ὁμήρῳ νεὼν, αὐτὸν μὲν καλῶς ἐκάθισεν, κύκλῳ δὲ τὰς πόλεις περιέστησε τοῦ ἀγάλματος, ὅσαι ἀντιποιοῦνται τοῦ Ὁμήρου. id est: *Ptolemæus Philopator extruens Homero templum ipsum decorè sedentem collocauit. Circum circa verò iuxta simulacrum eas Ciuitates posuit, quæ Homerum sibi vindicant.* Plures eius patrias A. Gellius lib. 3. cap. 11. enumerat. *De patria quoque Homeri multò maximè dissensum est, Alij Colophonium, alij Smyrnæum. Sunt qui Atheniensem, sunt qui Ægyptium dicant fuisse. Aristoteles tradit in Insula Io natum; M. Varro in libro de Imaginibus primo, Homeri imagini hoc epigramma apposuit. Capella Homeri candida hæc tumulum indicat, quod ariete mortuo, faciunt sacra.* Suidas: Ὁμοίως δὲ καὶ τὴν πατρίδα ἀμφίβολος διὰ τὸ ἀπιστηθῆναι ὅλως εἶναι θνητὸν τῷ μεγέθει τῆς φύσεως. Οἱ μὲν γὰρ ἔφασαν γενέσθαι Σμυρναῖον, οἱ δὲ Χῖον, οἱ δὲ Κολοφώνιον, οἱ δὲ Κυμαῖον, οἱ δὲ ἐκ Τροίας ἀπὸ χώρας Κεγχρέων, οἱ δὲ Λυδὸν, οἱ δὲ Ἀθηναῖον, οἱ δὲ Ἰθακήσιον, οἱ δὲ Κύπριον, οἱ δὲ Σαλαμίνιον, οἱ δὲ Κνώσιον, οἱ δὲ Μυκηναῖον, οἱ δὲ Αἰγύπτιον, οἱ δὲ Θετταλὸν, οἱ δὲ Ἰταλιώτην, οἱ δὲ Λευκανὸν, οἱ δὲ Γρύνιον, οἱ δὲ Ῥόδιον. id est: *Itémque de patria eius ambigitur eo quod non creditum est, eum esse mortalem ob magnitudinem ingenij. Nam alij Smyrnæum, alij Chium, alij Colophonium, alij Cumanum, alij Troianum, ex agro Cenchorum, alij Lydum, alij Atheniensem, alij Ithacensem, alij Cyprium, alij Salaminium, alij Gnossium, alij Mycenæum, alij Ægyptium, alij Thessalum, alij Italum, alij Lucanum, alij Gryinum, alij Romanum, alij Rhodium esse tradiderunt.*

tradiderunt. Epiphanius lib. 1. contra hæreſes tom. 3. Πόσοι πόσα λέγουσι περὶ Ὁμήρου; ἄλλοι μὲν Αἰγύπτιον φάσκοντες, ἄλλοι δὲ Χῖον, ἄλλοι δὲ Κολοφώνιον, ἄλλοι Φρύγα, ἄλλοι Σμυρναῖον Μέλητος, καὶ Κρηθηΐδος. Ἀθηναῖον δὲ αὐτὸν οἱ περὶ Ἀρίσταρχον ἀπεφήναντο. ἄλλοι δὲ Λυδὸν Μαίονος. ἄλλοι δὲ Κύπριον Προπεδιάδος Περιοικίδος τῆς Σαλαμινίων περιμέτρου, καὶ τοίγε ἄνθρωπον, διὰ δὲ τὸ ἐν πολλαῖς πατρίσι γεγενῆσθαι πολλοὺς εἰς διάφορον ὑφήγησιν ἐλήλακεν. id eſt: *Quam varia de Homero dicuntur à multis. Quẽ Ægyptium alij faciunt, alij Chium, Colophonium aliqui, nonnulli Phrygẽ, alij Smyrnæum Meletis, & Critheidis filium, Athenienſem fuiſſe prodit Ariſtarchus, alij Lydum è Mæonia, alij denique Cyprium è ſuburbano Salaminis agro, qui ad montis radices circumfuſus eſt. Atqui homo quidem ille extitit. Verum quoniam oppida multa peragrauit, pleroſque varias in ſententias, opinionéſque diſtraxit.* Et Auctor Anonymus vitæ Homericæ, quàm humaniſſimi itémque doctiſſimi Ioannis Bourdelotij beneficio habeo. Ὅμηρος ὁ ποιητὴς πατρὸς μὲν ἦν Μέλητος, μητρὸς δὲ Κρηθηΐδος. τὸ γένος κατὰ μὲν Πίνδαρον Σμυρναῖος, κατὰ δὲ Σιμωνίδην Χῖος, κατὰ δὲ Ἀντίμαχον, καὶ Νίκανδρον Κολοφώνιος, κατὰ δὲ Βακχυλίδην, καὶ Ἀριστοτέλην τὸν φιλόσοφον Ἰήτης, κατὰ δὲ Ἔφορον, καὶ τοὺς ἱστορικοὺς Κυμαῖος κατὰ δὲ Ἀρίσταρχον, καὶ Διονύσιον τὸν Θρᾷκα Ἀθηναῖος. τινὲς δὲ καὶ Σαλαμίνιον αὐτὸν εἶναι φασίν. ἄλλοι δὲ Ἀργεῖον. ἄλλοι δὲ Αἰγύπτιον ἀπὸ Θηβῶν. *Homerus Poeta Patre Melete, Matre Critheide natus, Natalibus, vt Pindarus ait, Smyrnæus; vt Simonides, Chius: vt Antimachus, & Nicander, Colophonius: vt Bacchylides, & Ariſtoteles Philoſophus, Ietes; vt Ephorus, & hiſtorici,*

rici, Cumæus: vt Ariſtarchus, & Dionyſius Thrax Athenienſis. Quidam eum Salaminium fecerunt, quidam Argiuum, alij Ægyptium è Thebis. Et alius. Πατρίδα δὲ αὐτοῦ οἱ μὲν Σμύρναν, οἱ δὲ Χῖον, οἱ δὲ Κολοφῶνα, οἱ δὲ Ἀθήνας λέγουσιν. *Patriam verò ipſius hi quidem Smyrnam, alij Chium, alij Colophonem, alij Athenas fuiſſe dicũt.* Et ex recentioribus Angelus Politianus Præfat. in Homerum: *Homero autem vati hæc eſt propria, peculiariſque tribuenda laus, quod neque ipſe de patria ſua quidquam prodidit, & pleræque illum nobiliſſimæ ciuitates ſuum quæque fuiſſe alumnum contendunt. Nam & Rhodij, & Theſſali, & Ietæ, & Chij, & Salaminij item, & Colophonij aſſerunt ſibi, & Argiui, Mileſij, Smyrnæi, Cymæique contra vindicant, repetúntque eundem ad ſe, quaſi Licinia, & Mutia lege, Athenienſes. Itaque in medio poſitus literarum Princeps, ceu Atalanta illa, aut Hippodamia à tot, támque egregiis ciuitatibus, quaſi à generoſiſſimis procis certatim expetitur.* Neque dubium eſt, fuiſſe Auctores, qui hæc aſſererent, vnde ſua hauſit Suidas, & ex Suida alij, partim ita rem ſe habere exiſtimantes, partim contentionis ſtudio, ac oſtentatione ingenij, vt alios vel eluderent, vel quod numquam fuit in natura, fieri potuiſſe, & fuiſſe demonſtrarent, imponentes. Quod Lucanus fuerit, aut Romanus, aut Italus, aut Gnoſſius, aut Gryinus, aut Troianus, non memini me vſpiam alibi præterquam quod in ipſo Suida legiſſe; vel in iis, qui ſua habent è Suida.

Homeri exemplo, auctore Photio in Biblioth. Tmem. 68. Cephalæo Gergethius genus

ſuum,

ſuum, & patriam ſilentio preſſit : at non eodem ſucceſſu. præter quàm quod enim in aliis reprehenditur à Photio, patria eius certa eſt; nec is fuit, pro quo ciuitates, & Vrbes contenderent, licet immenſam in hiſtoria conſcribenda auctorum lectionem pueriliter ſanè iactaſſet. Sed cum Cephalæonis huius mentio facta ſit Homerici æmuli, non abs re fuerit, quæ de eo furtim adnotauimus in medium afferre. Cephalæonem, Cephalionem, & Cephalonem eundem eſſe ſcriptorem nemini dubium eſſe debet. Cum Photius in Biblioth. quæ Cephalęonem, vocaret, inferius tmem. 70. Cephalionem vocat. Ἔστι δὲ πολλῷ πλατύτερος, Diodorus Siculus, τοῦ τε Κεφαλίωνος ἐν οἷς τοὺς αὐτοὺς χρόνους συμβαίνει αὐτοῖς ἀναγράφειν. id eſt : *Eſt Cephalione longe vberior ſaltem cum eadem refert.* & Imem. CLXI. de Eclogis Sopatri. Ὁ δέκατος δὲ συνηθροίσθη ἐκ τε τῆς Κεφαλίωνος Ἐρατοῦς διαλαμβανούσης τὰ κατ᾽ Ἀλέξανδρον. id eſt: *Decimus verò coaluit ex Cephalionis Erato, quo libro Alexandri geſta referuntur.* Et Euſebius Chron. lib. I. Ὅτι δὲ ἀσυμφώνως οἱ τῶν Ἑλλήνων ἱστορικοὶ γεγράφασι περὶ τῶν χρόνων, καὶ βασιλέων τούτων παρέστω Κεφαλλίων ἐπίσημος εἷς, οὐχ ὁ τυχὼν οὕτω φάσκων. id eſt: *Græcos hiſtoricos de annis, & regibus hiſce diuerſa ſcripſiſſe adſit Cephalio, non è triuio, ſed celebris vir hæc habens.* Stephanus, Suidas, Etymologus, & alij Cephalonem. Patria Gergethius fuit, Strabo lib. 13. ἦν δὲ καὶ πόλις Γέργηθα ἐκ τῶν ἐν τῇ Κυμαίᾳ Γεργήθων. Ἦν γὰρ κἀκεῖ πόλις πληθυντικῶς καὶ θηλυκῶς λεγομένη Γέργιθες, ὅθεν περ ὁ Γεργήθιος ἦν Κεφάλων. id eſt : *Fuit & vrbs Gergetha à Gerge-*

this in agro Cumano, nam & ibi fuit vrbs plurali numero, ac fœminino genere dicta Gergethes, patria Cephalonis Gergethij. Dionyſius Halicarnaſſeus Antiquit. Rom. lib. 1. Τὰ δὲ μετὰ τὴν ἔξοδον ἔτι πλείω παρέχει τοῖς πολλοῖς ἀπορίαν. Οἱ μὲν γὰρ ἕως Θρᾴκης ἀγαγόντες αὐτὸν, ἐκεῖ λέγουσι τελευτῆσαι τὸν βίον. ὧν ἐστὶ Κεφάλων τε Γεργίθιος, καὶ Ἡγήσιππος ὁ περὶ Παλλήνης γράψας ἄνδρες ἀρχαῖοι, καὶ λόγου ἄξιοι. Et inferius: Κεφάλων μὲν γὰρ ὁ Γεργίθιος ὁ συγγραφεὺς παλαιὸς πάνυ δευτέρᾳ γενεᾷ μετὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον ἐκτίσθαι λέγει τὴν πόλιν ὑπὸ τῶν ἐξ Ἰλίου διασωθέντων σὺν Αἰνείᾳ. id eſt: *Alij Thracia tenus eum perducunt, ibique vitam finiiſſe affirmant: quorum è numero ſunt Cephalo Gergithius, & Hegeſippus, qui de Pallene ſcripſit, viri graues, & Scriptores veteres.* Et: *Nam Cephalo Gergithius ſcriptor antiquiſſimus, ſecunda ætate poſt bellum Troianum, ait, conditam ab iis, qui cum Ænea ex Ilio ſe proripuerant.* & Feſtus, *Romam appellatam eſſe Cephalon Gergithius.*

Videmus hic licet Cephalo, patriam occultare tentarit, ab aliis euulgatam, eumque ſcriptorem antiquiſſimum, magnique nominis fuiſſe ante Strabonem, & Dionyſium Halicarnaſſeum, cuius ipſe vti antiquiſſimi meminit. Quare ſomnia ſibi fingit in primis Suidas, qui Cephalæonem hunc ſub Adriano Imperatore exilio mulctatum, Siculã oram appuliſſe, ibique hiſtoriam ſuam texuiſſe tradit. Κεφαλίων, ἢ Κεφάλων Γεργίθιος ῥήτωρ, καὶ ἱστορικὸς γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ. Ἔφυγε δὲ τὴν πατρίδα δι᾽ ἀπέχθειαν δυναστῶν, καὶ ἐβίωσεν ἐν Σικελίᾳ. Ἔγραψε παντοδαπὰς ἱστορίας ἐν βιβλίοις θ΄, ἃ τι-

να ἐπιγέγραφυσι Μῦσας Ἰάδι διαλέκτῳ. Μελέτας ῥητορικὰς, καὶ ἄλλα τινα. id eſt: *Cephalion, ſiue Cephalon Gergethius orator, & hiſtoricus ſub Adriano fuit. Exulauit patria ob inimicitias principum, & in Sicilia degit. Scripſit varias hiſtorias libris 9. quæ Muſæ inſcribuntur Ionica Dialecto, Declamationes Rhetoricas, & alia quædam*

Ioannes Gerardus Voſſius de hiſtor. Græcis lib. 2. cap. 12. ſcribit Suidam malè confudiſſe duos iſtos Cephalæonem, & Cephalonem; Cephalæonis enim patria ignota erat: Cephalon autem Gergethius, multoque erat antiquior. Facem, ſiue potius tenebras Voſſio prætulit Ioſephus Scaliger not.in Euſeb. Παντοδαπῆς ἱστορίας. *Sed puerilis*, inquit, *ſane Suidæ hallucinatio illa quod eundem facit* Κεφάλωνα, καὶ Κεφαλαίωνα. Κεφαλίων, ἢ Κεφάλων Γεργίθιος, &c. Verba Suidæ habes ſupra. *Sed vt imperitia non parua eſt ex duobus vnum facere, ita illa maior, ei attribuere patriam Gergithum, qui ſuam patriam ignorari affectarit. Porrò tam apud Suidam, quam apud Georgium,* Syncellum, Κεφαλιων, *non* Κεφαλαίων *ſcribitur. Nos Photium ſequimur.*

Voſſius non minus Suida malè duos iſtos Cephalæonem, & Cephalonem confundit lib. 3. cum Cephalonis Gergethij hiſtoriam vult eſſe eam, quam ad fert Photius, cum auctorem illius hiſtoriæ dicat Photius patriam ſiluiſſe. Quare illa hiſtoria ad Cephalonem referri deberet, cuius patria ignoratur, vt ipſe ſibi autumat, non ad antiquiſſimum illum, qui Gergethius apud iam dictos laudatur. Et iam non duo, ſed tres

erunt hi auctores, Vnus antiquiſſimus ille, qui Gergethius nuncupari voluit: alter Photianus, qui patriam ſilentio occultauit. Tertius hic ipſe, qui ſub Adriano exilio mulctatus in Sicilia hiſtoriam compoſuit; quæ omnia hiſtoriæ aduerſantur, quæ tertium hunc, & ſecundum vnum facit. vide Photium.

Secundo videtur erraſſe Voſſius, qui Cephalonis Gergethij Troica diuerſum quid eſſe putat ab eius hiſtoria, Muſarum nominibus nuncupata. Exiſtimo namque eandem fuiſſe, ſed rerum tractatarũ diuerſitate, nomina etiam diuerſa habuiſſe. Quare ea pars, quæ res Troicas exequebatur, Troica appellata fuit, ſicut etiam quæ de aliis nationibus ageret, ab illis gentibus nomen ſortitam fuiſſe non dubito. Exemplis id probare ſuperſedeo, cum in Philone Byzantio, ex Philone, & Pauſania ſatis probarim.

Ridiculè item dubitat Hieronymus VVolphius in Suida voce κεφαλίων, *Virum Herodotus an hic eum imitatus?* Manifeſtum etenim eſt Herodotum Cephalæone antiquiorem fuiſſe. Herodotus namque ante Alexandri tempora ἐγνωρίζετο. Et hic Cephalæo in Erato res geſtas Alexandri proſequebatur. vt ex Photio adnotabam in Eclogis Sopatri. Ὁ δέκατος δὲ συνηθροίσθη ἔκ τε τῆς Κεφαλίωνος Ἐρατοῦς διαλαμβανούσης τὰ κατ' Ἀλέξανδρον. id eſt: *Decimus verò coaluit è Cephalionis Erato, quo libro Alexandri geſta referuntur.*

Fœdiſſimè omnium lapſus eſt Abrahamus Orteliusin Theſauro Geographico, qui Cephalonem

lonem hunc in caput, non illepida transforma- tione, & patriæ nomen in proprium commutauit. *Etsi Festus*, ait, *eam primò Valentiam dictam, item auctore Gergithio Cephalon*, Audi reliqua, risum contine, si potes Lector: *appellatam scribit; hoc eius epitheton fuisse, illud eius nominis vim potius explicasse reor. Fab. Pictor enim Romam Valentiam sonare testis est & Cephalon, quod caput significat, ex rei dignitate, quemadmodum per excellentiam Vrbs Poëtis dicitur, vocatam quis dubitet?* Eximiam vrbis dignitatem, qua caput Orbis esse contendit, stolidissima textus euersione verè defensam. Festus scripserat: *Romam appellatam esse Cephalo Gergithius, qui de aduentu Æneæ in Italiam videtur conscripsisse, ait, ab homine quodam comite Æneæ, eum enim occupato monte, qui nunc Palatinus dicitur, Vrbem condidisse, atque eam Romam nominasse.* Quid hic apertius dici potest? Cephalo Gergithius est, qui ait à Comite Æneæ Romam denominatam: non Gergithius scribit Romam Cephalon nuncupatam, quasi caput. Cephalos qui caput sit in lingua Græca monstrum nescio, vndenam Ortelio innotuerit.

Quando vero in capite à Cephalæone diducto mirà rerum metamorphosi oratio est: habe lector alterius Cephaleonis non dissimilem in *Capita* mutationem supina Ambrosij Chamaldulensis, & Thomæ Aldombrandini oscitantia, quam non animaduerterunt, neque Benedictus Brognolus, neque Henricus Stephanus, nec Isaacius Casaubonus, qui versionem Diogenis Laërtij recognouêre, multaque in ea correxêre,

& operam impendêre minimè inutilem. Laërtius itaque cum lib. 6. in Diogenis vita propè finem, de illius ſcriptis, monumentiſque pertractaret, enumeraretque, ea habet : Φέρεται δὲ αὐτοῦ βιβλία τάδε, Διάλογοι Κεφαλαίων, Ἰχθύας, Κολοιός, Πάρδαλις. &c. Omnes traducunt, *Feruntur eius iſta volumina, Dialogi Capitum, Ichthyas, Graculus, Pardus, &c.* Quid hoc nouum monſtrum ſit *Dialogi capitum* nondum capio. Volumina Diogenis in varias claſſes ſubdiuidit Laërtius, quippe qui vna eorum pars erant Dialogi, altera epiſtolæ, tertia Tragœdiæ: Dialogos enumerans ſcribit inter eos connumerari, *Cephalæonem, Ichthyam,* &c. Cephalæo nomen perſonæ, à quo Dialogo nomē fuit, vt auctori arriſerat, ſicuti & Ichthyas, & ni me fallo Clœus, non κολοιός; & certum id eſſe ducor nouo ipſius Laërtij teſtimonio, qui infrà de iiſdem agens Cephalionem repetit, ex Sotione in 7. Σωτίων δ᾽ ἐν τῷ ἑβδόμῳ ταῦτα μόνα φησὶ Διογένους εἶναι, περὶ Ἀρετῆς, περὶ Ἀγαθοῦ, Ἐρωτικόν, Πτωχόν, Τολμαῖον, Πάρδαλιν. Κάσσανδρον, Κεφαλίωνα, Φιλίσκον, &c. *Sotion autem in ſeptimo, hæc ſola Diogenis eſſe ait, de Virtute, de Bono, Amatorium, Mendicum, Tolmæum, Pardum, Caſandrum, Cephalionem, Philiſcum* &c. Nec puto eos ignoraſſe eundem eſſe Cephalæonem, & Cephalionem, vt nos ſuperiùs adnotauimus. & Κεφάλαια capita eſſe ſatis noui, non tamen in hoc loco; ſed Homeri patriam inueſtigemus.

HOMERI DIGNITAS IN CAVSA fuit, vt illi cælum pro patria aſsignaretur, & eius poëſim ob diuinitatem, quidam Ioui, alij Apollini, alij Muſis adſcripſerint. Ariſtoteles illi Dæmonium pro patre dedit: à Calumnia Spondani defenditur: & Spondani detegitur multiplex error.

CAP. II.

MVLTI, vt difficultatem effugerent, & quod ſibi vendicare non poſſent, auferrent etiam aliis, propter item Poëtæ dignitatem, & excellentiam Cœlum Homero patriam fuiſſe teſtati ſunt, & ipſum immortalem quempiam, & quaſi Deum: quemadmodum & eius poëſim ob diuinitatem Ioui quidam adſcripſerunt. Lepidè, ſcitéque Sannazarus Epigram. lib. 3. de Patria Homeri.

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Chios,
Argos, Athenæ
Cedite, iam cœlum patria Mœonidæ eſt.

Sic enim legit Iulius Salinerius Annot. in Cornel. Taciti Agricolam. Etſi non me lateat apud nonnullos alios loco *Chios* legi *Ios*. De qua re tamen inferius multa. & Epigr. Græc. lib. 3.

Τίς ποθ᾽ ὁ τὸν Τροίης πόλεμον σελίδεσσι χαράξας
Ἢ τίς ὁ τὴν δολιχὴν Λαρτιάδαο πλάνην.
Οὐκ ὄνομ᾽ εὑρίσκω σαφὲς, οὐ πόλιν· οὐράνιε Ζεῦ
Μήποτε σῶν ἐπέων δόξαν Ὅμηρος ἔχει;

Quæ ſic verti poſſent:

Ecquis perpetuis commiſit prælia chartis
Dardana, iactatum Dulichiumque Ducem?
Patria adhuc nomenque latet me. Iuppiter altè,
Num tua condecorant carmina Mœonidem?

Alij Apollini, & Muſis: tritum illud: Τίνας ἂν εἴποι λόγους Ἀπόλλων περὶ Ὁμήρου.

Ἤειδον μὲν ἐγὼ, ἐχάραττε δὲ θεῖος Ὅμηρος.

id eſt:

Hæc modulabar ego: ſcripſit diuinus Homerus.

Quo vſus eſt etiam Syneſius oratione in Dionem, & illud:

Οὐχὶ πέδον Σμύρνης ἐλοχεύσατο θεῖον Ὅμηρον,
Οὐ Κολοφὼν τραφερῆς ἄστρον Ἰωνίης:
Οὐ Χῖος, οὐκ Αἴγυπτος εὔσπορος, οὐ Κύπρος ἁγνὴ,
Οὐ νῆσος κραναὴ Λαρτιάδαο πάτρη:
Οὐκ Ἄργος Δαναοῖο, Κυκλωπείη τε Μυκήνη,
Οὐ δὲ τὸ Κεκροπίων ἄστυ παλαιογόνων,
Οὐ γὰρ ἔφυ χθονὸς ἔργον. ἀπ' αἰθέρος ἀλλά ἑ Μοῦσαι
Πέμψαν, ἵν' ἡμερίοις δῶρα ποθητὰ φέρῃ.

Hoc eſt, Interprete Fauſto Sabæo Brixiano Bibliothecæ Vaticanæ Cuſtode:

Non Smyrnæus ager ſacrum produxit Homerum,
Non Colophon alma ſidus in Ionia.
Non tu Ægypte ferax, non Cypros pura, Chioſque,
Nec ſaxoſa fuit patria Laërtiadæ.
Non Argos Danai, non Cyclopeia Mycene,
Nec quæ nomen habet docta Minerua tuum.
Non Telluris opus, verum mortalibus alto
Miſerunt munus æthere Caſtalides.

Nec non:

Ὁπποίας

Ὁποίας τὸν Ὅμηρον ἀναγραψώμεθα πάτρης,
Κεῖνον, ἐφ' ᾧ πᾶσαι χεῖρ' ὀρέγουσι πόλεις;
Ἢ τὸ μὲν ἐστὶν ἄγνωστον, ὁ δ' ἀθανάτοις ἴσως ἥρως
Ταῖς Μούσαις ἔλιπεν πατρίδα, καὶ γενεήν.

id eſt:

Ecquam num patriam tandem adſcribemus Homero,
Pro quo olim Vrbes conſeruêre manus?
Quod te neſcimus, diuiſque ſimillimus ille eſt;
Iam liquit Muſis, & genus, & patriam.

Μελίγλωττος Ælianus in Herma Homero ſacro apud ſuos hortos hæc inſcripſerat, quæ primus publicauit Gerartus Falkemburgius notis in Nonnum:

Οὐκ ἔθος ἐστὶν ἐμοὶ φράζειν γένος, οὐδ' ὄνομ' αὐτὸ
Νῦν δ' ἕνεκ' Αἰλιανοῦ πάντα σαφῶς ἐρέω.
Πατρὶς ἐμοὶ χθὼν πᾶσα, τὸ δ' οὔνομά φασιν Ὅμηρον,
Ἐκ δὲ Μουσάων ἐκ ἐμὸν, οὐδὲν ἔπος.

Eorum hæc videtur ſententia.

Non genus, & nomen ſolitum mihi dicere cuiquam,
Sed tamen Æliano non reticebo meo.
Omnis terra mihi patria eſt, & nomen Homero:
Ipſi autem carmen non Helicone fluit.

In eandem ſententiam Michaël Marullus:

Vane quid affectas patriam mihi dicere terram?
Metiriſque hominum conditione Deos?
Non me Smyrna creat, non me Colophonia tellus,
Non Pylos, æquoreis non Chios icta minis:
Non Ithace, prænobile equis non Argos alendis,
Non quæ de Dominæ nomine dicta Deæ eſt.
Non Salamis, non chara ſuo Rhodos aurea Phœbo,
Aut Ius, aut Pharij fertilis ora ſoli.

Mortalis sunt ista viri: me lucidus Æther
Parturit, & natum terra, fretumque colunt.

Omnium elegantiſſimè Antipater:

Οἱ μὲν σεῦ Κολοφῶνα τιθηνήτειραν Ὅμηρε
Οἱ δὲ καλὰν Σμύρναν, οἱ δ᾽ ἐνέπουσι Χίον·
Οἱ δ᾽ Ἴον, οἱ δ᾽ ἰβόασαν εὔκλαρον Σαλαμῖνα,
Οἱ δέ νυ τῶν Λαπιθῶν ματέρα Θεσσαλίην.
Ἄλλοι δ᾽ ἄλλην γαῖαν ἀνίαχον, εἰ δέ με Φοῖβος
Χρὴ λέξαι πινυτὰς ἄνδιχα μαντοσύνας.
Πάτρα σοὶ τελέθει μέγας οὐρανὸς. ἐκ δὲ τεκούσης
Οὐ θνατᾶς ματρὸς δ᾽ ἔπλεο Καλλιόπας.

Hæc ſic vertebat Guilielmus Xylander.

Sunt Colophona tibi patriam qui rentur Homere,
Sunt & qui Smyrnam, quique fuiſſe Chium,
Quidam & Ion dicunt: alij Salamina beatam,
Aſt alij Lapithas, quæ tulit Æmoniam.
Diuerſi diuerſa ferunt. Oracula Phœbi
Quod ſi iam pleno mi licet ore loqui.
Omnipotens cœlum eſt tibi patria: nec mulier te
Mortalis peperit, ſed Dea Calliope.

Et Hieronymus Alexander Iunior ad Antonium Quærengum.

Incertus Graiorum Vrbes natalis Homeri
Diſſidio fertur ſollicitaſſe graui.
Nunc agitat lis non diſpar Quærenge Camænas
Dum tua vult credi qualibet eſſe parens.
Certamen ſed enim vanum tam Græcia quondam
Culmina quam docti nunc Heliconis alunt.
Nam veluti cœlum peperit, non Hellas Homerum
Sic non Aoniæ te genuêre Deæ.
Sed Phœbum Aonidum patrem te iure vocandum
Ex adytis clamant enthea ſcripta tuis

Hocque

Hocque antiquitati ſi carminum, rerumque geſtarum vim, ac modum diuinum conſideres, non fuit difficile ſuadere. Namque ea omnia nouiſſe, non hominis, ſed Dei cuiuſpiam videbatur. Hæc ita conſiderauit Philoſtratus in Heroïcis, vt non quemadmodum multi inſanè ſibi perſuaſerant, omnia diuinæ virtuti, nihil humanæ tribuentes, Homerum de medio tolleret: namque ſubdit reuera Homerum fuiſſe, eumque carmina, quæ nunc ſub eius nomine circumferuntur, compoſuiſſe. Et ego ſemper eorum opinionem nihili feci, qui ex ingenio, & temerè contendunt, nos ad hæc tempora Homericis carminibus carere, & loco eorum carmina, neſcio à quo in vnum, veluti in molem congeſta habere, ſpuria illa quidem, & illegitima; eaque nos fouere, & pro Homericis frui. Sed Philoſtratum audiamus: Ὅθεν τὸ ὑπ᾽ ἐνίων λεγόμενον, ὡς Ἀπόλλων μὲν αὐτὰ ποιήσας, τὸν Ὅμηρον ἐπέγραψε τῇ ποιήσει, σφόδρα μοι δοκεῖ ἐῤῥῶσθαι. Τὸ γὰρ γινώσκειν ταῦτα Θεῷ μᾶλλον, ἢ ἀνθρώπῳ ἔοικεν. Ἀμπ. Τὸ μὲν Θεοὺς ἡγεμόνας εἶναι τοῖς ποιηταῖς ξένε τῆς πάσης ᾠδῆς αὐτοί που οἱ ποιηταὶ ὁμολογοῦσιν. οἱ μὲν τὴν Καλλιόπην, οἱ δὲ πάσας, οἱ δὲ καὶ τὸν Ἀπόλλω, οὐ μὴν Ἀπόλλωνί γε αὐτῷ, ἢ Μούσαις αὐταῖς ἦσαι. Γέγονε γὰρ ξένε, γέγονε ποιητὴς Ὅμηρος καὶ ᾖδεν, ὡς μέν φασιν ἔνιοι μετὰ τέτταρα καὶ εἴκοσιν ἔτη τῶν Τρωικῶν. οἱ δὲ μετὰ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι πρὸς τοῖς ἑκατὸν ὅτε τὴν ἀποικίαν οἱ Ἀθηναῖοι ἐς Ἰωνίαν ἔστειλαν. Hoc eſt: *Vnde quod à nonnullis dictum eſt, Apollinem ſcilicet hæc compoſuiſſe, ſed Homerum poëſi inſcripſiſſe mihi vehementer inualuiſſe videtur. Nam hæc Deum potius, quam hominem nouiſſe veriſimile eſt. Vin. Quod*

Dij, hospes, totius cantus duces sint Poëtis, ipsimet minimè inficiantur Poëtæ. Hi quidem Calliopem, hi verò vniuersas, nonnulli & Apollinem, & nouem Musas, vt orationi adsint inuocantes. Hæc autem Homeri poëmata non absque Deorum numine dicta sunt, non tamen ab Apolline ipso, aut Musis decantata. Fuit enim, hospes, fuit Poëta Homerus, &, vt nonnulli aiunt, quarto, ac vicesimo post res Troianas cecinit: alij septimo, ac vicesimo post centum, cum Athenienses Coloniam in Ioniam deducerent. & Gregorius Archiepiscopus Thessalonicensis oratione prima contra Barlaamum Monachum Dæmonis instrumentum vocauit Homerum, Θεὰν δὲ Ὅμηρος ᾄδειν δι᾽ αὐτοῦ τὴν Ἀχιλλέως ἀνδροφόνον μῆνιν προτρέπεται παρέχων ἑαυτὸν, ὡς ὀργάνῳ χρῆσθαι τῷ δαίμονι. id est: *Deam verò Homerus per semetipsum Achillis homicidam iram canere exhortatur, præbens se Dæmoni, vt veluti Instrumento vtatur.*

Hinc non immeritò Aristoteles lib. 3. de Poëtica, vt refert Plutarchus scripserat, in Insula Io, quo tempore Neleus Codri filius coloniæ in Ioniam ducendæ præfuit, puellam quandam indigenam à genio quodam, ex eorum numero, qui cum Musis choros ducunt, compressam, tandem à prædonibus Smyrnam deuectam Homerum peperisse. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ τρίτῳ περὶ Ποιητικῆς ἐν Ἴῳ φησὶ τῇ νήσῳ καθ᾽ ὃν καιρὸν Νηλεὺς ὁ Κόδρου τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας ἡγεῖτο, κόρην τινὰ τῶν ἐπιχωρίων γενομένην ὑπό τινος Δαίμονος τῶν συγχορευτῶν Μούσαις ἐγκύμονα, αἰδεσθεῖσαν τὸ συμβὰν διὰ τὸν ὄγκον τῆς γαστρὸς ἐλθεῖν εἴς τι χωρίον τὸ καλούμενον Αἴγιναν, εἰς ὃ καταδραμόντας λῃστὰς ἀνδραποδίσαι τὴν προειρημένην,

μένην, καὶ ἀγαγόντας εἰς Σμύρναν οὖσαν ὑπὸ Λυδοῖς τότε τῷ βασιλεῖ τῶν Λυδῶν ὄντι φίλῳ τοὔνομα Μαίονι χαρίσασθαι. τὸν δὲ ἀγαπήσαντα τὴν κόρην διὰ τὸ κάλλος γῆμαι, ἣν διατρίβουσαν παρὰ τῷ Μέλητι, καὶ συσχεθεῖσαν ὑπὸ τῆς ὠδῖνος τυχεῖν ἀποκυῆσαι τὸν Ὅμηρον ἐπὶ τῷ ποταμῷ, ὃν ἀναλαβὼν ὁ Μαίων, ὡς ἴδιον ἔτρεφεν. id eſt: *Ariſtoteles tertio de Poëtica ſcribit in inſula Io, quo tempore Neleus Codri filius Coloniæ in Ioniam ducendæ præfuit, puellam quandam indigenam à genio quodam ex eorum numero qui cum Muſis choros ducunt compreſſam: cum intumeſcente vtero, facti pudore moueretur, deueniſſe in quendam locum, cui nomen eſt Ægina. Ibi a prædonibus qui eò excurſionem feciſſent captam, Smyrnamque adductam ab his, Lydorum ſub his enim tunc erat Smyrna, Regi Mæoni ſocio ſuo dono datam: ab hocque pulchritudinis cauſa in matrimonium eam adſcitam. Hanc cum ad Meletem fluuium commoraretur partus doloribus circumuentam ad ipſum fluuium peperiſſe Homerum, ſtatimque expiraſſe. Infantem à Mæone ſuſceptum, filiique loco enutritum.*

Ioannes Spondanus Prolegom. de Homero, miratur hoc auſum Ariſtotelem naturæ peritiſſimum prodere, niſi ille vulgarem eſt ſequutus errorem de Dæmonum cum mulieribus coitu, quem nec etiam ipſe negat, ex copulatione quippe Dæmonum cum mortalibus nihil procreatur. Quod ſi fiat, Diabolum in carne, non hominem fore. Solus enim homo hominem generare poteſt. Diabolus ſi generet, Diabolum, hoc eſt Spiritus ſpiritum generaret. Licet enim ex vna ſpecie, diuerſam in natura fieri intelligat,

gat, vt ex tritico hordeum in Boëmia, ex arboribus lapides, & alia id genus; negat hoc tamen in generatione hominis accidere posse, licet etiam interdum natura in monstris edendis ludat. Negat igitur Homero hunc parentem posse tribui, nisi quatenus hic illius ingenij diuinitas indicetur; idque tantum fuisse dictum ad exprimendum diuinum hominis ingenium.

In his Spondanus nimis perplexus, & anxius, nescio an quid nouum nobis obtrudat. Quippe non veretur asserere ex coitu Dæmonum cum mulieribus nullam fieri generationem, quæ si fiat, nō homo, sed Diabolus generaretur. Vtrumque falsum. Nam ex huiusmodi concubitu Dæmonis incubi, prolem posse nasci omnium temporum historię non longè petitis exemplis confirmant. Et illud sanè quod nascitur neque erit Dæmon, neque filius ipsius Dæmonis, sed illius hominis, à quo semen illud excisum; quicquid alij in contrarium afferre soleant. Dæmon enim agilitate, qua est, necnon naturalium rerum peritia, calorem seminis prolificum, vna cum semine conseruatum matrici exhibet attrahendum, quæ receptum debito modo, ac fotum, tandem in hominem perfectum, in lucem profert; & tunc diceretur hominem, ex homine, cuius erat semen natum fuisse. Quid inde? potuit ergo genius ille non dissimili ratione semen, quod perfectissimum cognoscebat, ideoque hominem perfectissimum producturum ex quopiam homine desumptum Critheidis matrici infudisse, indeque natum Homerum ingenio diuinum.

Quod

Quod cum ſciret Ariſtoteles , eóque præcipuè, quod vulgò circumferebatur in libris ſuis retulit. Nec propterea illum aſſeruiſſe exiſtimabimus Genium illum vi ſua,& ex propria ſubſtantia hominem potuiſſe generare; quemadmodum Spondanus poſſe ſpiritum Baſilidis errorem ſequutus, & Procli Philoſophi in elemẽtis Theologicis , qui docuit minores Angelos à maioribus generari, exiſtimauit. Et ante hos Epimenides , Eudoxus , & Xenocrates in eam videntur iſſe ſententiam , Deos nempe cum mulieribus coniunctos filios filiaſque ſuſcepiſſe : ideóque Apollinem cum Parthenide conſueuiſſe , ex eaque Pythagoram procreaſſe tradiderunt. ſententiam refellit Iamblichus de Vita Pythag. lib. 1. cap. 2. qui quanam id ratione fieri potuerit ibidem abundè explicat. quæ generationi Homericæ non incongruè poſſent applicari. Sed de Pythagora, Apollonio, Alexandro, aliiſque hac ratione procreatis fusè alibi agemus. Quare ceſſat admiratio, quæ ex huius ignoratione facta eſt.

Illud præterea animaduertendum erat, Philoſophum quandoque hiſtoricum , ſicuti & hiſtoricum Philoſophum agere : multaque ab Ariſtotele prolata,vt rumor populi , non vt veritatis ſtudium ferebat. Quare in referendis aliis fidum ſe præſtitit interpretem. Neque dubium eſt , Ariſtotelem φασὶν illud , quod Plutarchus omiſit,adieciſſe ; populi auram ſcilicet , rumoremque illud fuiſſe.Vel ſit natus Homerus patre Dæmone , cum ipſe δαιμονίας τινὸς φύσεως fuerit; ſicut

ſicut & multi alij illius qui ob ſui præſtantiam à Diis geniti traduntur, cum manifeſtum ſit illos patres habuiſſe, matreſque mortales, quos hic recensêre ſuperſedeo.

HOMERVM TIGRANEM DICTVM, & Babylonium fuiſſe refellitur ex eodem Luciano. Non fuiſſe Syrum contra Meleagri Gadarenſis ſententiam defenditur. Eius argumentum vt ridiculum reijcitur. Homerici Heroës quare à piſcibus abſtinuerint?

CAP. III.

LVCIANVS in Encomio Demoſthenis, cum seriò ageret, Homeri patriam, genus, & tempora incerta eſſe dicit, & de iis ancipitem eſſe litem inter mortales, cum illi alia atque alia patria tributa ſit. Τὰ δ᾽ ἄλλα τὰ μὲν ἀσαφῆ πατρὶς, καὶ γένος, καὶ χρόνος. Εἰ γοῦν τι σαφὲς αὐτοῦ ἦν, οὐκ ἦν ἂν ἀμφίλεκτος ἀνθρώποις ἔρις, πατρίδα μὲν διδόντων αὐτῷ Ἰωνικὴν Κολοφῶνα, ἢ Κύμην, ἢ Κίον, ἢ Σμύρνην, ἢ Θήβας τὰς Αἰγυπτίας, ἢ μυρίας ἄλλας. πατέρα δὲ Μαίονα τὸν Λυδὸν, ἢ ποταμὸν, καὶ μητέρα Μελανώπην φασὶν, &c. id eſt: *Nam cætera pleraque incerta ſunt, patria, & tempus & genus. Nam ſi quid his de rebus conſtaret; non eſſet anceps lis inter mortales, qui patriam ei tribuunt Ionicam Colophonem, aut Cumam, aut Chium, aut Smyrnam, aut Thebas Ægyptias, aut alias infinitas. Patrem*

autem

autem Mæonem Lydum, aut fluuium, & matrem Melanopem dicunt. Tamen cum de more in vera hiſtoria luderet, Babylona ei patriam adſtruit, nomenque Tigranis confingit lib.2. Καὶ προσελθὼν ἐγὼ Ὁμήρῳ τῷ ποιητῇ, σχολῆς οὔσης ἀμφοῖν, τά τε ἄλλα ἐπυνθανόμην, καὶ ὅθεν εἴη λέγων τοῦτο μάλιστα παρ' ἡμῖν εἰσέτι νῦν ζητεῖσθαι. Ὁ δὲ αὐτὸς μὲν ἀγνοεῖν ἔφασκεν. οἱ μὲν γὰρ Χῖον, οἱ δὲ Σμυρναῖον, πολλοὶ δὲ Κολοφώνιον αὐτὸν νομίζουσιν. εἶναι μέντοι ἔλεγε Βαβυλώνιος, καὶ παρά γε τοῖς πολίταις οὐχ Ὅμηρος, ἀλλὰ Τιγράνης καλεῖσθαι. ὕστερον δὲ ὁμηρεύσας παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀλλάξαι τὴν προσηγορίαν. Hoc eſt : *Cùm accèderem ad Homerum Poëtã : nam vtrique otium erat : & cum alia multa, tum illud rogabam, cuias eſſet, illud maximè apud nos ad hunc vſque diem eſſe in controuerſia. Nam quidam Chium, alij Smyrnæum, alij Colophonium arbitrantur : ipſe verò ſe Babylonium eſſe dicebat, ſiquidem à ciuibus ſuis, non Homerum, ſed Tigranem vocatum fuiſſe : poſtea verò cum apud Græcos obſidis officio functus eſſet, priſtinam appellationem mutaſſe.* Quod reſpexiſſe videtur & Ioannes Tzetzes Ἑτέροις Βαβυλώνιος, Χῖος δοκεῖ τοῖς ἄλλοις. i. *Aliis Babylonius, Chius aliis videtur.* Iocatur ſanè Lucianus, quî enim potuit ſe fuiſſe Babylonium aſſerere, cum id ignorare faſſus fuiſſet ? Inde ſumitur occaſio ioci, dum neſcius, & ignorans de patria, & nomine determinat. Ὁ δὲ αὐτὸς μὲν ἀγνοεῖν ἔφασκεν. *Ipſe vero ſe id ignorare fatebatur.* Verba lepidiſſimo quodam modo lectoribus riſum extorquentia, neſcio quanam ratione ab interprete omiſſa. Ignoranti nulla fides, in iis, quæ ſe ignorare dicit, adhibetur. Verum hæc vel

C

eodem Luciano teſte ſuâ ruunt inanitate. Cum ab eo habeamus mendacium confictum illud fuiſſe. Libro enim primo in prooemio ait, Ἐπεὶ μηδὲν μηδὲν ἀληθὲς ἱστορεῖν εἶχον, οὐδὲν γὰρ ἐπεπόνθειν ἀξιόλογον, ἐπὶ τὸ ψεῦδος ἐτραπόμην πολλῷ μᾶλλον εὐγνωμονέστερον. Κἂν ἓν γὰρ δὴ τοῦτο ἀληθεύων λέγω, ὅτι ψεύδομαι. Οὕτω δ' ἄν μοι δοκῶ, καὶ τὴν περὶ τῶν ἄλλων κατηγορίαν ἐκφυγεῖν, αὐτὸς ὁμολογῶν μηδὲν ἀληθὲς λέγειν. Γράφω τοίνυν περὶ ὧν μήτε εἶδον, μήτε ἔπαθον, μήτε παρ' ἄλλων ἐπυθόμην, ἔτι δὲ μηδὲ ὅλως ὄντων, μηδὲ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι δυναμένων. Διὸ δεῖ τοὺς ἐντυγχάνοντας μηδαμῶς πιστεύειν αὐτοῖς. Hoc eſt: *Nihil enim memoratu dignum, quod verè narrare poſſem mihi contigerat, ad mendacium me tranſtuli, atque, vt mea quidem fert opinio, multo tolerabilius, quam cæteri. Nam cum hoc ipſum, quod mentior verè dicam, idcirco me aliorum reprehenſiones iure, ac merito effugere exiſtimaui. Quoniam nihil me veri narraturum polliceor. Ea igitur ſcribo, quæ nec ipſe vidi, neque paſſus ſum, neque ab aliis audiui, quæ propterea omnino non ſunt, neque ab initio eſſe potuerunt. Quare qui hæc legerit, nullam his fidem adhibeat, oportet.* Ergo Homerus Babylonius eſt, dum memoriæ prodatur in hoc libro à Luciano, mendacium eſt: non eſt verum: non fuit, non potuit eſſe: Lucianus mentitur; nulla ei fides adhibenda.

Meleager Gadarenſis in Gratiis, vt legitur apud Athenæum Dipnoſoph. lib. 4. Homerum Syrum facit ea ratione, quod ſuos Heroas introduxerit, à piſcibus abſtinentes: qui Syrorum mos erat. Καὶ ἡ νίκιον ἔφη οὐδεὶς ὑμῶν ἄνδρες ψηφοσυλλεκτά-

δαι ἰχθύων ἐσθίει. ἢ καθάπερ ὁ πρόγονος ὑμῶν Μελέαγρος ὁ Γαδαρεὺς ἐν ταῖς Χάρισιν ἐπιγραφομέναις ἔφη τὸν Ὅμηρον Σύρον ὄντα τὸ γένος κατὰ τὰ πάτρια ἰχθύων ἀπεχομένους ποιῆσαι τοὺς ἀρχαίους δαψιλείας πολλῆς οὔσης κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον. id est : *Ac tum Nicium, vestrum, inquit, nemo ô viri barbæ alendæ colligendæque studiosissimi, piscibus vescitur. Hoc autem an ob eam causam, propter quam vt in opere, quod Gratias vocauit, scribit vester auus Meleager Gadarensis, Homerus genere Syrus patriæ suæ more, priscos Heroas piscibus abstinuisse fingit, cum eorum magna sit in Hellesponto copia.* Id non inuerisimile duxit aliquando Hieronymus Magius Miscellan. lib. 3. cap. 1. & innuisse Varronem illo carmine : *Capella Homeri candida hæc tumulum indicat.* de quo plura inferius. Quod Capras Syrias præcellentes in magno habitas pretio ipse idem Athenæus tradat lib. 1. & lib. 12.

Sanè probabilior est Dionis Chrysostomi ratio orat. 2. de regno, qui ait id ab Homero factum fortitudinis causâ, quæ ex bubularum carnium, quibus vescentes Heroas inducit, conciliari soleat. Idem adnotasse Platonem alij commemorarunt: ideoque alios maritimis abstinuisse, vt piè, casteque viuerent, veritos forsan, ne qui delicias omnes auersarentur, illis piscis, & cibus esset simul, & condimentum. Nam lib. 3. de Republ. veram victus in gymnastica formam eam laudat, quæ non sit πολυποίκιλος, sed ἁπλοῦ, quæ sanitati minimè aduersatur : idque Homeri testimonio probat, qui numquam suos Heroës licet in littore Hellespontico, piscium omnis

generis abundantiſſimo, caſtra haberent, piſcium neque exquiſitiſſimorum, aliorum ciborum, ac condimentorum eſu, ſubleuauit, ſed carnibus tantum aſſis, iiſque continuis vires bello, laboribuſque fractas tutatus eſt. Καὶ παρ' Ὁμήρου τάγε τοιαῦτα μάθοι ἄν τις. Οἶσθα γὰρ ὅτι ἐπὶ στρατιᾶς ἐν ταῖς τῶν Ἡρώων ἑστιάσεσιν, οὔτε ἰχθύσιν αὐτοὺς ἑστιᾷ, καὶ ταῦτα ἐπὶ θαλάττῃ ἐν Ἑλλησπόντῳ ὄντας, οὔτε ἑφθοῖς κρέασιν, ἀλλὰ μόνον ὀπτοῖς, ἃ δὴ μάλιστα ἂν εἴη στρατιώταις εὔπορα. πανταχοῦ γὰρ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, αὐτῷ τῷ πυρὶ χρῆσθαι εὐπορώτερον. ἢ ἀγγεῖα ξυμπεριφέρειν. οὐδὲ μὴν ἡδυσμάτων, ὡς ἐγῷμαι, Ὅμηρος πώποτε ἐμνήσθη. ἢ τοῦτο μὲν καὶ οἱ ἄλλοι ἀσκηταὶ ἴσασιν, ὅτι τῷ μέλλοντι σώματι εὖ ἕξειν ἀφεκτέον τῶν τοιούτων ἁπάντων. id eſt; *Et ab Homero quilibet hæc didicerit. Noſti enim Homerum in ipſo exercitu ad Heroum conuiuia non piſces adducere, quamuis in ipſo maris Helleſponti littore eſſent Græci. Neque elixas carnes, neque exquiſitis aliis cibis, eorum menſas inſtruere: ſed aſſas carnes illis tantum exhibere: quæ quidem militibus paratu eſſent facillimæ. Vbique enim, vt ita dicam, expeditius eſt igne vti, quam vaſa quædam circumuectare. Neque vero condimentorum, arbitror, vllum apud Homerum verbum: & hoc etiam norunt quicumque corpori firmando ſeſe exercent, abſtinendum eſſe ab huiuſmodi omnibus his. Siquidem futurum eſt, vt corpus validius reddatur.* Subdunt alij, Homerum, quod magis mirum eſt, neque molles illos Phæaces, neque mari circumfuſos Ithacenſes piſcibus vſos fuiſſe vnquam prodidiſſe. Nec aliud reſpexiſſe videtur Ouidius lib. 6. Faſtor. vbi priſci ſæculi frugalitatem

litatem his versibus commendat, de Dea Carna.

Prisca Dea est, aliturque cibis, quibus ante solebat,
Nec petit adscitas luxuriosa dapes.
Piscis adhuc illi populo sine fraude natabat,
Ostreaque in conchis tuta fuere suis.

Propagatâ scilicet luxuriâ, & gulâ sæuiente, auarè etiam piscibus statuta sunt; & in piscinas ad mare vsque prolatas reuocati, obsoniis omnibus antepositi sunt. Propterea Romanos harum rerum studiosissimos ita carpit Iuuenalis:

Atque ita defecit nostrum mare, dum gula sæuit.
Retibus assiduis, penitus scrutante macello,
Proxima, nec patimur Tyrrhenum crescere piscem.

Certè si Meleagro hoc concederemus, multas de nouo patrias Homero dare necesse erit, cum multas alias nationes præter Syros ab esu piscium abstinuisse historia compertum sit. Nam & Pythagoræi sibi temperabant ab esu piscium, hinc symbolum, ἰχθύων μὴ γεύεσθαι, *Pisces non gustato.* & Ægyptij abstinebant. Plutarchus lib. 8. symposiac. quæst. 8. Ὅθεν οὐ παρ᾽ Αἰγυπτίοις μόνον, οὔτε Σύροις, ἀλλὰ καὶ παρ᾽ Ἕλλησι γέγονεν ἁγνείας μέρος ἀποχὴ ἰχθύων. id est: *Itaque apud Ægyptios non solum, neque Syros, sed etiam apud Græcos sanctimoniæ pars erat, piscibus abstinere.* Et lib. de Iside, & Osiride narrat sua ætate graue bellum exarsisse in Ægypto, quod Cynopolitæ piscem oxyrinchum edissent, & Oxyrinchitæ carnem. Lucianus Dialogo de Astrologia docet, Ægyptios, qui piscium signum obseruauerant, piscibus non vesci; nec hircum mactare, qui Capricornum vi-

derant. Et Herodotus in Euterpe : Ἰχθύων δὲ οὔσφι ἔξεστι πάσασθαι. *Nefas eſt illis piſces comedere.* Ieiunium tale indixerat rerum ſacrarum veneratio, & piſces apud illos ſacri, & numina, etſi non omnes. Nec ab hac inſania alij abfuêre. De qua re vide Ludouicum Nonnium Ichthyophagiæ cap.3. Nulla ergo maior ratio, quare Syris potius, quàm aliis Homerus, concedi debeat.

Quin ex Athenæo ipſo lib. 1. Homerus nec dulciaria ex melle, neque alia ciborum lenocinia, ſed tantum ea propoſuit, quorum vſu valerent, & corpore, & animo; quod nec petulantiſſimis procis conceſſit, culinarum cupedias reſecans, queͅ Menander ὑποβινητιῶντα βρώματα *titillantia, Veneremque irritantia cibaria*, & Chryſippus λασταυροκάκαβον, *Laſtaurocacabum*, quaſi diceres *Prodigorum lebetem* vocauit. Οὐ μνημονεύει δὲ τοιαύτης ἐδωδῆς ἐπὶ τῶν δείπνων ὡς οὐκ οἰκείας νομιζομένης τῆς τροφῆς τοῖς ἐν ἀξιώμασιν Ἥρωσι κειμένοις. *At eiuſmodi cibariorum in cœnis heroū Homerus nuſquam meminit, quod Heroibus in dignitatibus eiuſmodi fercula congruere non cenſerent*; Piſces ſcilicet non fuiſſe habitos alimentum conueniens Heroibus in dignitate conſtitutis; qui non piſcibus tantum, ſed etiam oſtreis vtebantur, neque admodum ſalubribus, neque guſtu ſuauibus. Οὐ μόνον δὲ ἰχθύσιν, ἀλλὰ καὶ ὀστρέοις ἐχρῶντο, καί τοι τῆς τούτων ἐδωδῆς οὐ πολὺ ἐχούσης τὸ ὠφέλιμον καὶ ἡδὺ, ἀλλὰ κἂν τῷ βυθῷ κατὰ βάθος κειμένων, καὶ οὐκ ἔστιν εἰς ταῦτα ἄλλῃ τινὶ τέχνῃ χρήσασθαι, ἢ δύτα κατὰ βυθοῦ, ἢ μάλα ἐλαφρὸς ἀνὴρ ὅς ῥεῖα κυβιστᾷ, ὃν καὶ λέγει πολλοὺς ἂν κορέσαι τήθεα διφῶντα. Aliam huius rei cauſam vide

vide apud Plutarchum 8. Sympoſ. quæſt.8. *Cum præter iniuſtitiam piſcatio videatur, intemperantiam quandam, & gulæ incontinentiam ſecum traberet, ſumptuoſa, & curioſa.*

Argumentum Meleagri, ſi rectè conſideretur ridiculum pluribus modis omnino eſt. Homerus ſuos Heroas abſtinere facit ab eſu piſcium, & Syri abſtinent etiam à piſcibus, ergo Homerus Syrus eſt. Etiamſi Syri ſoli à piſcibus abſtinerent, adhuc argumentum non concludit; & quod magis ridiculum eſt. Homerus nuſquam meminit vſus piſcium, nec quiſquam apud illum, qui piſces comederit, commemoratur; ergo tunc temporis homines, vel Heroes ipſi Homerici piſces non comedebant. Ergo etiam fructus, quos ipſe ſummoperè laudat, cum nulla talis comeſtionis mentio apud ipſum. Et, vt verum fatear, ineptiſſimus ille argumentandi modus videtur, quo vel Iliacis, vel Homeri temporibus eius rei nullum vſum fuiſſe, cuius apud illum nulla mentio eſt, probatur: quaſi nihil prætermiſerit ille, & tempus illud pleniſſimè poſteris deſcripſerit. Non potuit vir ille omnes nationum omnium mores, & inſtituta in duobus voluminibus perexiguis admodum, ſi rem conſideras ad amuſſim circumſcribere. Res argumento proximas, & materiæ concinnauit; inſtituto ſuo alienas, quarum potiorem partem fuiſſe veroſimile eſt, ſilentio ſuo aliis etiam tradendas commiſit. Eo tamen vſus eſt Plinius, qui Troiano ſeculo nullum annuli vſum extitiſſe, Ioſephus, nullas leges, & alij alia, quod neque an-

nuli, neque legis, neque aliorum Homerus meminerit. Et ex recentioribus neſcio quis, Veteribus Græcis ceræ, & olei vſum negat,ſed ad lumen faciendum lignis aridis, & ſiccis, quæ per noctem famulus ſolebat accendere, vſos fuiſſe ſolo illorum ſilentio, horum mentione perſuadere conatur, Ὀδυσ. Σ.

Τοῖσι δὲ τερπομένοισι μέγας ἐπὶ ἕσπερος ἦλθεν
Αὐτίκα λαμπτῆρας τρεῖς ἵστασαν ἐν μεγάροισιν
Ὄφρα φαείνοιεν ἐπὶ δὲ ξύλα κάγκανα θῆκαν
Αὖα πάλαι, περίκηλα νέον κεκεασμένα χαλκῷ.
Καὶ δαΐδας κατέμισγον.

id eſt: Simone Lemnio Interprete.

Dumque ita ſe exercent, obſcuro ſerus Olympo
Heſperus acceſſit: tunc ternas ſedibus altis
Conſtituere faces, noctem funalibus arcent,
Lucentes aulæ flammis: hinc arida circum
Ligna focis ponunt, quæ ſicca humore relicto,
Duraque iam nuper fulgenti ſciſſa ſecuri,
Miſcebantque faces igni.

Hoc tamen ab Athenæo, Etymologo, & Euſtathio notatum animaduerti. Piſces nihilominus antiquos illos eſitaſſe ex ipſo Homero nonnulli probant: inter eos Marſilius Cagnatus obſeruat. lib.3.cap.19. Namque Odyſſ. 12. & 19. Piſcium meminit: hîc Vlyſſis socij dicuntur, poſtquam viaticum defeciſſet, ad piſcatum, & aucupium conuerſi.

Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ νηὸς ἐξέφθιτο ἤια πάντα,
Καὶ δὴ ἄγρην ἐφέπεσκον ἀλητεύοντες ἀνάγκῃ,
Ἰχθῦς, ὄρνιθάς τε φίλας, ὅτι χεῖρας ἵκοιτο
Γναμπτοῖς ἀγκίστροισιν ἔτειρε δὲ γαστέρα λιμός.

Et

Et: φέρησι ἡ γαῖα μέλαινα
Πυροὺς καὶ κριθὰς, βρίθησι δὲ δένδρεα καρπῷ.
Τίκτει δ' ἔμπεδα μῆλα, θάλασσα δὲ παρέχει ἰχθῦς.

id est:

Vtque dapes nauis consumptæ, accingere prædæ
Sectarique cibos palantes æquore toto
Constituunt. nam dira fames cogebat, & hamis
Pisces in iuncis, volucresque per aëra lapsæ
Captantur, quæcumque volant in retia rara.

Et:

Fert terra benigno
Nigra agro fruges, frumentaque larga per oras
Triticeam in messem, segetesque ex vbere gleba,
Ordeaque, & spicas, pendentque ex arbore poma,
Et grauibus frondes onerantur fructibus aruo,
Spesque gregis pecorũ fœcundant gramine partus,
Et pariunt fœtus, augentque caprilia vires
Prole sub assidua, multos dant æquora pisces.

Idemque ciborum varietatem heroïcis quoque temporibus placuisse ex eodem Homero ostendit. Argumento lepidè satis, ac comicè respondet Eubulus apud Athenæum ibidem. Καὶ τοι Εὔβουλος κατὰ τὴν κωμικὴν χάριν φησὶ παίζων.

Ἰχθὺν δὲ ποῦ γ' Ὅμηρος ἐσθίοντ' εἴρηκέ γε
τινὰ τῶν Ἀχαιῶν; κρέα δὲ μόνον ὤπτων. ἐπεὶ
Ἕψοντά γ' οὐ πεποίηκεν αὐτῶν οὐδένα.
Ἀλλ' οὐδεμίαν ἄλλην ἑταίραν εἶδέ τις
Αὐτῶν, ἑαυτοὺς δ' ἔδεφον ἐνιαυτοὺς δέκα
Πικρὰν στρατείαν δ' εἶδον, οἵτινες πόλιν
Μίαν λαβόντες, εὐρυπρωκτότεροι πολὺ
Τῆς πόλεως ἀπεχώρησαν, ἧς εἷλον τότε.

id est: *Eubulus comico sale lepidè per iocum ait;*

Piscem vbinam comedisse Homerus dixit
Quendam è Græcis? carnes assabant illi tantummodo:
Etenim nullum elixasse ex ipsis refert.
Quin nec scortum in castris vllum fuit;
Itaque per annos Achiui mastuprati sunt decem.
Acerba prorsus militia, qui oppido
Vno potiti; latiore multo podice
Recesserunt, quam capta Vrbs ipsa foret.

Adde Syros, quidquid Meleager affirmat, & Porphyrius περὶ ἀπ. ἐμψύχων. lib. 2. Καὶ γὰρ δειμὸν ἂν εἴη Σύρους μὲν τῶν ἰχθύων, μὴ ἂν γεύσασθαι, μηδὲ Ἑβραίους συῶν, Φοινίκων δὲ τοὺς πολλοὺς, καὶ Αἰγυπτίων βοῶν θηλειῶν, &c. & alij pisces esitasse non omnes, sed complures tantum Hyginus in Astronom. Poët. *Itaque Syri complures pisces non esitant, & eorum simulacra inaurata pro Diis Penatibus colunt. de hoc & Hegesias scribit.* Ii scilicet, qui Astartem venerabantur, vel pisces ob beneficia accepta inter Deorum numerum referebant, ideoque ab illis veluti sacris abstinebant. Id innuit Artemidorus Onirocrit. lib. 1. Ἰχθύες πάντες ἐσθίουσι πλὴν Σύρων τινῶν τῶν τὴν Ἀστάρτην σεβομένων. id est: *Pisces edunt omnes, exceptis Syris quibusdam qui Astartem colunt.* Xenophon lib. 1. Ἀναβ. de Chalo amne, Πλήρη δὲ ἰχθύων μεγάλων καὶ πραέων, οὓς οἱ Σύροι θεοὺς ἐνόμιζον, καὶ ἀδικεῖν οὐκ εἴων οὐδὲ τὰς περιστεράς. id est: *Multitudo ibi magnorum, ac mansuetorum piscium, quos Syri pro Diis habent, neque lædi eos patiebantur, sicuti neque columbas.* Huius rei causam alij aliam assignant. Theon in Arati Phœnomena, Οἵτινες Δέρκην τῆς Ἀφροδίτης θυγα-

φέρα ἐμπεσοῦσαν εἰς θάλασσαν. Ὅθεν εἰς τιμὴν τῆς Θεᾶς οἱ Σύροι ἰχθύων ἀπέχονται. *Pisces Dircem Veneris filiam in mare lapsam seruarunt, quare in Deæ honorem Syri piscibus abstinent.* Ioannes Tzetzes chiliad.9. hist.275. de Semiramide.

Σύρων γραφαὶ δὲ λέγουσιν ἰχθὺν αὐτὴν γενέσθαι
Ὅθεν οὐδὲ ἐσθίουσιν τινῶν ἰχθύων Σύροι.

Et ne plura recenseam, vide Hyginum in Poët. Astronom. in Piscibus, Germanicum in Aratum, Plutarchum, & alios. Quare ratio Meleagri inanis omninò est. Concludamus itaque cum Casaubono Animaduers. in Athenæum lib. 4. c. 14. *Homerum fuisse Syrum tam verum esse, quam fuisse Indum, aut quod multi tamen crediderunt Ægyptium.*

HOMERVM ÆGYPTIVM THEBIS ortum nonnulli crediderunt. Mira de eius infantia ex Alexandro Paphio. Homerum à Phantasia Memphite sua poëmata suffuratum. Eius tamen poëmata Græcam, non Ægyptiam sapiunt eloquentiam, & doctrinam. Ante Homerum Poëtæ plures fuêre, qui carmine scripserunt, inter eos Palamedes, Musæus, Oribantius Træzenius, Melisander Milesius: plures item qui Troianam historiam carmine complexi sunt, Phantasia Memphitis, Helena Atheniensis, Daphne Thebana, Syagrus, Sisyphus Cous, Dictys Cretensis, Dares Phrygius, Corinnus Palamedis discipulus. Homerus tamen à se ipso magnus, & sine exemplo. Plures insulsissimi errores Iulij Scaligeri in historia, & iudicio. Heliodori sententia, & Olympiodori de Homero Ægyptio refellitur. Homerum etsi non Ægyptium, in Ægypto tamen fuisse verisimile est.

CAP. IV.

AT multi crediderunt Ægyptium. Clemens lib. 1. Stromatum. Ὅμηρον γὰρ οἱ πλεῖστοι Αἰγύπτιον φαίνουσιν. *Homerum enim plurimi ostendunt Ægyptum.* Gellius, *sunt qui Ægyptium dicant fuisse.* Suidas, Οἱ δὲ Μυκηναῖον, οἱ δὲ Αἰγύπτιον, οἱ δὲ Θετταλόν.

Θεσσαλόν. *Alij Mycenæum, alij Ægyptium, alij Thessalum.* Heliodorus Æthiopic. lib. 2. Ἡ γὰρ Ὁμήρου τοῦ Αἰγυπτίου ποίησις, τὸν Ἀχιλλέα Φθιώτην ἐνδείκνυται. *Homeri enim Ægyptij poësis Achillem Phthiotam esse ostendit.* & lib. 3. Ἃ δὴ καὶ Ὅμηρος εἰδὼς ἅτε Αἰγύπτιος, καὶ τὴν ἱερὰν παίδευσιν ἐκδιδαχθείς. id est: *Quæ etiam Homerus sciens, vt Ægyptius, & doctrinâ sacrâ instructus.* Alexander item Paphius, vt refert Eustathius in Homeri Odyss. Μ'. historiæ prodidit, Homerum Ægyptiis Dmasagora, & Æthra satum, à Vate quadam Hori Isidis Sacerdotis filia enutritum, cuius quandoque ab vberibus in os pueri mel instillatum. Puerulum noctu nouem voces emisisse, Hirundinis, Pauonis, Columbæ, Cornicis, Perdicis, Porphyrionis, Sturni, Lusciniæ, Merulæ. Puerum in lecto vna cum nouem columbis iocantem inuentum; & quæ apud illius pedes, vel fruebatur epulis, vel animo indulgebat Sibylla, furore percitam ex tempore carmina illa effudisse, quorum illud erat initium Δμασαγόρα πολυνίκε, in quibus inter cætera illum, & μεγακλεῆ, & στεφανίτην consalutasse, iussisseque nouem Pegridis, innuebat Musas, fanum extruere. Dmasagoram iussa exequutum puero, viro iam facto rem omnem manifestasse. Ideoque Poëtã animantia, quibuscum puerulus lusisset extulisse, finxisseque ea Ioui ambrosiam asportare.

Τῇ μέν τ' οὐδὲ ποτητὰ παρέρχεται, οὐδὲ πέλειαι
Τρήρωνες ταί τ' ἀμβροσίην Διῒ πατρὶ φέρουσιν.

Eustathius: Ἀλέξανδρος γὰρ ὁ Πάφιος ἱστορεῖ τὸν Ὅμηρον υἱὸν Αἰγυπτίων Δμασαγόρου, καὶ Αἴθρας, τροφὸν γὰρ αὐτοῦ

αὐτοῦ προφῆτιν τινὰ θυγατέρα Ὥρου ἱερέως Ἴσιδος. ἧς ἐκ τῶν μαστῶν μέλι ῥεῦσαι ποτὲ εἰς τὸ στόμα τοῦ παιδίου, καὶ τὸ βρέφος ἐν νυκτὶ φωνὰς ἐννέα προέσθαι, Χελιδόνος, Ταῶνος, Περιστερᾶς, Κορώνης, Πέρδικος, Πορφυρίωνος, Ψαρὸς, Ἀηδόνος, καὶ Κοττύφου. Εὑρεθῆναί τε τὸ παιδίον μετὰ περιστερῶν ἐννέα παίζων ἐπὶ κλίνης, συνωχουμένην δὲ παρὰ τοῖς τοῦ παιδίου τὴν Σίβυλλαν ἐμμανῆ γεγονυῖαν ἔπη σχεδιάσαι, ὧν ἀρχὴ, Δμασαγόρα πολυνίκε. Ἐν οἷς καὶ Μεγακλεῆ, καὶ Στεφανίτην αὐτὸν προσειπεῖν, καὶ ναὸν κτίσαι κελεῦσαι ἐννέα Πιερίδων, ἐδήλου δὲ τὰς Μούσας. Τὸν δὲ καὶ τοῦτο ποιῆσαι, καὶ τῷ παιδὶ ἀνδρωθέντι ἐξειπεῖν τὸ πρᾶγμα. καὶ τὸν ποιητὴν οὕτω σεμνῦναι τὰ ζῶα, οἷς βρέφος ὢν συνέπαιζε, καὶ ποιῆσαι αὐτὰ τῷ Διῒ τὴν ἀμβροσίαν νομίζοντα.

Nec ſatis illis, fuit Ægyptium oſtendiſſe Homerum; patriam illi, certam vrbem demonſtrant, eamque nobiliſſimam Thebas centiportes, & neſcio quæ etiam de eius generatione, ſi Diis placet, graui ſupercilio in medium afferunt. Epigrammat. lib. 3. Quod in nonnullis Codicibus M.S. Antipatro Sidonio tribuitur:

Ἐνθάδε θεῖος Ὅμηρος, ὃς Ἑλλάδα πᾶσαν ἄεισεν
Θήβης ἐκγεγαὼς τῆς ἑκατονταπύλου.

id eſt:

Hellada diuinum, qui totam cantat Homerum
Theba tulit, centum, quæ patuit foribus.

Lucianus, Ἢ Σμύρνην, ἢ Θήβας τὰς αἰγυπτίας. *Aut Smyrnam, aut Thebas Ægypti.* Olympiodorus Thebanus in excerptis hiſtoricis apud Photium. Φησὶ δὲ καὶ Ὅμηρον ἐκ τῆς πρὸς ταύτῃ Θηβαΐδος ἕλκειν τὸ γένος. *Ait autem & Homerum, ex vicina huic Thebaïde genus ducere.* Ioannes Tzetzes, Λέγεται γὰρ

ἐκ τῶν Θηβῶν ὑπάρχειν τῆς Αἰγύπτου. *Dicitur enim ex Thebis esse Ægyptiis.* Ioannes Podiasimus schol. in Hesiodi scutum. τρεῖς εἰσὶ Θῆβαι. Αἱ Ἑπτάπυλοι πρὸ τῆς Πελοποννήσου ἃς Κάδμος ἔκτισεν. αἱ Ἑκατοντάπυλοι ἐν Αἰγύπτῳ ἐξ ὧν καὶ Ὅμηρος, καὶ αἱ Ὑποπλάκιοι, ὅ ἐστι τὸ Ἀτραμύτιον. *Tres sunt Thebæ septemportæ ante Peloponnesum, quas Cadmus condidit, centumportæ in Ægypto ex quibus Homerus, & Hypoplacij, quod est Atramytium.* Chalcidius comment. in Timæum Platonis: *Homerus denique qui idem fuerit Ægyptius siquidem Thebanus fertur, quæ ciuitas est apud Ægyptum nobilissima, id ipsum latenter exequitur in Iliadis exordio, cum dicit propter iram Achillis, cuius Pater Peleus, mater verò maritima fuerit Dea, morbum, atque interitum, non modo clarorum virorum, sed aliorum quoque animalium, & pecorũ bello necessariorum extitisse, quo quidem sumpto exordio. cætera poëtica licentia finxit.* Et Heliodorus lib. 3. Ὅμηρος ὦ φίλος ὑπ' ἄλλων μὲν ἄλλοθεν ὀνομαζέσθω. καὶ πατρὶς ἔστω τῷ σοφῷ πᾶσα πόλις. Ἦν δὲ εἰς ἀλήθειαν ἡμεδαπὸς Αἰγύπτιος, καὶ πόλις αὐτῷ Θῆβαι αἱ ἑκατόμπυλοι εἰσὶ κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον. Πατὴρ δὲ τῷ μὲν δοκεῖν προφήτης. τὸ δὲ ἀψευδὲς Ἑρμῆς, οὗπερ ἦν ὁ δοκῶν πατὴρ Προφήτης. Τῇ γὰρ τούτου γαμετῇ τελούσῃ τινὰ πάτριον ἁγιστείαν, καὶ κατὰ τὸ ἱερὸν καθευδούσῃ συνῆλθεν ὁ Δαίμων, καὶ ποιεῖ τὸν Ὅμηρον φέροντά τι τῆς ἀνομοίου μίξεως σύμβολον. id est: *Homerus ab aliis quidem aliundè nominetur: & patria cordato sit vrbs quæuis viro. Erat autem reuera nostras, Ægyptius: & vrbs illi Thebæ centiportes, vt ex ipso cognoscere licet: Pater autem opinione hominum Antistes, sed non mentitus Mercurius. At qui erat illius existimatus*

tus pater antiſtes, eo quod cum eius vxore celebrante quædam ſacra patria, & in templo dormiente coïuit Deus, & Homerum procreauit ferentem notam inceſtæ conſuetudinis. Hoc ex ipſa poëmatis ſtructura, quæ non niſi Ægyptia eſſe potuit, concludit: ταῦτα μὲν εὖ τε καὶ ἀληθῶς μοι λέγειν ἔδοξας τεκμαιρομένῳ τῆς τε ποιήσεως τοῦ ἀνδρὸς τὸ ἀνειμένον τε, καὶ ἡδονῇ πάσῃ σύγκρατον, ὡς Αἰγύπτιον, καὶ τὸ τῆς φύσεως ὑπερέχον, ὡς οὐκ ἂν οὕτω τοὺς πάντας ὑπερβαλλόμενον, εἰ μή τινος θείας, καὶ δαιμονίας ὡς ἀληθῶς μετέσχε καταβολῆς. Hoc eſt: *Hæc quidem rectè, & verè dicere mihi viſus es, facienti coniecturam ex poëmate viri, cum omni voluptate, & oblectatione, quaſi Ægyptia temperato, & ex natura excellentia: quæ certè ita omnes non ſuperaret, niſi è diuinis quibuſdam reuera fundamentis extitiſſet.*

Hoc ſanè paradoxon in hiſtoria, nugis aliis abſurdioribus portētoſiora meditati ſunt, Phantaſiam neſcio quam Memphitidam Nicarchi filiam ante Homerum, & bellum Iliacum, & de Vlyſſe narrationem compoſuiſſe, depoſuiſſeque tale opus Memphide. Eò profectum Homerum à Phanita ſacro ſcriba commodatò illud accepiſſe, eiuſque ordinem inſecutum. Ptolemæus Hepheſtio in excerpt. lib. ϛ. apud Photium: Ὅτι Φαντασία τις Μεμφῖτις Νικάρχου θυγάτηρ συνέταξε πρὸ Ὁμήρου τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον, καὶ τὴν περὶ Ὀδυσσείας διήγησιν, καὶ ἀποκεῖσθαι φασὶ τὰς βίβλους ἐν Μέμφιδι. Ὅμηρον δὲ παραγενόμενον, καὶ τὰ ἀντίγραφα λαβόντα παρὰ Φανίτου τοῦ Ἱερογραμματέως συντάξαι κείνοις ἀκολούθως.

Non negarim Homerum quemadmodum & plures

plures alios Græciæ ſapientes ad Ægyptios commeaſſe, multaque ex eis delegiſſe, arcana, ſecretioriſque doctrinæ myſteria hauſiſſe, indeque poſteà, vt ſeſe obtulit occaſio, ſicut & aliarum nationum ritus laudabiles in poëmatibus ſuis diſtribuiſſe, vt adnotauit Diodorus Siculus Biblioth. lib. I. τῆς δ' Ὁμήρου παρουσίας ἄλλα τε σημεῖα φέρουσι, καὶ μάλιστα τὴν τῆς Ἑλένης γενομένην παρὰ Μενελάῳ Τηλεμάχου φαρμακείαν, καὶ λήθην τῶν συμβεβηκότων κακῶν. Τὸ γὰρ Νηπενθὲς φάρμακον ὃ λαβεῖν φησὶν ὁ ποιητὴς τὴν Ἑλένην ἐκ τῶν Αἰγυπτίων παρὰ τῆς Πολυμνήστης τῆς Θῶνος γυναικὸς ἀκριβῶς ἐξητηκὼς φαίνεται. Ἔτι γὰρ καὶ νῦν τὰς ἐν ταύτῃ γυναῖκας χρῆσθαι τῇ προειρημένῃ δυνάμει λέγουσιν, καὶ παρὰ μόναις τῶν Διοπολίτισιν ἐκ παλαιῶν χρόνων ὀργῆς, καὶ λύπης φάρμακον εὑρῆσθαι φασί. τὰς δὲ Θήβας, καὶ Διόσπολιν τὴν αὐτὴν ὑπάρχειν. τήν τε Ἀφροδίτην ὀνομάζεσθαι παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις Χρυσῆν, &c. Hoc eſt : *Quod autem Homerus eò loci venerit, cum aliis argumentis, tum pharmaco per Helenam Telemacho apud Menelaum, ad inducendam exantlatorum obliuionem exhibito, probant. Nepenthes enim pharmacum, quod Helenam à Polymneſte Thonis vxore acceptum ex Thebis Ægyptiis aſportaſſe memorat: poëta diligenter exploratum habuiſſe videtur. Nam & nunc efficaci hoc remedio mulieres illic vti; & apud ſolas Diopolitanas iræ, & triſtitiæ medicamentum inueniri. Thebas autem, & Dioſpolim vnam, & eandem eſſe ciuitatem aſſerunt, Veneremque ab indigenis ex vetuſta quadam traditione Auream vocari*, &c. Vide quæ ſubdit Diodorus, & ex Diodoro Iuſtinus Martyr Parænetico ad Gentes. Nuſquam tamen eum Ægy-

ptum, vel ab Ægyptio ſua carmina ſuffuratum credam. Structura illa orationis, ſententiarum diſpoſitio, figurarum ſplendor, doctrinæ expoſitio, morum humanitas, rerum geſtarum narratio, ſecretioris ſapientiæ velamenta, dictorum methodus, ars ipſa pluſquam humana, aliud nobis, quam genium Ægyptium, & vires, & facultates ſubolent. Næ ego Ægyptius ſim, ſi credam. Nugatores iſti ſaltem veriſimilia prodidiſſent. Ego ſanè:

Ψευδοίμην ἀΐοντος ἄκειν πεπίθαιν ἀκουήν.

id eſt.

Mentirer facturafidem, quandoque legenti.

Homericis temporibus nulla apud Ægyptios Græcæ linguæ, qua Homerus ipſe ſua conſcripſit poëmata, nec veſtigium erat; Quomodo potuit ea lingua ab Ægyptio ſcribi, & Græcum hominem non illaudatum illum quidem, ſed celebrem ab externo, quæ ſua erant, alioſque potuerat docere, didiciſſe? Veriſimilius narraſſent, ſi Homerum ex Ægyptiaca lingua, ſiue ſymbolis, vel hieroglyphicis in Græcam linguam tranſtuliſſe dixiſſent. Nonniſi poſt Alexandri tempora Græcorum ſcholis, atque diſciplinis aditus patuit in Ægypto. Et parùm cautè argumentatur Heliodorus, ſic namque & Lycurgus Spartanus, & Solon Athenienſis, & Democritus Abderita, & Oenopides Chius, & Eudoxus Cnidius, aliique complures Ægyptij forent, tamquã qui Ægypto penetrata, & Ægyptiorum doctrina imbuti, ſcriptis ſuis, ac monumentis Ægyptiorũ plurimos ritus, arcanaque Græcis prodidêre.

Nec

Nec minus ridendi ſunt,qui vt tanto viro detrahant,alios volunt ante eum eadem, vel ſimilia exequutos, vt Muſæum, Orpheum, Linum, alioſque ante Troiana tempora, quorum exemplo factum meliorem Homerum.Iiſdem vel ſubſecutis temporibus Palamedem, quem carmine varia ſcripſiſſe narrat Suidas, eaque ſuppreſſa à poſteris Agamemnonis, & ab Homero ipſo. Τὰ δὲ ποιήματα αὐτοῦ ἠφανίσθη ὑπὸ τῶν Ἀγαμέμνονος ἀπογόνων διὰ βασκανίαν, ὑπολαμβάνω δὲ καὶ τὸν ποιήσασθαι. Ἠφανίσθη τὰ Παλαμήδους ποιήματα διὰ βασκανίαν ὑπὸ Ὁμήρου. Locum Suidæ mutilum,ex ingenio ſic puto ſupplendum, ὑπολαμβάνω δὲ καὶ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον ποιήσασθαι. Cuius erit illa ſententia;Poëmata autem ipſius à poſteris Agamemnones deleta ſunt. Suſpicor vero, & Iliacum bellum eundem compoſuiſſe,quod poëma vna cum reliquis odio,atque inuidia ab Homero ſuppreſſa ſunt. Hominem etenim ingenio,atque conſilio grauem, & quem immeritò Vlyſſis, Agamemnoniſque, adde etiam plurimorum Græcorum,artes prauæ,vel doloſa ingenia miſeris modis vexarant, veriſimile eſt;res eas carmine proſecutum, quæ hoſtibus dedecori eſſe poterant. Quare nil mirum ſi ea Agamemnonis poſteri inſectati,non paſſi ſunt apud poſteros memoriam eorum extare: Idemque affectaſſe Homerum Agamemnonis,Vlyſſiſque cauſa, quorum beneficiis deuinctam voluntatem habebat.

Oribantij Trœzenij, & Meliſandri Mileſij meminit Ælianus lib.11. cap. 2. Ὅτι ἦν Ὀροιβαντίου Τροιζηνίου ἔπη πρὸ Ὁμήρου, ὥς φασιν, οἱ Τροιζήνιοι λό-

γοι. & inferius: Μελίσανδρος ὁ Μιλήσιος Λαπιθῶν, καὶ Κενταύρων μάχην ἔγραψεν. id eſt: *Orœbantij Trœzenij poëmata ante Homerum extiterunt, vt ferunt Trœzenij.* &, *Meliſander Mileſius Lapitharum, & Centaurorum pugnam literis prodidit.*

Thaletam ante Homerum carmine conſcripſiſſe, auctor eſt Suidas. Θαλήτας Κρὴς, ἢ Ἰλλυρικὸς λυρικὸς γεγονὼς πρὸ Ὁμήρου, μέλη. *Thaletas Cretenſis, aut Illyricus ante Homeri tempora, Carmina.* Hunc Thaletam vocauit Strabo lib. 10. & iiſdem cum Homeri temporibus, vel paulò infrà floruiſſe innuit, de Lycurgo verba faciens: ταύτην μὲν δὴ λέγεσθαι τῆς ἀποδημίας αἰτίαν. ἐλθόντα δὲ πλησιάσαι Θάλητι μελοποιῷ ἀνδρὶ καὶ νομοθετικῷ. ἱστορήσαντα δὲ παρ' αὐτοῦ τὸν τρόπον, ὃν Ῥαδάμανθύς τε πρότερον, καὶ ὕστερον Μίνως ὡς παρὰ τοῦ Διὸς τοὺς νόμους ἐκφέρει εἰς τοὺς ἀνθρώπους. &c. *Hæc peregrinationis eius cauſa fertur. Lycurgus vt in Cretam venit, adiunxit ſe ad Thaletem, qui Lyrica carmina & leges condebat: cumque ex eo didiciſſet modum, quem Rhadamanthus priùs, deinde Minos vſurpauerunt, vt leges ſe ab Ioue acceptas promulgare dicerent*, &c. De eo etiam Textus Empiricus aduerſus Mathematicos lib. 2. de Rhetorica. Ὁ δὲ Σπαρτιάτης Λυκοῦργος ὃς ἂν ζηλωτὴς Θάλητος τοῦ Κρητὸς τὸν αὐτὸν τοῖς Σπαρτιάταις νόμον εἰσηγήσατο. *Spartanus autem Lycurgus, vt qui Thaletis Cretenſis eſſet æmulator Spartanis eandem ſanxit legem.*

De Phantaſia Memphite, quid Hepheſtio Ptolemæus prodat ſuprà adnotauimus. De Helena Muſæi Athenienſis filia idem ſcribit, Ὧν καὶ ἡ πρὸ Ὁμήρου

Ὁμήρου Ἑλένη, ἡ τὸν Ἰλιακὸν συγγραψαμένη πόλεμον Μουσαίου τοῦ Ἀθηναίου θυγάτηρ γενομένη, παρ' ἧς καὶ Ὅμηρον λέγεται λαβεῖν ὑπόθεσιν, καὶ κτήσασθαι τὸ δίγλωσσον ἄρνίον. Id eſt: *In quibus & ea Homero antiquior eſt Helena, quæ bellum Troianum conſcripſit, Muſæi Athenienſis filia, à qua, & Homerus accepiſſe argumentum creditur, & bilinguem agnum poſſediſſe.*

Daphne in Tireſiæ filia, Delphis conſecrata, diuinandi ſcientia patri non cedens magna indole, & quod ſæpius diuino afflatu correpta vaticinia ederet Sibyllæ cognomentum accepit, variis oraculis ſingulari artificio conſcribendis operam dedit, à qua non pauca mutuatus Homerus poëta carmina ad poëſeos ſuæ ornatum tranſtulit. Diodorus Siculus lib. 4. Αὕτη δὲ τὴν μαντικὴν τοῦ πατρὸς οὐδὲν ἧττον εἰδυῖα πολὺ μᾶλλον ἐν τοῖς Δελφοῖς διατρίψασα τὴν τέχνην ἐπηύξησε. Φύσει δὲ θαυμαστῇ κεχορηγημένη Χρησμοὺς ἔγραψε παντοδαποὺς, διαφόρους ταῖς κατασκευαῖς, παρ' ἧς, φασὶ, καὶ τὸν ποιητὴν Ὅμηρον πολλὰ τῶν ἐπῶν σφετερισάμενον κοσμῆσαι τὴν ἰδίαν ποίησιν. Ἐνθεαζούσης δὲ αὐτῆς πολλάκις, καὶ χρησμοὺς ἀποφαινομένης φασὶν ἐπικληθῆναι Σίβυλλαν, τὸ γὰρ ἐνθεάζειν κατὰ γλῶσσαν Σιβυλλαίνειν. An hæc illa eadem eſt, quæ ſe dolet quodammodo ab Homero carminum elegantia ſuperatam iri? manifeſtoque fatetur ſuis eum carminibus meliorem fore libro tertio:

Αὐτὸς καὶ γράψει τὰ κατ' Ἴλιον οὐ μὲν ἀληθῶς,
Ἀλλὰ σαφῶς. ἔπεσι γὰρ ἐμοῖς μέτρων τε κρατήσει:
Πρῶτος γὰρ χείρεσσιν ἐμὰς βίβλους ἀναπτύξει,
Αὐτὸς δ' αὖ μάλα κοσμήσει πολέμοιο κορυστάς.

id eſt, vt vertebat neſcio quis:

Hic res Iliacas ſcribet, non ſicut habebunt,
Sed clarè verbiſque meis vtendo, modiſque;
Primus enim voluet librorum ſcripta meorum:
Iſque vel in primis ornabit belligerantes.

Ioannes Tzetzēs Chil. V. hiſt. 29. ex Ioanne Chronographo refert Siſyphum Coum Scribam Teucri bellum Troianum compoſuiſſe, & ab eo Homerum ſua accepiſſe.

Σίσυφον Κῷον λέγουσιν τοῦ Τεύκρου γραμματέα
Καὶ πρὸ Ὁμήρου γράψαι δὲ τοῦτον τὴν Ἰλιάδα
Τεύκρῳ συνεκστρατεύσαντα, καὶ καθορῶντα πάντα.
Ἀφ' οὗ πρὸς πλάτος ὕστερον Ὅμηρον μεταφράσαι
Ταῦτα μὲν Ἰωάννης τὶς Μελέλης Χρονογράφος.

Id eſt:

Siſyphon Coum dicunt Teucri ſcribam
Et ante Homerum autem hunc ſcripſiſſe Iliada,
Quod cum Teucro vnà militaſſet, vidiſſetque omnia,
A quo ad latitudinem poſteà Homerum tranſtuliſſe
Hæc enim Ioannes quidam Meleles temporum ſcriptor.

Et Chronographus neſcio quis M. S. Ὅμηρος συγγραφὴν εὑρὼν Σισύφου τοῦ Κῴου τὰ ἐς τὴν Τροίαν ἅπαντα συλλαμβάνουσαν συμπαρόντος τῷ πολέμῳ ἐξέθετο τὴν Ἰλιάδα. Ὡσαύτως καὶ Βιργίλιος τὰ λοιπά. Ἅτινα καὶ ἐν ταῖς ῥαψῳδίαις Δίκτυος φέρεται, ὅπερ πόνημα ἐπὶ Κλαυδίου, καὶ Νέρωνος εὑρέθη ἐν κασσιτερίνῳ κιβωτίῳ. id eſt: *Homerus cum inueniſſet Siſyphi Coi, qui bello interfuerat commentarium res omnes in Ilio geſtas continentem in Iliade expreſſit. Eadem ratione & Virgilius reliqua, quæ in dictis Rapſodiis ferebantur, cuius ſcripta ſub Claudio, & Nerone*

in arcula stannea inuenta sunt.

Corinnus præterea Iliensis Palamedis discipulus scripsit Iliada, à quo Homerus sua dicitur desumpsisse. Suidas, Κόριννος Ἰλιεὺς ἐποποιὸς τῶν πρὸ Ὁμήρου, ὥς τισιν ἔδοξεν· καὶ πρῶτος γράψας τὴν Ἰλιάδα ἔτι τῶν Τρωϊκῶν συνισταμένων. Ἦν δὲ Παλαμήδους μαθητής, καὶ ἔγραψε τοῖς ὑπὸ Παλαμήδους εὑρεθεῖσι Δωρικοῖς γράμμασιν. Ἔγραψε καὶ τὸν Δαρδάνου πρὸς Παφλαγόνας πόλεμον, ὡς ἐκ τούτου λαβεῖν, καὶ τῆς ποιήσεως πᾶσαν ὑπόθεσιν Ὅμηρον, καὶ ἐντάξαι τοῖς αὐτοῦ βίβλοις. id est: *Corinnus Iliensis Poëta ante Homerum vt quibusdam visum est, primus Iliadem scripsit, Troiano bello adhuc durante: discipulus Palamedis, literisque Doricis à Palamede repertis sua conscripsit.* [non vt interpres habet, *Cuius inuenta literis Doricis descripsit*] *Dardani item bellum aduersus Paphlagonas: vt ex hoc Homerus totum suæ Poësis argumentum sumpserit, inque suos libros retulerit.*

Dictys Cretensis, qui cum Idomeneo militauit, eadem quæ & Homerus scripsisse traditur, Isaacius Porphyrogeneta in characteribus Græcorum, & Troianorum, Ἀλλὰ ταῦτα τὰ περὶ τοὺς ἄνδρας ἐκγεγραμμένα, καὶ θεωρούμενα ὁ σοφώτατος ἐκεῖνος Δίκτυς ὑπεμνηματίσεν ἀληθῶς ἐκ τῆς Κρήτης ὁρμώμενος. Οὐ μὴν μόνα ταῦτα τὰ ἰδιώματα τῶν ἀνδρῶν φημὶ, ἀλλὰ καὶ τὰ γεγονότα πάντα περὶ τὴν Τροίην παρά τε τῶν Ἑλλήνων, καὶ τῶν Τρώων ἐῤῥηξάντων τὸν περιβόητον πόλεμον. Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ συγγραφεὺς τότε μετὰ τοῦ Ἰδομενέως ἐκείνου τοῦ προμάχου τῶν Δαναῶν τοῖς Ἕλλησιν ἐνστρατεύσαντος. Καὶ γὰρ καὶ τούτων ὁ Δίκτυς αὐτὸς συνεγράψατο ὡς παρὼν, καὶ ὄψει καθιστορήσας πάντα τὰ παρ' αὐτοῦ γεγραμμένα. καὶ μὴν καὶ τοὺς προτρα-

πέντας ὑπὸ Ἀγαμέμνονος, καὶ Μενελάου τῶν αὐταδέλφων βασιλέων ἀποπλεῦσαι, καὶ κατελθεῖν σὺν αὐτοῖς εἰς τὴν Ἴλιον ὁ Δίκτυς αὐτὸς συνεγράψατο. Hoc eſt: *Atque hæc quidem omnia, quæ ſcriptis de his viris ſunt tradita, & conſiderari merentur, ſapientiſſimus ille Dictys commentario complexus eſt reuera è Creta oriundus. Non has, inquam, virorum proprietates tantum, ſed & quidquid Græci ſimul, ac Troiani in illuſtri illo ad Troiam bello geſſêre. Quippe cum auctor ipſe cum celeberrimo illo Idomeneo, Danaorum duce, vnà cum Græcis fecerit ſtipendia, atque hoc ipſum quoque ſcripto teſtatus ſit Dictys, ſe & interfuiſſe illi bello; & quæcumque ſcripſit, coràm inſpexiſſe. Eos quoque ipſos iuſſu Agamemnonis, atque Menelai germanorum regum, & nauigaſſe, ſeque cum iis ad Ilium veniſſe idem Dictys ſcripto prodit.*

Neque diſſimilia ſunt quæ habet Cedrenus in Synopſi hiſtorica. Ἰδομενέως τοῦ προμάχου τῶν Ἑλλήνων ὑπογραφεὺς ἦν ὁ Δίκτυς ἀνὴρ ἀξιόλογος, καὶ συνετὸς, ὃς ἀπὸ τῆς Κρήτης τοῖς ἐπὶ Ἴλιον ἤκουσι συνεστρατεύετο. Οὗτος τὸν τοῦ πολέμου χρόνον πάντα συνὼν τῷ Ἰδομενεῖ τὰ παρακολουθήσαντα πάντα ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους μετὰ ἀληθείας συνέγραψεν, καὶ τοὺς χαρακτῆρας τῶν προμάχων: ὡς πάντας ἑωρακὼς ὑπέγραψε, καὶ ἀκριβῶς ὑπεμνημάτισε. τοὺς δὲ χρόνους καὶ τόπους, καὶ τὰ ἐκείνου τοῦ πολέμου διαγραφῶν μετὰ ἀκριβείας ἱστοριογραφῶν, καὶ καθ' ἕνα τῶν ἀρχόντων μεθ' ὅσων νηῶν παρεγένετο συνέταξεν. Id eſt: *Idomenei, qui vnus de ducibus Græcorum fuit, Scriba fuit Dictys, vir præclarus, & prudens inter eos, qui ex Creta ad Ilium belli cauſa profecti ſunt. Is toto belli tempore cum Idomeneo fuit, & omnium quæcumque ab initio ad finem*

vſque

vsque gesta sunt, veram historiam conscripsit. Ductores etiam Græcorum, quos omnes viderat, suis quemque notis expressit, accurateque depinxit: tempora quoque, loca, circumstantiasque omnes omnium quæ illo bello euenerunt perspicuè adnotauit, & quas quique Principum naues secum adduxerit. Et alius nescio quis in margine: Δίκτυς ἐξ οὗ ὁ Ὅμηρος ἀφορμὴν εἰληφὼς, τὴν Ἰλιάδα συνέταξεν μετὰ ϛθʹ ἔτη τῆς ἁλώσεως Τροίας. id est: *Dictys, à quo sumpta ansa Homerus Iliadem composuit annis post captam Troiam nonaginta nouem.* Et Ioannes Tzetzes Chiliad. 5. hist. 30. ex Ioanne Melele.

Οὗτος ὁ χρονικὸς φησὶ καὶ Δίκτυν ἤτοι τὸν Κρῆτα
Ἰδομενεῖ ἑπέσθαι, καὶ τὸ τῆς μάχης γράψαι
Ἐξ ὧν ὡς ἔφην ὕστερον Ὅμηρον μεταφράσαι.

Id est:

Iste Chronicus inquit Dictym quoque Cretensem
Idomenea sequutum, & pugnæ gesta scripsisse
Ex quibus vt dixi postea Homerum transtulisse.

Fuit patria Cnossius apud Troiam militans, rerum à Græcis, Troianisque gestarum commentarios literis Phœniceis conscripsit, posteà domum reuersus in arcula, vt vna secum in sepulchro post obitum conderentur, mandauit. Tandem cum Neronis imperio terræ motus Cnosson conquassasset, confractis monumenti compagibus arcula illa in apertum venit perlataque ad ciuitatis dominum Eupraxidem, vt aiunt, reserataque ære perennius monumentum tandiu tenebris obsitum diuulgauit. Imperator commutari literas, & Græcam orationem, Græco etiam charactere, cum Phœniceæ tunc in vsu

non eſſent deſcribi iuſſit, vt eſſet omnibus familiaris. Suidas : Δίκτυς ἱστορικὸς ἔγραψεν Ἐφημερίδα, ἔστι δὲ τὰ μεθ' Ὅμηρον καταλογάδην ἐν βιβλίοις θ'. Ἰταλικὰ Τρωϊκοῦ διακόσμου. Οὗτος ἔγραψε τὰ περὶ τῆς ἁρπαγῆς Ἑλένης, καὶ περὶ Μενελάου, καὶ πάσης Ἰλιακῆς ὑποθέσεως, ὑπὸ Κλαυδίου τῆς Κρήτης ὑπὸ σεισμοῦ κατενεχθείσης, καὶ πολλῶν τάφων ἀνεωχθέντων εὑρέθη ἐν ἑνὶ τούτων τὸ σύνταγμα τῆς ἱστορίας Δίκτυος, τὸν Τρωϊκὸν περιέχον πόλεμον, ὅπερ λαβὼν Κλαύδιος ἐξέδοκε γράφεσθαι. id eſt: *Dictys hiſtoricus ſcripſit Ephemerida, prætermiſſa ab Homero nouẽ libris, Res Italicas, de Troiana Republica, de raptu Helenæ, & Menelao, & vniuerſa Troiana hiſtoria. Cum autem ſub Claudio Imperatore Creta terræ motu diſceſſiſſet, multis ſepulchris apertis in quodam opus hiſtoricum Dictyos eſt repertum, quod bellum Troianum contineret : quod Claudius deſcriptum edi iuſſit.* In quibus licet omnes alij Ἰταλικὰ vnanimes legant, mihi tamen mendum ſubeſſe videtur; neque Dictyn hunc puto Troicis temporibus æqualem *Italica* potuiſſe ſcribere, cum tunc Italicæ res in obſcuro eſſent, & ſæuis illa Europæ pars immanium hominum latrociniis, rapiniſque vexata, neque ciuili actione, neque publico, neque priuato iure regeretur, &, ſi Dionyſio curioſo harum rerum perſcrutatori fides aliqua habenda eſt, Italiæ nomen tunc primum, vel paulò antè natum, rude, ac penè ignotum in incunabulis incubabat. Quare libentius legerem Ἰλιακὰ, titulum ſcilicet generalem operis illum fuiſſe, nouem libris diſtinctum, in quo de rebus Troicis, aliiſque, quæ Suidas commemorat, tractabat. & hæc obiter. Anonymus in Prolegomenis

menis Rhetoricis adhuc ineditis: Καὶ γὰρ Δίκτυς ὁ Κνώσιος συμπλεύσας Ἰδομενεῖ τῷ τῶν Κρητῶν βασιλεῖ ἦλθεν εἰς Τροίαν, καὶ τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον συγγράψας Φοινίκων γράμμασιν, οἷς Ἕλληνες τότε ἀπὸ Κάδμου μαθόντες ἐχρῶντο δῆλός ἐστιν εἰδέναι τέχνην Ῥητορικήν. Δημηγοροῦντας γὰρ εἰσάγει τοὺς Ἥρωας, Παλαμήδην ἐκεῖνον, καὶ Ὀδυσσέα, καὶ Μενέλαον ἐν τῇ κατὰ Τρώων βουλῇ, καὶ ἐν τῇ πρὸς Τρῶας πρεσβείᾳ. καὶ πολλοὺς ἄλλους, ἄλλως πως ῥητορεύοντας. id eſt. *Dictys enim Cnoſſius, vna cum Idomeneo Cretenſium rege Troiam adnauigauit, & bello Troiano Phœniceis literis, quibus tunc Græci à Cadmo edocti vtebantur, deſcripto, manifeſtè ſe prodit artis Rhetoricæ gnarum. Nam Heroës Palamedem, Vlyſſem, Menelaum, & pleroſque alios in ſententia aduerſus Troianos ferenda, necnon ad eoſdem legatione eloquenter, artificioſeque diſſerentes, ac oratorio modo concionantes introducit.* Vide etiam quæ ex Chronographo M. S. adnotabamus in Siſypho. Ἅτινα καὶ ἐν τῶν Ῥαψῳδίαις Δίκτυος φέρεται, ὅπερ πόνημα ἐπὶ Κλαυδίου καὶ Νέρωνος εὑρέθη ἐν κασσιτερείνῳ κιβωτίῳ. id eſt; *Quæ in libris Dictys Cretenſis circumferuntur. Inuenti autem ſunt ſub Claudio, & Nerone in arcula ſtannea.* Quintus Septimius Romanus, qui illum è Græco, non ex lingua Punica, vt falsò tradit Paulus Bolduanus in Bibliotheca hiſtorica pag. 148. in ſermonem latinum vertit, in pauciſſimis verbis ſibi ipſi nimis incautè aduerſatur. Nam in vita Dictyos ait, Neronem libris huius auctoris acceptis, cum animaduertiſſet Phœniceas eſſe literas, interpretes ad ſe vocaſſe, iuſſiſſeque in Græcum ſermonem transferre: in epiſtola verò ad Q. Arcadium, tradit

Eupra

Eupraxidem Cnoſſi dominum, commutatos libros literis Acticis, *Nam oratio Græca fuerat*, Neroni Romano Cæſari obtuliſſe. Nec mirum id videri debet, cum & Samaritani, qui lingua Hebraica loquebantur, ſententiaſque animi exprimebant, ſcripta charactere Phœniceo delineabant. Et ego vidi in Bibliotheca Vaticana Pentateuchum Moyſis antiquiſſimum literis Phœniceis exaratum, lingua tamen Hebraica diſſerens. Et dum Aſiæ Minoris oram, ac Ægæas inſulas ἔρωτι πολυμαθείας luſtrarem, Iudæos eorum locorum accolas lingua Hiſpanica loquentes, diſſerenteſque audiui, dicta tamen charactere Hebraico, qui in vſu apud illos eſt, exprimentes, quia alium neſciunt, vt plurimum vidi. Quare æuo etiam, quo Commentarij Dictys mortalibus innotuêre, vt Græci haberent, & euoluerent, ſola characteris, literarumque mutatio ſatis ſupérque erat, nec erat opus, vt in Græcum ſermonem transferrentur, licet vt Latinis communicarentur præter characteris, ſermonis quoque immutatio neceſſariò requirebatur. Verùm cum videam illius commentarios à poſterioribus Græcis ſummoperè laudari, magna ſpes me tenet, eos quandoque in lucem venturos, & licet modò alicubi lateant, vſui publico Græcè etiam edendos, quidquid Conſtantinus Laſcaris aſſereret apud Franciſcum Faragonium epiſtola ad Bernardum Rictium Meſſanenſem: *Adhoc nulli profectò mirum videri debet; quum Conſtantinus Laſcaris vir vtrâque linguâ peritiſſimus mihi aſſeruerit ſuperiorum temporum incuria Dictyn apud Græcos*

Græcos ne quidem inueniri. Retulit tamen hæc paucula ex Suida asserente, Dictym Cretensem, Cnossium historicum belli Troiani Ephemeridem, id est, diurnalem literis Punicis, quibus vniuersa Græcia tunc vtebatur, absoluisse sub Idomeneo merentem. Dein post multum temporis apud Cnosson monumento terræ motu, seu vetustate collapso repertos libellos. Atticisque literis commutatos Claudio Cæsari Neroni oblatos, demùm latinè conuersos. Hæc ille.

Notanda item sunt verba Iani Rutgersij Var. Lect. lib. 5. cap. 20. Isaacium Porphyrogenetam, qui suos è Dicty Heroum characteres sumpsisse dicit, aut memoria lapsum fuisse, aut alium Dictym, quàm nos habemus, habuisse, cum in hoc nostro non reperiantur. Turpissime item illi decipiuntur, qui scriptorem hunc Merione, quem filium Idomenei somniant, natum, & Phœnicum lingua bellum Iliacum scripsisse tradunt: nec veriti sunt similia ἀνιστορησίας portenta Thesauro Latinæ linguæ inserere, *Dictys Cretensis peritus Phœnicum literarum natus Merione filio Idomenei scripsit bellum Troianum, in quo ipse militauit, Phœnicum lingua.* Vide quot errores incauto Lectori obtrudunt. Dictym Græcè scripsisse ex iam dictis manifestum est, licet characteribus Phœniceis vsus sit, & ipse fatetur in fine lib. 5. *Hæc ego Cnossius Dictys comes Idomenei conscripsi oratione ea, quam maximè inter diuersa loquendi genera consequi, ac comprehendere potui literis puniceis à Cadmo, Danaoque traditis. Neque sit mirum cuiquam, si quamuis Græci omnes tamen diuerso inter se sermone agunt, quando nec nos quidem vnius, eiusdemque in-*

sulæ

ſulæ ſimili lingua, ſed varia permixtaque vtamur. Meriones filius Idomenei nunquam fuit, ſed Moli, apertè Homerus eum υἱὸν Μόλου vocat, & Idomenei ὀπάονα καὶ θεράποντα, & Ariſtoteles, ſiue Epitaphiorum Homericorum Heroum Auctor; etſi Idomeneo conſanguinitate cõiunctum fuiſſe non negem, erat enim Idomenei ἀδελφιδοῦς fratris filius. Euſtathius in Iliad. Β. affinitatis ſeriem eam ſcribit, Θεῖος δὲ Μηριόνου κατὰ τὴν ἱστορίαν ὁ Ἰδομενεύς. Διὸς γὰρ Μίνως, οὗ καὶ Πασιφάης Δευκαλίων, οὗ Μόλος, καὶ Ἰδομενεὺς, Μόλου δὲ Μηριόνης. *Patruus,* ſcilicet, *Meriones ſecundum hiſtoriam Idomeneus fuit. Iouis ſiquidem Minos, huius & Paſiphaës Deucalion, huius Molus, & Idomeneus, Moli Meriones.* Poſtremò ſi Dictys Meriones filius fuiſſet difficile bello Troiano intereſſe potuit, & cum dicitur militare in aliena regione infans ipſe in propriis cum æqualibus pueris ineptias agebat, & falſus eſſet, cum profitetur ea, quæ vidiſſet, conſcribere: cum per ætatem ad Troadem acceſſus illi denegetur. *Dein haud multo poſt Idomeneus, & Meriones ſumma inter ſe vincli concordia. Eorum ego ſecutus comitatum, ea quidem quæ antea apud Troiam geſta ſunt, ab Vlyſſe cognita, quam diligentiſſimè retuli. & reliqua, quæ deinceps inſecuta ſunt, quoniam ipſe interfui, quàm veriſſimè potero exponam.* Et, *Igitur ea, quæ in bello euenêre Græcis, ac Barbaris, cuncta ſciens, perpeſſuſque magna ex parte memoria edidi.* Vnde eum prouectà tunc fuiſſe ætate colligimus.

Dares item Phrygius, vt retulit Antipater Acanthius ante Homerum Iliada ſcripſit. Ptolemæus

mæus Hepheſtio apud Photium. Ἀντίπατρος δὲ φησὶν ὁ Ἀκάνθιος Δάρητα πρὸ Ὁμήρου γράψαντα τὴν Ἰλιάδα μνήμονα γενέσθαι Ἕκτορος ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀνελεῖν ἑταῖρον Ἀχιλλέως. id eſt: *Cæterùm Antipater Acanthius refert Daretem, qui ante Homerum Iliadem conſcripſit, monitorem fuiſſe Hectoris, auctoremque, ne Achillis ſocium interimeret.* Ælianus lib. 11. c. 2. Καὶ τὸν Φρύγα δὲ Δάρητα, οὗ Φρυγίαν Ἰλιάδα, ἔτι καὶ νῦν ἀποσωζομένην οἶδα, πρὸ Ὁμήρου, καὶ τοῦτον γενέσθαι λέγουσιν. id eſt: *Item Dares Phrygius, vt dicunt, ante Homerum vixit, cuius Phrygiam Iliadem vſque in hunc diem conſeruari ſcio.* Sed ante quàm alia connectamus, mira Cæſaris Scaligeri improbitas, & ingenium ad omnia audax propalandum eſt, cùm enim totus in Homeri calumnias incumberet, ſententiam Æliani peracuta fraude in aliam mentem detorſit. Scribit ſiquidem lib. 1. de Poëtica cap. 2. *Orabantium quoque Trœzenium itemque Phrygium Daretam ante Homerum, ſcribit, floruiſſe Ælianus, ſuiſque temporibus illius Iliadem in honore habitam.* Nuſquam id dixit Ælianus. En ipſius verba, Οὗ Φρυγίαν Ἰλιάδα ἔτι καὶ νῦν ἀποσωζομένην οἶδα. *Cuius Phrygiam Iliadem etiam nunc conſeruari ſcio.* Aliud eſt conſeruari, aliud in honore haberi: neque id Scaligerum latuit. Sed voluit ingenioſus iſte vir hac mala fide alieni poëmatis laudatione Homeri poëſim nobis minus laudabilem inſinuare. Cornelius Nepos ad Saluſtium. *Optimum ergo duxi, ita vt verè fuit, & ſimpliciter perſcripta, ſic eam ad verbum in latinitatem tranſuerterem, vt legentes cognoſcere poſſint, quomodo res geſtæ eſſent, quas Dares Phrygius memoriæ commendauit,*

dauit, qui per id tempus vixit, & militauit, quo Græci Romanos oppugnarent. Minimè Homero credendum, qui post multos annos natus est. Sed bene est, quod in manibus iam de bello Troiano poëma à Cornelio versum, Dareti falsò suppositum censent eruditi. Rectè igitur sensit Ludouicus Viues in 5. de tradendis Disciplinis, cum ait, Daretem, & Dictym istum esse *figmenta eorum, qui de bello famosissimo voluerunt ludere.* Gulielmus Xylander not. in Cedrenum adnotat. 67. *Ego vt non negem Dictym, atque etiam Daretem historiam belli Troiani composuisse, ita persuaderi mihi numquam patiar, vt qui hodie istis titulis circumferuntur libelli pro genuinis, aut fide, vel etiam lectu dignis habeam.* Gaspar Barrerius Censura in fragmenta Portij Catonis: *Nonne quia de Bello Troiano scripsisse Dictym Cretensem, Daretem item Phrygium inaudierat non nemo ab inferis excitare nescio qua arte tentauit? & falsas pro veris historias vendicauit: Q. Septimio nescio quo, & Cornelio Nepote Interpretibus. O facinus audax, & flagris vindicandum. Vbi nunc lex Cornelia, quæ de plagiariis lata erat, dormis?* & Ioannes Vossius Eruditissimo lepore de scriptoribus Latinis in Ioannem Mariam Catanæum animaduertit, lib. 1. cap. 14. Sed de illius operis Auctore plura nos in opere de Apocryphis, in quo iam dudum insudamus.

Ilij vastationem, & Græcorum post illam cladem naufragia, & in patriam reditum, carmine cecinisse commemorantur ab Homero Demodocus Corcyræus, & Phemius Ithacensis Troicis temporibus σύγχρονοι; nisi fallit Homerus,

& poëtica

& poëtica licentia, ſicuti viros bello ſtrenuos, & eloquentia præſtantes, ita quoque & poëtas, eorumque carmina, vt ſibi placuit, finxerit. Quod & in aliis præſtitiſſe docuerunt alij aperto temporis ἀναχρονισμῷ, nam quæ ſua ætate euenerant ad Troica tempora detulit Euſtathius, Ὀδυσσ. Α. ex veteri hiſtoria. Τὸν δὲ Φήμιον ἡ παλαιὰ ἱστορία διδάσκαλον γενέσθαι λέγει τοῦ Ποιητοῦ ἄνδρα σοφὸν, καὶ Μούσαις κάτοχον. Διὸ καὶ τὸν Ἰθακήσιον ἀοιδὸν ὁ Ποιητὴς οὕτω πλάττει καλεῖσθαι ἐγκατατιθέμενος τῇ ποιήσει τὸ τοῦ διδασκάλου ὄνομα, οἷα κενηρίῳ λαμπρῷ εἰς κλέος ἀείμνηστον. Φασὶ δὲ καὶ ὅτι τὴν τοῦ Ὁμήρου μητέρα Κρηθηΐδα ἐκεῖνος ὁ ἀληθὴς Φήμιος ἔπεισε συνοικήσειν αὐτῷ. Ἐπιμαρτύρεται δὲ ὁ ποιητὴς τῷ Φημίῳ τούτῳ οὐ μόνον σύνεσιν, εἴπερ ἀνάγκῃ τοῖς μνηστῆρσιν ἀείδει, ἀλλὰ καὶ σοφίαν ἐν οἷς πολλὰ λέγει αὐτὸν εἰδέναι βροτῶν θελκτήρια. Et, Οὐ μόνον δὲ τὸ τοῦ Φημίου ἐνταῦθα ὄνομα ἐξ ἀληθοῦς τινος Φημίου οἱ ἱστοροῦντες μετενηνέχθαι φασὶν, ἀλλὰ καὶ τὸν ῥηθέντα Μέντην. καὶ μέντοι καὶ τὴν τοῦ μετὰ ταῦτα ῥηθησομένου Μέντορος κλῆσιν. Φασὶ γὰρ καὶ αὐτοὺς ἑταίρους φίλους γενέσθαι τοῦ Ποιητοῦ, τὸν μὲν ναύκληρον ὄντα τὸν Μέντην πεπαιδευμένον ἄνδρα, καὶ πολυΐστορα, ᾧ συμπλέων ὁ Ποιητὴς ἱστορίαν συνῆγε. τὸν δὲ Μέντορα Ἰθακήσιον, παρ' ᾧ κατελήφθη, καὶ ἐνοσοκομήθη ὁ Ποιητὴς, ὅτε πλέων ἐξ Ἰβηρίας μετὰ τοῦ Μέντου δεινῶς ἐνόσησε τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτοὺς ἀπεσέμνυνεν ὁ Ποιητὴς τῷ εἰς αὐτοὺς μετασχηματισμῷ τῆς Ἀθηνᾶς. Ὅτι δὲ καὶ ὁ Θερσίτης, καὶ ὁ Τύχιος, καὶ ὁ Ἐχέπωλος ἐπὶ Ὁμήρου γενόμενοι ἀνεχρονίσθησαν ὡς παλαίποτε γεγονότες ἐν ταῖς παλαιαῖς ἱστορίαις εὑρίσκεται. Id eſt: *Phemium Antiquorum monumenta tradunt, magiſtrum Homeri fuiſſe, virum doctum, & Muſis afflatum. Quapropter*

cantorem Ithacensem Poëta ita nomine ficto denominat, in Poësi magistri sui nomen inserens, quasi monumento quodam illius famam perennans. Tradunt prætereà Homeri matrem Cretheida, verum Phemium sibi matrimonio coniunxisse. Phemij prudentiæ luculentus testis est Homerus, in his, quæ vi quadam adactus Procis canit, & prætereà sapientiæ, dum illum multas hominum illecebras callere dicit. Et, *Non solum hic ex vero quodam Phemio historici nomen asportatum tradunt, & etiam Mentis prædicti, sic & infrà memorandi Mentoris. Eos siquidem comites, amicosque Poëtæ fuisse narrant, Mentem Nauicularium eruditum virum, ac multiscium, quocum Poëta adnauigans historiam colligebat; Mentorem Ithacensem, apud quem diuersatus est, & propriæ infirmitatis remedia habuit, dum ex Iberia progrediens cum Mente, oculorum morbo quam maximè afflictatus est. Ideoque eos celebrauit Poëta, in eos Mineruam transformans. Thersitem item, Tychium, & Echetum à temporibus Homericis, quibus viuebant, ad antiqua illa, quasi tunc temporis viuerent, translatos esse in Veterum auctorum monumentis legitur.* Similia habet Herodotus de Vita Homeri. Verum de his agere non est præsentis negotij. Verè tamen illos Poëtas fuisse tradit Plutarchus lib. de Musica. Γεγονέναι δὲ καὶ Δημόδοκον Κορκυραῖον παλαιὸν μουσικὸν, ὃν πεποιηκέναι Ἰλίου τε πόρθησιν, καὶ Ἀφροδίτης, καὶ Ἡφαίστου γάμον, ἀλλὰ μὴν καὶ Φήμιον Ἰθακήσιον νόστον τὸν ἀπὸ Τροίας μετ᾽ Ἀγαμέμνονος ἀνακομισθέντων ποιῆσαι. Οὐ λελυμένην δὲ εἶναι τὴν τῶν προειρημένων τῶν ποιημάτων λέξιν, καὶ μέτρον οὐκ ἔχουσαν, ἀλλὰ καθάπερ Στησιχόρου τε, καὶ τῶν ἀρχαίων μελοποιῶν οἳ ποι-

συῶτες ἔπη ᾠδαῖς μέλη περιετίθεσαν. Id eſt: *Fuiſſe etiam Demodorum Corcyræum veterem Muſicum, qui carmine expreſſerit Ilij excidium,& Veneris cum Vulcano nuptias, ſed & Phemium Ithacenſem de reditu eorum, qui cum Agamemnone fuerant ad Troiam profecti verſus feciſſe. Neque verò iam commemoratorum poëmatum ſolutam fuiſſe dictionem, aut quæ menſura careret; ſed Steſichori, aliorumque veterum Lyricorum poëmatis ſimilem, qui verſibus modos, quibus canerentur adiecerunt.* Et hæc ſe habuiſſe fatetur ex Heraclidis συναγωγῆς τῶν ἐν Μουσικῇ. & Timolaus Poëtam Clytemneſtræ cuſtodem, & Phemium fratres germanos facit apud Euſtathium Odyſſ. Γ. Τιμόλαος δὲ τὸν ἀοιδὸν τοῦτον ἀδελφὸν ἱστορεῖ τοῦ Φημίου, ὃν ἀκολουθῆσαι φησὶ τῇ Πηνελόπῃ εἰς Ἰθάκην φύλακα, διὸ καὶ βίᾳ παρὰ τοῖς μνηστῆρσιν ᾄδει. id eſt: *Timolaus Cantorem hunc fratrem Phemij fuiſſe refert, quem aiunt Penelopem apud Ithacam ſequutum cuſtodem. Ideoque apud Procos coactum canere.*

Martinus Delrius Aduerſ. in Senecæ Troada, tradit Homerum res Iliacas ſub Priamo geſtas non primum,quod vulgo creditur, pertractaſſe. *Nam Plutarchus lib. de Muſica refert, Phemium Ithacenſem ante Homerum ſcripſiſſe de Græcorum reditu à Troia, & Dionyſius Halicarnaſſeus lib.* 1. *Antiquit. eſt Auctor, Atratinum quendam omnium antiquiſſimum Poëtam Trôianas res ſcripſiſſe,&c.* In his nonnulla conſideranda ſunt. Primum illud apud Dionyſium legi bis Aratinum, non Atratinum. Secundum in nonnullis Codicibus Arctinum legi, quos ſequutus eſt etiam Lapus, &

Ioannes Canabutius tractatu de Samothrace, verba Dionysij exponendo, bis illius Auctoris nomen repetens Arctinum vocat. Tertium nullo modo è Dionysio colligi hunc scriptorem ante Homerica tempora res Iliacas scriptis mandasse. Verba Dionysij sunt: Ὁρᾷν μὲν δὴ ταῦτα ἔξεστιν ἀκούειν δὲ καὶ γράφειν ὑπὲρ αὐτῶν, ἃ Καλλίστρατός τε ὁ περὶ Σαμοθρᾴκης συνταξάμενος ἱστορίαν, καὶ Σάτυρος ὁ τοὺς ἀρχαίους μύθους συναγαγὼν, καὶ ἄλλοι συχνοί. Παλαιότατος δὲ ὧν ἡμεῖς ἴσμεν ποιητὴς Ἀρατῖνος. Λέγουσι γοῦν ὧδε. id est: *Hæc igitur videre fas est, fas etiam audire de illis, & scribere quæ extant in Callistrati historia, quam edidit de rebus Samothraciæ, & apud antiquarum fabularum collectorem Satyrum, & cum alios multos, tùm Aratinum poëtam omnium quos scimus, antiquissimum: apud quos ita legitur.* Quibus licet antiquissimum faciat Arctinum, non ita tamen, vt eum Homerum præcessisse in Troiana historia conscribenda affirmet; sed tantum eorum antiquissimum, quos ipse sciret, qui de Palladio tractassent: in Homero siquidem de hac re altum silentium. Quare cum ipse primus Palladij historiam tradidisset, nec alius suppeteret Dionysio, iure merito antiquissimus illi Poëtarum est; & illum de Palladio egisse series ipsa Dionysianæ historiæ fatetur. Falluntur ergo, qui ob verba hæc Dionysij Arctinum Homero antiquiorem faciunt. Hic in Eusebiano Chronico circa primam Olympiadem floruisse dicitur, patria Milesius, versibus faciendis clarissimus, & apud Suidam testimonio Artemonis Clazomenij discipulus Homeri,

Ἀρκτῖνος

Αρκτῖνος Τήλεω τοῦ Ναύτεω ἀπογόνου Μιλήσιος ἐποποιὸς μαθητὴς Ὁμήρου, ὡς λέγει ὁ Κλαζομένιος Αρτέμων ἐν τῷ περὶ Ὁμήρου, γεγονὼς μετὰ τὴν θ'. Ολυμπιάδα μετὰ υ'. ἔτη τῶν Τρωϊκῶν. id eſt : *Arctinus Telei filius à Naute oriundi Mileſius poëta , Homeri diſcipulus , auctore Artemone Clazomenio, vixit Olympiade nona , C C C C. poſt bellum Troianum annos.*

Syagrus tandem , vt finem hiſce rebus imponam poſt Orpheum , & Muſæum , ante tamen Homerum, Troianum bellum ſcripſit. Ælianus lib.14. cap.21. Ὅτι σύαγρός τις ἐγένετο ποιητὴς μετ' Ορφέα, καὶ Μουσαῖον, ὃς λέγεται τὸν τρωϊκὸν πόλεμον πρῶτος ᾆσαι. Μεγίστης οὖτος ὑποθέσεως λαβόμενος, καὶ ἐπιτολμήσας ταύτῃ. id eſt:*Poëta quidam nomine Syagrus extitit,poſt Orpheum,& Muſæum,qui dicitur primus Troianum bellum ceciniſſe : maximum argumentum carmine auſus tractare.* Et ex Æliano Euſtathius in Proleg. Homericis. Ὅτι δὲ καὶ ἕτεροι πρὸ αὐτοῦ ἦσαν ποιηταὶ, ὧν καὶ Μουσαῖος ἀκέσεις νόσων συγγραψάμενος. Καὶ ὅτι ὡς καὶ Αἰλιανὸς ἱστορεῖ μετὰ Ορφέα καὶ Μουσαῖον Σύαγρος γέγονε ποιητὴς, ὃς πρῶτος τὸν Τρωϊκὸν ἦσε πόλεμον. Καὶ τοῦτο ἐς τοσοῦτον εἰρήσθω. id eſt: *Multi præterea ante eum Poëtæ fuêre, inter quos annumeratur Muſæus , qui morborum medicamenta conſcripſit & ,vt Ælianus auctor eſt,poſt Orpheum, & Muſæum Syagrus Poëta floruit , qui primus Iliacum bellum cecinit, & hæc ſint ſatis dicta.*

Non minus ergo ridendi ſunt, qui vt de tanti viri laudibus adimant , alios volunt ante eum eadem argumenta executos. Eorumque exemplo meliorem factum Homerum. Demus enim

ante Homerum complures, ſicut etiam pòſt, argumentum non diſſimile tentaſſe, ſcripſiſſe vt ea tempora ferebant, & vires auctoris patiebantur, poëma non illaudabile illud quidem: ideone Homericum ingenium vel aliena ſuſtulit, vel per eorum labores profecit? Nemo ante Homerum poëta, nemo poſtea ad eum. Velleius Paterculus lib. 1. *Clariſſimum deinde Homeri illuxit ingenium, ſine exemplo maximum: qui magnitudine operum, & fulgore carminum ſolus appellari poëta meruit. In quo hoc maximum eſt, quod neque ante illum, quem ille imitaretur, neque poſt illum, qui eum imitari poſſet inuentus eſt: neque quemquam alium, cuius operis primus author fuerit, in eo perfectiſſimum, præter Homerum, & Archilochum reperiemus.* Velleij iudicium amplexatus eſt, & deoſculatus Iuſtus Lipſius Animad. ibidem. *Vtrumque verum eſt. Nam & Homerus*, primus doctrinarum, & antiquitatis parens, *nec poſt eum natus, qui germanius exprimeret, aut referret. Non ergo ipſe Virgilius? Non Velleio quidem iudice: atque etiam acri illo Fabio, cuius hæc verba:* In verbis, ſententiis, figuris, humani ingenij modum excedit, vt magni viri ſit virtutes eius, non æmulatione, quod fieri non poteſt, ſed intellectu ſequi. *Et profectò ita eſt. Omnium rerum, omnium artium, omnis non prudentiæ ſolum, ſed ſapientiæ veſtigia, aut expreſſa, aut recondita ſunt in illo. Quemadmodum Themiſtius temerè dixit* προπάτορα, καὶ ἀρχέγονον τοῦ Πλάτωνος, καὶ Ἀριστοτέλους λόγων. Primum parentem, auctoremque Platonis, & Ariſtotelis ſermonum. *Et Dionyſius:* Κορυφὴν ἁπάντων καὶ σκοπὸν, ἐξ οὗ περ πάντες

ποταμοὶ

ποταμοὶ ϗ πᾶσα θάλασσα, ϗ πᾶσαι κρῆναι. Verticem omnium, & quaſi ſcopum, ex quo cuncta flumina, cuncta maria, cuncti fontes. *Sed diffundor in laudes viri, quem fateor me non æſtimare, ſed venerari; nec venerari, ſed penè dicam adorare.* Hæc hûc adduxi non vt Homerum cum Virgilio conferam, nec vt Homerum Virgilio ſuperiorem demonſtrem. Meas in hac re conſiderationes habebis Lector fuſius alibi; ſed vt illud conuincam Homerum non aliundè ſuas laudes aucupatum, ſed ipſum ſe ipſo ſine exemplo maximum factum, exempli loco aliis fuiſſe. Vidit, & faſſus eſt hoc idem Iulius Scaliger, antequam furor, & audacia eius effrenatum animum, importunamque naturam ita oppreſſiſſet, vt pudore omni, metûque abiecto in innocentiſſimos Homeri Manes, furibundus, ac fatuus mente præcipiti, ac indomita delirаſſet, ac inſaniſſet in Heroibus.

Mortales, me etiam mortali ſemine cretum:
Et patria auſi eſtis credere fata mihi.
Ac non naturæ ſuperatas carmine leges?
Verſaque in humanas iura ſuperna vices?
Non homines non me Muſæ peperêre: ſed à me
Principium Muſæ Patre tulêre ſuum.

Hæc Scaliger prudẽs ac animi compos: cum furit, & debacchatur, vide eius peſſimos errores atque inſulſiſſimos; eos ſine ſtomacho non audies Lector. Ipſe enim lib. 5. Poët. cap. 2. vt argumenta Homericorum poëmatum non eſſe ab ipſo Homero excogitata probaret, ad famam vulgi, qua circumferebantur, refert. Ideoque

tantum Homero tribui, ait, quod antiquorum monumenta non extant, quæ ſi extarent, non primum ſibi locum in omnibus vindicaſſet. Ferenda hæc licet pro libidine furentis, inſanientiſque hominis dicta: qui non quod eſt probat, ſed aliud ſibi fingit, quod ita vellet eſſe, vt ſibi probata, aliis comprobaret. Quæ ſequuntur bruto potius, quam homine digna, qui in hac rerum luce vel ſenſerit aliquid, vel viderit, & in rationis ductu omninò ratione non fuerit deſtitutus. Audi decoctoris argumenta; & primum quæ habet Poëtices lib. 1. cap. 1. *Tertij ſæculi Homerus auctor, & parens. Heſiodus quoque, & alij. Quamquam ſi hiſtoriæ non extarent, putare potueris Muſæum Homero iuniorem, adeò ille cultior, & politior eſt.* Et lib. 5. *Arbitror enim ego Muſæi ſtylum longè eſſe Homerico politiorem, atque comptiorem: quod, vt clarius pateat aliquot verſus adducere coactus ſum. Nam quemadmodum omnes ſunt incomparabiles, ſolique è Græcanicis Virgilio digni, ita nonnulli adeò compoſiti, vt ab eius gentis nullo alio, quam à Muſæo dici potuiſſe videantur. Quare neque Homerum, neque Orpheum, ſed Muſæum fecit ille principem Elyſiacarum cantionum*, &c. Et Muſæi nonnullis carminibus mirum quantùm laudatis, ſubdit: *Quod ſi Muſæus ea, quæ Homerus ſcripſit, ſcripſiſſet, longè melius eum ſcripturum fuiſſe iudicamus. Nam cum à Muſæo accepiſſet illa munda ſimul, & aucta.*

Κύπρι φίλη μετὰ κύπριν Ἀθηναίη μετ᾽ Ἀθήνην,
Οὐ γὰρ ἐπιχθονίοισιν ἴσην καλέωσε γυναιξὶν,
Ἀλλά σε θυγατέρεσσι Διὸς Κρονίωνος ἐΐσκω.

Ὄλβιος

Ὄλβιος ὅς σ' ἐφύτευσε, καὶ ὀλβίη ἣ τέκε μήτηρ
Γαστὴρ ἥ τ' ἐλόχευσε μακαρτάτη. ἀλλὰ λιτάων
Ἡμετέρων ἐπάκουε.

Hæc cum accepiſſet, multo leuiore ſono, abiectioribus, laxioribuſque numeris ita reddidit.

Γουνοῦμαί σε ἄνασσα. Θεὸς νύ τοι, ἢ βροτός ἐσσι.
Εἰ μέν τοι Θεός ἐσσι, οἳ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν
Ἀρτέμιδί σε ἔγωγε Διὸς κούρῃ μεγάλοιο
Εἶδός τε, μέγεθός τε, φυήν τ' ἄγχιστα ἐΐσκω,
Εἰ δέ τις ἐσσὶ βροτῶν, τοὶ ἐπὶ χθονὶ ναιετάουσιν
Τρισμάκαρες μὲν σοί γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ.

Tandem concludit: *Vtinam igitur alia quoque extarent monumenta priſcorum; non enim dubito, quin iudicium meũ præferretur.* A te, à te ô Scaliger iudicium tuum ſemper præfertur, non ſine φιλαυτίας, illiuſque cæcutientis vitio. Quis hæc tua dummodo non ſit à Muſis omnibus auerſus iudicia, nimis improba probabit? Orationis ſtructuram, quâ hiſtoria Leandri, & Heronis ſatis cultè depicta eſt, ad priſcorum illam antiquam ſimplicitatem, & puram ἀφέλειαν defers? Non is es, qui illibatam illam antiquorum ſermonis normam, non aſcititiis verborum, ac figurarum ſplendoribus, ſed natura ſua, atque ingenio fluentem, à poſteritatis affectatione, atque artificioſa induſtria diſcernere poſſis. Cum nec recentiorum fucum, nec antiquorum puram, ac natiuam dictionem agnoſcas. Nimis nugax eſt cenſoria iſthæc virgula, quam tute arrogas; quæ dum characteres hoſce non diſcernit, vndenam poterit de aliis iudicium ferre? Muſæum antiquiſſimum illum ſacrorum Athenienſium Hie-

rophantam,ea dictione vſum, at oratione, nec ſtultiſſimus quidem, niſi tu qui nimium tibi ſapis Scaliger, diceret. Abhorruit veneranda antiquitas,verborum,& artis lenocinia, & voluit magis eſſe,quam videri cultu,formâ, naturâque illuſtris, quæ omnia poſteritas in vnum confuſa inani verborum, ac ſententiarum ſtrepitu pipere, ſeſamoque conſperſit: & in alienum cœlum,vt ita dicam tranſtulit immutata.Sed vt videas quæ nam fuerit illius æui, quænam Muſæi in ſcribendo ſolertia, & modus,quantum à Muſæanis hiſce tuis diuerſus,accipe nonnulla, quæ ex illius carminibus tempus edax nobis reliqua fecit.

Ὡς αἰεὶ τέχνη μέγ' ἀμείνων ἰσχύος ἐστίν.

Et

Ὡς δ' αὔτως καὶ φύλλα φύει ζείδωρος ἄρουρα
Ἀλλα μὲν ἐν μελίῃσιν ἀποφθίνει, ἄλλα δὲ φύει.
Ὡς δὲ καὶ ἀνθρώπου γενεὴ, καὶ φύλλον ἑλίσσει.

Item illud:

Ἡδὺ δὲ καὶ τὸ πυθέσθαι ὅσα θνητοῖσιν ἔδειμαν
Ἀθάνατοι δειλῶν τε, καὶ ἐσθλῶν τέκμαρ ἐναργές.

Et illud:

Καὶ γὰρ Ἀθηναίοισιν ἐπέρχεται ἄγριος ὄμβρος
Ἡγεμόνων κακότητι, παραιφασίη δέ τις ἔσται
Ἥγ' ἅλις ἡμύσκοι πόλιν, τίσουσι δὲ ποινήν.

Illud tandem ex Ariſtotele de aquila, Ὃς τρία μὲν τίκτει, δύο δ' ἐκλέπει, ἓν δ' ἀλιβάζει. Vides hunc auctorem hiatus admittere, lectis non vti ſemper verbis,nec verſus claudere biſyllabis, triſyllabiſve,vt ipſe in recentiori adnotaras:qui omnes in hiſce quæ tu dicis nimium fuêre addicti

ad

ad ſuperſtitionem vſque. Exempla in promptu ſunt apud Nonnum, Coluthum, Ioannem Gazæum, Chriſtodorum Copitem, alioſque poſterioris æui ſcriptores, quæ non offendes in Tryphyodoro, qui antiquior fuit, aliiſque qui ſua laude, eaque maxima non caruerunt, aliundè tamen quam ab accentibus, & numeratione ſyllabarum petita. Vidit hoc idem Henricus Stephanus diſſertatione de ſua editione Poëtarum Græcorum Principum. *Id autem mihi affirmans ſententiam meam confirmabat. Quum enim antiquum poëma mihi non videri, nihilque me* τοῦ ἀρχαϊκοῦ χνοῦ ποιητικοῦ, *vt ita loquar in eo reperire dicerem, tantum abeſt, vt vetuſtiſſimo illi poëtæ adſcribendum putarem, hoc ille teſtimonio dubitationem omnem mihi, aliiſque pariter ſuſtulit.* Fuluius Vrſinus in Virgilio collato, an Poëmation hoc Muſæo Athenienſi tribuendum ſit non ſemel dubitauit. Caſaubonus not. in Laërtium pluribus argumentis refellit. ab his enim vehementiſſimè diſſidet, quibus placet Muſæum Eleuſiniū eſſe carminis quod de Leandro, & Herone circumfertur, auctorē. Memini præterea me legiſſe carmina, quę Muſæi inſcribuntur, Onomacritum feciſſe: nihilque illius extare certi præter hymnum in Cererem, quem Lycomedi fecit.

Sed quiſnam fuit hic Muſæus, qui de Leandro, & Herone ſcripſit? Nota alium Scaligeri errorem, ſ. πλάνην hiſtoricam. Dormitat ergo quandoque Scaliger omnihiſtor? Sæpiſſimè, & fœdiſſimè. Muſæum hunc recentiorem circum circa tempora Coluthi, Tryphyodori, Ioannis

Gazæi, Nonni, Chriſtodori, Leonis Magiſtri; multis ſcilicet poſt Chriſtum natum annis floruiſſe certiſſimum eſt præter orationis ſtructurã ipſo operis titulo, vbi ſe Grammaticũ appellat, Μουσαίου τοῦ Γραμματικοῦ τὰ καθ' Ἡρὼ καὶ Λέανδρον, & iſtiuſmodi inſcriptionem in pluribus me legiſſe memini Manuſcriptis Codicibus. Hoc & Henrico Stephano Michaël Sophianus teſtatus eſt. *Affirmauit mihi olim Michaël Sophianus coram aliis plurimis ſe vidiſſe Genuæ librum veterem, qui inter alia poëmata haberet iſtud ita inſcriptum,* Μουσαίου τοῦ Γραμματικοῦ τὰ καθ' Ἡρώ, καὶ Λέανδρον, *eumque in cuius manibus liber erat nominauit.* Sanè Grammatici nomen Muſæo illo Eleuſinio longè inferius eſt. Et ſi coniecturæ omnes & argumenta ad id probandum deeſſent, vel ſolo aurium non inelegantium, illarum quidem iudicio veritatem diſcernes.

Sed quando Scaliger in ſcena eſt, immoremur adhuc paulùm, amice Lector, non à materia propoſita aberrabimus. Oculatiſſimus quippe Scaliger cæcutit, & ni demus illi manus præceps corruet, peſſumque abibit. Neſcio quis illi Græculas, putidaſque literulas, ita ipſi pro ea, qua eſt literatura, Atticæ ipſæ Athenæ olent, è cerebro depulit, ita vt rudibus talium rerum manifeſta, tantum hominem lateant. Delirium Scaligeri propalemus. Poët. lib. 1. cap. 1. de Muſæo, & aliis, qui ante Homerum poëmata conſcripſerunt, tractans ait, *Ante Orpheum quoque & Muſæum, idem auctor eſt,* Ælianus, *fuiſſe Syagrum Poëtam, qui Troianum bellum primus ſcripſerit.* μετὰ Scaliger

ger non eſt *Ante*,ſed *Poſt* : & Ælianus dicit,Syagrum licet ante Homerum fuerit, fuiſſe tamen poſt Orpheum, & Muſæum. Sed *Ante*, & *Poſt* idem erit Scaligero, cui vnum omnia ſunt, ſiue aſſerant,ſiue negent.Et vt acumen ingenij exerceas reſponde ſodes, Quanam ratione, qui ante Orpheum, & Muſæum poëmata ſcripſit, bellum Troianum cecinit, Orpheus, & Muſæus Troianis temporibus antiquiores. Lepidiſſimus hic poëta, verè poëta per te,quod nondum in rerum natura fuit,conſcripſit; ſcripſit tamen,quia poterat eſſe. ſed benè actum cum eo.Poëmata,dicas etiam ſi vis vaticinia effectu comprobata ſunt. φλυάφος.

Nugæ itaque meræ ſunt, vt Homericam dignitatem imminuas, alium tibi Homero antiquiorem fingere, ſiue Græcum, ſiue Ægyptium, cui ſua debeat Homerus. Qui ſicut non ab aliis accepit, multo minus à Phanite Ægyptio, ita & Ægyptius non fuit. Nouum iſtud auditu ad Heliodori tempora fuit, nec, licet à pleriſque dictum fuiſſet,palam innotuerat, Homerum ſcilicet Ægyptium fuiſſe, eodemmet Heliodoro,qui illum Ægyptium facit fatente : Αἰγύπτιον δὲ Ὅμηρον ἀποκαλλοῦντος σου πολλάκις, ὃ τῶν πάντων ἴσως οὐδεὶς ἀκήκοεν εἰς τὴν σήμερον, οὐδὲ ἀπιστεῖν ἔχω, καὶ σφόδρα θαυμάζων ἱκετεύω, μὴ παραδραμεῖν σε τοῦ λόγου τὴν ἀκρίβειαν. *Id eſt : Cum verò ſæpe Homerum Ægyptium appelles:quod ad hunc diem nemo fortè audiit, neque credere non poſſum, & vehementer admirans obſecro, ne prætereas hanc partem orationis inexcuſſam.*

Et quænam in historia fides habenda est Heliodoro, qui omnia Poëtarum more confixerit, idque tantum præ oculis habuerit, vt omnia noua præter vsum, præter expectationem, præter opinionem traderet : sicque delectaret, cieretque admirationem. Siquod reuera erat de patria Homeri disseruisset, narratio illa quasi auribus familiaris, neque excitasset lectorem, neque in admirationem induxisset. Vt induceret noua via res plana, & aperta tentanda erat: & quod omnes nec opinati essent, verum esse aliqua apparenti ratione in medium adduxit : Homerum scilicet fuisse Ægyptium, quod vel auditionem tantum admiratione concussit, voluitque ancipitiis commendari. *Vides*, scribebat Plinius Luperco lib. 9. Epist. 26. *qui per funem in summa nituntur, quantos soleant excitare clamores, cum iam iamque casuri videntur. Sunt enim maximè mirabilia, quæ maximè insperata, maximè periculosa, vtque Græci magis exprimunt* παράδοξα, *quæ grandi sunt subiecta discrimini, ideò nequaquam par gubernatoris est virtus, cùm placidò, & cùm turbato mari vehitur. tunc admirante nullo illaudatus, inglorius subit portum. At cum stridunt funes, curuatur arbor, gubernacula gemunt, tunc ille clarus, & Diis maris proximus.* Et Cicero lib. 2. de officiis : *Admirantur igitur communiter illi quidem omnia, quæ magna, & præter opinionem suam animaduerterunt. Separatim autem in singulis, si perspiciunt, nec opinata quidem bona.* Nouo itaque inexpectato, καὶ ἀποξενωμένῳ τῆς διανοίας, etiam in illis quæ ad patriam Homeri pertinent, Heliodorus disseruit. Hoc Heliodoro

fuisse

fuisse familiare ante alios optimè adnotauit Michaël Psellus in iudicio, quod ipse confecit de historiis Chariclea, & Leucippes elegantissimo, ac probatissimo illo quidem, sed adhuc quod sciam, inedito: Ἀλλὰ τῷ μεγαλοπρεπεῖ διαπρέπον, οὐδὲ τοῦ ἀτερποῦς, καὶ τοῦ πρὸς ἡδονὴν ἐστέρηται, ὀνόμασί τε περιήνθισται ἁβροῖς, καὶ ὡραίοις, σχημάτων τε ταῖς ἀλλαγαῖς, καὶ τῇ καινοτομίᾳ τῆς φράσεως πρὸς τὸ ὑψηλότερον συγκεκρότηται. Ἡρμόσθαι δὲ πάνυ χαριέντως, καὶ ἐννοίαις παραδόξοις, καὶ συντόμοις ἐψύχωται. id est: *Sed quod magnificentia præcellit, minimè iniucundum est, & legentium animos voluptate permulcet; nominibus delicatis, pulchrisque vndequaque inspersum, figurarum item varietate, & nouæ dictionis affectatione in sublimiorem quandam formam comparatur. Concinnatur porrò admodum gratiosè, & sententiis præter expectationem, & breuibus animatur.* Non ideo tamen reprehendendus est Heliodorus, cùm similibus παραδόξοις commentitiam historiam illustrare licitum sit: quemadmodum, & præstigiatoribus multa falsa pro veris spectatoribus proponere, quæ dedecerent Philosophum, & veritatis amatorem. Id docuit me Strabo lib. 1. contra Eudoxum Cyzicenum scribens, Οὐ πολὺ οὖν ἀπολείπεται ταῦτα τῶν Πυθέου, καὶ Εὐημέρου, καὶ Ἀντιφάνους ψευσμάτων, ἀλλ' ἐκείνοις μὲν συγγνώμη τοῦτ' αὐτὸ ἐπιτηδεύουσιν, ὥσπερ τοῖς θαυματοποιοῖς. Τῷ δ' ἀποδεικτικῷ καὶ φιλοσόφῳ, σχεδὸν δὲ καὶ περὶ πρωτείων ἀγωνιζομένῳ, τίς ἂν συγγνοίη; Ταῦτα μὲν οὐκ εὖ. Id est: *Hæc igitur non multum absunt à Pytheæ, Euemeri, & Antiphanis mendaciis. Verùm hi quidem digni sunt venia, quibus idem fuit, quod præstigiatoribus propositum: demon-*

stratori

ſtratori autem, Philoſopho, ac nonnihil etiam de palma certanti quis ignoſcat? Hæc itaque malè. Heliodorum ſimilem conditionem θαυματοποιοῖς per totam hiſtoriam profiteri ſciunt omnes.

Et,vt verum fatear, ita Homerus Ægyptius eſt,ac Perſinam Hydaſpis regis Æthiopiæ vxorem fuiſſe,& Charicleam puellam infantem expoſuiſſe:eamque à Siſimithre ſublatam, à Sacerdote Delphico educatam, à Theagene raptam, Calaſiridi commendatam, poſt varios prædonum raptus,cædes, incurſiones in patriam relatam,& Theageni coniugio iunctam. Argumenta, hiſtoriaque, quibus id probat Heliodorus, quam ſint inania, leuia tute iudica lector:aliunde quam à fabuloſis, & ridiculis erant petenda.

Eadem ratione reſponderi poſſet Alexandro Paphio, qui nobis nonniſi ſomnia, & prodigia fingit,nullo teſtimonio, nulla auctoritate, quæ fidem faciant fulta.

Olympiodorus alter ignobilis Auctor Thebanus ipſe nil mirum ſi patriæ ſuæ gratum facere conatus ſit,Homerum illi mendicando. Photius in Bibliotheca, ἔστι δ' ὁ συγγραφεὺς Θηβαῖος μὲν ἐστιν ἐκ τῶν πρὸς Αἴγυπτον Θηβῶν τὸ γένος ἔχων. Ποιητὴς, ὡς αὐτός φησι, τὸ ἐπιτήδευμα, Ἕλλην τὴν θρησκείαν. Σαφὴς μὲν τὴν φράσιν, ἄτονος δὲ καὶ ἐκλελυμένος, καὶ πρὸς τὴν πεπατημένην κατενηνεγμένος χυδαιολογίαν. Ὥστε μηδὲ ἄξιος εἰς συγγραφὴν ἀναγράφεσθαι ὁ λόγος. Ὃ καὶ αὐτὸς ἴσως συνιδὼν, οὐ συγγραφὴν αὐτῷ ταῦτα κατασκευασθῆναι, ἀλλὰ ὕλην συγγραφῆς ἐκπορισθῆναι διαβεβαιοῦται. Οὕτως ἄμορφος, καὶ ἀνείδεος, καὶ αὐτῷ τοῦ λόγου

λόγου ὁ χαρακτὴρ κατεφαίνετο. id eſt : *Scriptor hic ortum ducit Ægyptiacis Thebis, profeſſione poëta, vt de ſe ipſe fatetur: religione verò gentium imbutus. Dictio illi clara, remiſſa tamen, ac diſſoluta, & in protritam deuoluta verborum affluentiam. Oratio itaque indigna, vt hiſtoriæ adnumeretur: cuius ipſe fortaſſe conſcius, non hiſtoriam hanc à ſe adornari, ſed materiam dumtaxat, ſeu Commentarium hiſtoriæ ſuppeditari contendit: adeo informis, ac ſpecie carens etiam ipſimet dictionis ſuæ character viſus eſt.* Adde etiam Olympiodorum non ex propria ſententia id affirmaſſe, ſed ex aliorum retuliſſe. Quippe apud Photium etiam legitur, φασί, loco, φησί. Φασὶ δὲ καὶ Ὅμηρον ἐν τῇ πρὸς ταύτῃ Θηβαΐδος ἕλκειν τὸ γένος. hoc eſt : *Aiunt autem & Homerum, ex vicina huic Thebaïde genus ducere.* Poſtquam enim Olympiodorus de Oaſi, eiuſque regione, incredibilia ſanè multaque percurriſſet, id quoque ex vulgi rumore, & fama addidit, Homerum ex vicina Oaſidis regione fuiſſe.

QVOMODO NVLLVM SCRIPTVM opus Homeri poësi antiquius fuerit, cùm multi ante eum scriptores. Lycurgus Lacedæmoniorum legumlator primus omnium ex Ionia in Græciam Homeri carmina inuexit. Temporibus Homericis literas per totam Græciam fuisse. Homerici poëmatis partes, & earum nomina. Solon, & Pisistratus, vt in vnum carmina Homerica componerent maximè incubuêre. Quid sit ex ὑποβολῆς ῥαψῳδεῖσθαι. *Pisistrati artes in hac re. Commentatorum Dionysij Thracis, Eustathij, & aliorum recentiorum anachronismi. Alij hæc omnia Hipparcho tribuunt. Post hos à Cinætho Chio, & aliis carmina Homerica malè habita correxerunt Aristoteles Stagirita, Zenodotus Ephesius, Aratus Solensis, Aristophanes Byzantius, Aristarchus, & postremis temporibus Comatas. Eorum variæ* Ἐκδόσεις, *& quænam emendatior fuerit? Criticorum recentiorum temeritas. Quomodo Solon plus luminis ipso Pisistrato Homero attulerit.*

CAP. V.

MVLTI itaque ante Homeri tempora, si quæ scriptoribus fides adhibenda est, non tantùm Poëtæ, sed belli etiam Iliaci cantores fuêre.

fuêre. Id Iosepho lib. 1. contra Appionem non placet, sed ait apud Græcos certum esse, nullum scriptum opus Homeri poësi antiquius fuisse: & neque hunc literis suum poëma reliquisse, sed cantibus memoria reseruatũ posteà fuisse compositum: ideoque in eo multam dissonantiam comperiri. Neque probabile est hunc hominem contra Græcos in florentissima ciuitate, & sæculo apprimè erudito disserentem temerè, sed certissimis nixum argumentis, & auctoritatibus similia protulisse: ne mendacij compertus laudem omnem in historiæ veritate, quam sibi tantopere vindicat amitteret, pœnasque falsi daret. Non ergo ante Homerum scriptores iam recensiti fuerunt? Non, Licet Homericæ laudis æmuli disrumpantur, si rectè Iosephi prudentissimi historici verba considerentur. Flocci enim homines, ac nullius dignationis, etiamsi fuerint, cum inter sapientes locum non occupent, non fuisse, & scripta eorum cum in pretio non habeantur, neque etiam extare dicuntur. Semper magna ingenia præferuntur, & vti prima laude, ita etiam numero prima, licet ætate posteriora iudicantur. Et natales siue celeres, siue tardiores, sicuti de dignitate non minuunt, si est, ita nec eam addunt, si non est. Fuerint ergo plures eiusdem argumenti scriptores ante Homerum, cum non ea laude scripserint, vt nomen scriptoris apud posteritatem assequerentur, scriptores non sunt, & Homerus, qui pro dignitate rerum scriptis se gessit, primus scriptor, & licet ætate posterior antiquissimus omnium habitus est. An

non horum Therſitas, & viliſſimos homines ad contumeliam datos, potiùs quam aliorũ Achilles, & ſtrenuiſſimos ad inuidiam vſque laudatos eſſe feliciſſimos Reges præoptaſſe ſcimus? Maior itaque laus Homerica poſt tot ſcriptores, & ingenia, ipſum primum eſſe.

Nec alio ſenſu Horatius carm. lib.4.od.9.

Vixêre fortes ante Agamemnona
Multi: ſed omnes illacrymabiles
Vrgentur, ignotique longa
Nocte, carent quia vate ſacro.

Reges enim, aliique fortes, ac generoſi viri, qualis ante Troïca tempora permultos fuiſſe veriſimile eſt, quod Poëtam non habuerint ſacrum, qui quaſi Deorum aliquo dono, atque munere, eos commendaret, ac conſecraret immortalitati omnes illacrymabiles vrgentur, ſine vllo præconio, & veluti vita indigni iudicati ab hominibus ſine lacrymis vnâ cum memoria prætereuntur. Rei enim amiſſæ, ſi proficua fuerit, quotieſcumque memoria ſubit, etiam ab inuitis lacrymas extorquet. Non debet itaque dubitari quin fuerint ante Homerum Poëtæ, quod ex iis ipſis carminibus intelligi poteſt, quæ apud illum, & in Phæacum, & in Procorum epulis canuntur, ſed quia rigidiores erant, & rudiores, & ab omni ornamento, & laude, quibus aliis honori eſſe poterant, nudi, ac ſi non fuiſſent iudicantur. Et fuit primus Homerus, in quo ars ipſa non balbutiens, ſed ſolida, perfectaque deprehenſa eſt. Et hoc voluiſſe Ariſtotelem lib. de Poëtica verbis illis, τῶν μὲν οὖν πρὸ Ομήρου οὐδενὸς

ἔχομεν

ἔχομεν εἰπεῖν τοιοῦτον ποίημα, εἰκὸς δ' εἶναι πολλούς. id eſt:
Ante verò Homerum nullum omnino tale poëma habemus tametſi plura extitiſſe credere par eſt. Certiſſimum eſt: quicquid alij perſtrepant; & inanium difficultatum dubiis obruantur.

Non erit ergo abs re, ſicut in ſuperiori de Poëtis ante Homerum nonnulla collegimus, ita & in hoc capite rationem quomodo poëſis Homerica apud Græcos innotuerit, & quibus Auctoribus carmina illius hinc indè diſperſa, & recitantium, ſiue etiam ſcriptorum incuria malè habita, in vnum veluti corpus collecta in ordinem, in quo nunc conſpiciuntur digeſta ſint, & ab erroribus expurgata diſſeramus.

Primus omnium obſcura, & nondum euulgata Homeri carmina apud Græcos tranſtuliſſe fertur Lycurgus Lacedæmoniorum Legumlator. Eorum enim non ſolum illecebris, ſed prudentia, atque eruditione pellectus à Creophyli poſteris in patriam detulit, & euulgauit. Plutarchus in Lycurgo. Ἐκεῖ δὲ καὶ τοῖς Ὁμήρου ποιήμασιν ἐντυχὼν, πρῶτον, ὡς ἔοικε παρὰ τοῖς ἐγγόνοις τοῖς Κρεωφύλου διατηρουμένοις, καὶ κατιδὼν ἐν αὐτοῖς τῆς πρὸς ἡδονὴν, καὶ ἀκρασίαν διατριβῆς τὸ πολιτικὸν καὶ παιδευτικὸν οὐκ ἐλάττονος ἄξιον σπουδῆς ἀναμεμιγμένον ἐγράψατο προθύμως, καὶ συνήγαγεν ὡς δεῦρο κομιῶν. Ἦν γάρ τις ἤδη δόξα τῶν ἐπῶν ἀμαυρὰ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν. Ἐκέκτηντο δὲ οὐ πολλοὶ μέρη τινὰ σποράδην τῆς ποιήσεως, ὡς ἔτυχε διαφερομένης, γνωρίμην δὲ αὐτὴν καὶ μάλιστα πρῶτος ἐποίησε Λυκοῦργος. Id eſt: *Ibi cum legiſſet primum, vt arbitror, verſus Homeri, qui apud Creophyli poſteros aſſeruabantur, vbi animaduertit diſperſam in iis non*

minorem oblectamento illecebrarum, & crapulæ, quam ciuilem prudentiam, eruditionemque, descripsit, consarcinauitque eos ad deferendum domum studiosè: iam enim obscurum quoddam apud Græcos illius poëmatis erat nomen, & rari fragmenta habebant, quæ sparsim, & inconditè circumferebantur; primus autem omnium vulgauit ea Lycurgus. Hæc quæ de Lycurgo traduntur, qua ratione vera esse possint, non facile intelliges: si omnia Lycurgi, & natales, & peregrinatio, & obitus dubia, & incerta sunt. Non inuerisimilia tamen erunt, si cum Timæo dicamus, Lycurgum fuisse non longè infrà Homeri ætatem; & nonnullorum etiam traditione cum eo congressum, quos sequutus est Cicero in Bruto; Homeri *etsi incerta sunt tempora, tamen annis multis fuit ante Romulum: siquidem non infra superiorem Lycurgum fuit, à quo est disciplina Lacedæmoniorum adstricta legibus.* Et Tusculan. Quæst. lib. 5. *Itaque & illos septem, qui à Græcis σοφοὶ, sapientes à nostris & habebantur, & nominabantur, & multis antè seculis Lycurgum, cuius temporibus Homerus etiam fuisse ante hanc Vrbem conditam traditur, etiam heroïcis ætatibus Vlyssem, & Nestorem accepimus fuisse, & habitos esse sapientes.* Potuit enim esse, vt, Homero extincto, cuius per totam Græciam propter carmina laus maxima erat diuulgata, ipse Lycurgus ab illius posteris carmina reposita ingenti etiam mercede obtenta in Græciam asportarit. Nisi eorum sententiam sequi velimus, quam refert Strabo lib. 10. asserentium Lycurgum peregrinationis causà, Chium accedentem, cum Homero collocutum

cutum fuiſſe; tunc enim non à poſteris Creophyli, ſed ab eodem Homero Carmina Homerica deſumpta in Græciam attuliſſe dicemus. Ἐντυχόντα δ᾽, ὥς φασί τινες, καὶ Ὁμήρῳ διατρίβοντι ἐν Χίῳ, κατάρῃ πάλιν εἰς τὴν οἰκίαν. *Et cum Homero quoque, vt nonnulli autumant, in Chio degente collocutus eſſet, domum eſt reuerſus.*

Et ſanè dum Ioſephus antiquitati Iudaicæ nimium tribuit, Græcæ ad inuidiam vſque detrahit, ludos facit, & poſt tot monumenta rurſus repueraſcere videtur. Tradit enim, nec inficiatur Homerum, poëma ſuum literis ſcriptum non reliquiſſe, ſed tantum memoria hominum reſeruatum; quod veriſſimum eſt. Temporibus enim Homericis literæ per totam Græciam erant. Quamuis enim eas à Barbaris accepiſſe non dubito; non adeò tamen ea ætate Græci pueri erant, vt in perfectiſſimis ſcientiis, literarum ſubſidio deſtituerentur, memoria re fugaciſſima ſolum contenti. Siue enim Cadmus, ſiue quis alius illas in Græciam aduexit, certum eſt, ante Troiana tempora earum vſum per totam Græciam diuulgatum, etſi in figura cum illis, quas nunc ſcribimus, vel ſcripsêre poſteriores non conformarentur. Philoſtratus in heroïcis ſi nos non fallit, Herculem in Asboli Centauri ſepulchro à ſe confecto carmina inſcripſiſſe tradit. Carminum μεγαληγορίαν lege apud ipſum. Herodotus etiam lib. 5. tradit, Ionas à Phœnicibus, qui cum Cadmo in Bœotiam appulerunt, literas didiciſſe, & forma paululum immutata illis vſos fuiſſe, refertque epigrammata tria, quæ ipſe lo-

gerat, in Hismenij Apollinis templo, quæ ab Ionicis literis non longè aberant. Ea verò scripta fuerant ante Troiana tempora. Non video itaque quare temporibus Homericis vsum Græcarum literarum negare debeamus. Vel si Græci non fuerint, alij saltem characteres, quibus Græci vterentur, & consequenter Homerus sua scripserit poëmata. Sed de his in tractatu nostro de Origine Græcarum literarum, vbi earum antiquitatem, & vsum, & vt immutatæ fuerint abundè explicauimus. Nunc sufficiat hæc innuisse, ne diutius extra materiam diuagemur.

Primus ergo omnium ex Ionia poësim Homeri vniuersam cùm antea non integra esset, Lycurgus in Peloponeso importauit, ex Heraclide περὶ Πολιτειῶν. Καὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν παρὰ τῶν ἀπογόνων Κρεοφύλου λα πρῶτος διεκόμισεν εἰς Πελοπόννησον. id est: *Is Homeri poëmata apud Creophyli posteros nactus primus in Peloponesum asportauit.* Et Æliano lib. 13. cap. 14. Ὀψὲ δὲ Λυκοῦργος ὁ Λακεδαιμόνιος ἀθρόαν πρῶτος εἰς τὴν Ἑλλάδα ἐκόμισε τὴν Ὁμήρου ποίησιν. τὸ δὲ ἀγώγιμον τοῦτο ἐξ Ἰωνίας ἡνίκα ἀπεδήμησεν, ἤγαγεν. id est: *Serò autem Lycurgus Lacedæmonius vniuersam Homeri poësim simul in Græciam importauit, has veluti sarcinas secum ex Ionia cum eò peregrinationem suscepisset, referens.*

Et sic deinceps quamuis omnes partes poëmatis Homerici inter Græcos haberentur, in suas partes tamen dissectum sub diuerso nomine diuisim recitabatur. Hinc Λοιμὸς, καὶ Μῆνις. Ὄνειρος, καὶ Κατάλογος. Βοιωτία. Ὅρκοι, καὶ Μονομαχία. Ὅρκων σύγχυσις, καὶ Ἐπιπώλησις. Διομήδους ἀριστεία. Ἕκτορος,

καὶ

καὶ Ἀνδρομάχης ὁμιλία. Ἕκτορος, καὶ Αἴαντος μονομαχία. Θεῶν ἀγορά. Λιταί. Νυκτεργεσία. Δυλωνοφονία. Δολώνεια. Ἀγαμέμνονος ἀριστεία. Τειχομαχία. Ἡ ἐπὶ τῶν ναυσὶ μάχη. Διὸς ἀπάτη. Παλίωξις. Πατρόκλεια. Ἀριστεία Μενελάου. Ὁπλοποιΐα. Μήνιδος ἀπόρρησις. Θεῶν μάχη. Παραποτάμιος μάχη. Ἕκτορος ἀναίρεσις. Ἀγὼν ἐπιτάφιος. Ἕκτορος λύτρα. Ἰθακησίων ἐκκλησία, καὶ Τηλεμάχου. Ἄφιξις Τηλεμάχου εἰς Πύλον. Τηλεμάχου ἄφιξις εἰς Σπάρτην. Ἀπόπλους Ὀδυσσέως παρὰ Καλυψοῦς. Ὀδυσσέως ἄφιξις εἰς Φαίακας. Ὀδυσσέως εἴσοδος πρὸς Ἀλκίνοον. Τῶν παρὰ Ἀλκινόῳ προδιήγησις. Τὰ περὶ Κικόνας, καὶ Λωτοφάγους, καὶ Κύκλωπας. Τὰ περὶ Αἰόλου, Λαιστρυγόνων, καὶ Κίρκης. Νεκυομαντεία, ἢ Νεκυία. Τὰ περὶ Σειρῆνας, καὶ Σκύλλαν, καὶ Χάρυβδιν, καὶ Βόας Ἡλίου. Ὀδυσσέως ἀπόπλους ἀπὸ Φαιάκων, καὶ ἄφιξις εἰς Ἰθάκην. Ὀδυσσέως πρὸς Εὔμαιον ὁμιλία. Τηλεμάχου ἐπάνοδος. Ἀναγνωρισμὸς Ὀδυσσέως. Ἐπάνοδος Τηλεμάχου εἰς Ἰθάκην. Ὀδυσσέως καὶ Ἴρου πυγμή. Ὀδυσσέως καὶ Πηνελόπης ὁμιλία, καὶ ὑπὸ Εὐρυκλείας ἀναγνωρισμός. Τὰ πρὸ τῆς Μνηστηροφονίας. Τόξου θέσις. Μνηστηροφονία. Ὀδυσσέως ὑπὸ Πηνελόπης ἀναγνωρισμός. Σπονδαί. ἡ Νεκυῖα. Multos etiam breuiores, comptioresque titulos partiũ poëmatis enumerat Ælianus dicto loco. Ὅτι τὰ Ὁμήρου ἔπη πρόπαλαι διῃρημένα ᾖδον οἱ παλαιοί. Οἷον ἔλεγον τὴν ἐπὶ ναυσὶ μάχην, καὶ Δολωνίαν τινά, καὶ ἀριστείαν Ἀγαμέμνονος, καὶ νεῶν κατάλογον, καὶ που Πατρόκλειαν, καὶ Λύτραν, καὶ ἐπὶ Πατρόκλῳ ἆθλα, καὶ Ὁρκίων ἀφάνισιν. Ταῦτα ὑπὲρ τῆς Ἰλιάδος, ὑπὲρ δὲ τῆς ἑτέρας Τὰ ἐν Πύλῳ, καὶ τὰ ἐν Λακεδαίμονι, καὶ Καλυψοῦς ἄντρον, καὶ τὰ περὶ τὴν Σχεδίαν, Ἀλκίνου ἀπόλογοι, Κυκλωπίαν, καὶ Νεκυίαν, καὶ τὰ τῆς Κίρκης νίπτρα, Μνηστήρων φόνοι. Τὰ ἐν ἀγρῷ, τὰ ἐν Λαέρτου. id est; *Veteres Homeri carmina*

in certas partes distributa cecinerunt. Nominabant enim ab argumento diuersas partes vt, Pugnam iuxta naues, Doloniam, strenuitatem Agamemnonis: adhæc nauium catalogum, & Patrocliam, & Redemptionis mercedem, & certamina in honorem Patrocli instituta; & Iuramentorum violationem: atque hæc quantum ad Iliada pertinet. Quod verò ad alteram res in Pylo gestas, aut Lacedæmone, & Calypsus specum, & Ratem, Alcinoi Apologos, Cyclopiam, Necyam, & Circes lauacrum, Procorum cædes, De iis, quæ in agro facta sunt, vel apud domum Laërtij.

Et sic ad Solonis, & Pisistrati tempora Homeri poësis adhuc membris discerptis in vnum non coaluerat corpus; quod vt fieret variis modis Principes hi Græciæ incubuêre. Solon Homeri versus ex ὑποβολῆς decreto etiam edito ῥαψῳδεῖσθαι præcepit. Laërtius in Solone, Τὰ τοῦ Ὁμήρου ἐξ ὑποβολῆς γέγραφε ῥαψῳδεῖσθαι. quod ex ὑπολήψεως Plato in Hipparcho, quamuis Hipparcho Pisistrati F. id tribuat. Vbi animaduertendum est, idem esse ῥαψῳδεῖσθαι Laërtij, ἐφεξῆς αὐτὰ διεξιέναι Platonis, & ᾄδειν Æliani lib. 8. de Var. hist. cap. 2. quod erit consuere, ordine debito recitare, canere, versus Homericos dispersos, ac inordinatos pro sententiæ modulo, & auctoris instituto, nec alia ratione efferre. Hinc subsequutum est, vt vera poëmatis facies concinna, & genuina restitueretur, id enim ex ὑποβολῆς, & ex ὑπολήψεως notat. quod cum non intellexissent interpretes variis modis nugati sunt. Ambrosius, & Benedictus Brognolus: *Homeri poëmata,*

vt ordine resarcirentur scripsit, vt esset versuum, sensuumque consequentia. Thomas Aldombrandinus: *Homeri versus ex subiectione recitari decreuit, vt vbi primus desierat, inde proximus inciperet.* Marsilius Ficinus in Platonis Hipparcho: *Et Homeri etiam libros in hanc regionem primus inuexit, & recitatores impulit, vt Panathenæis alternis, & ordine pronunciarent, quod vsque adhæc tempora obseruant.* Nicolaus Serranus: *Primus in hanc regionem poëmata Homeri intulit, & effecit, vt Rapsodi festis Panathenæis alternis carmina recitarent: quod etiam nunc factitant.* Sed hæc tolerabilia, illa quæ Casaubonus in Laërtium notat portenti loco habenda sunt. *Explicat τὸ ἐξ ὑποβολῆς, Plato melius ἐξ ὑπολήψεως. Nam illud quidem potius significat alio verba præeunte, & quasi dictante subsequi. Hinc est ἐξ ὑποβολῆς διϊέναι τὸν ὅρκον, quod Latini dicunt conceptis verbis, & præeunte alio iurare. Polemo de mirabilibus Siciliæ fluuiis*, ἑσταμμένος, ἄζωστος, καὶ μοιχίτων ἐφαπτόμενος τοῦ κρατῆρος ἐξ ὑποβολῆς δίεισι τὸν ὅρκον. Licet enim verũ sit ἐξ ὑποβολῆς varias habere significatus posse, in hoc tamen loco aliud nobis indicat. Et mirum est Laërtium non persuasisse Casaubono, quid illud ἐξ ὑποβολῆς sit, & quid ille in animo habuerit, cum eo vocabulo vteretur, Οἷον ὅπου ὁ πρῶτος ἔληξεν, ἐκεῖθεν ἄρχεσθαι τὸν ἐχόμενον. Nec aliud Plato innuit, etsi obscurè ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ διεξιέναι. An hoc est alio verba præeunte, & quasi dictante subsequi? Esto, quod ex Polemone notat, alio verba iuramenti suggerente, & formulam verbatim subministrante, iuramentum recitare: id tamen in carminibus

nibus Homericis nullum erit. Neque enim eâ mens fuit Soloni, aut Pisistrato, vt alio carmina præeunte, alij recitarent, sed vt alius alium sequeretur, & carmina carminibus ab alio dictis ordine tamen coniungeret, vt sic vbi vnus desiisset canere, alter inde quod sequeretur auspicaret, & vnum Homericæ poëseos corpus conflaretur.

Quod posteà à Pisistrato Tyranno, recollectis in vnum Homericis carminibus effectum est. Vt enim Commentatores Dionysij Thracis referunt, Pisistrati magno sumptu Homerica carmina collecta, eruditissimorum, ac sapientissimorum hominum iudicio ita disposita fuêre, vt Iliadem, & Odyssæam conficerent. Eorum verba eò libentius hîc exscribo, quod adhuc inedita sunt. Ἦν γὰρ, ὥς φασιν, ἀπολλώμενα τὰ τοῦ Ὁμήρου, τότε γὰρ οὐ γραφῇ παρεδίδοντο, ἀλλὰ μόνῃ διδασκαλίᾳ, καὶ ὡς ἂν μνήμῃ μόνῃ ἐφυλάττετο. Πεισίστρατος δέ τις Ἀθηναίων τύραννος ἐν ἅπασιν ὢν εὐγενὴς, καὶ ἐν τούτῳ θαυμασθῆναι ἐβουλεύσατο. Ἠθέλησε γὰρ καὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν ἔγγραφον διαφυλάττεσθαι προθεὶς ἀγῶνα δημοτελῆ, καὶ κηρύξας, καὶ δοὺς ἄδειαν τοῖς εἰδόσιν καὶ βουλομένοις τὰ Ὁμήρου ἐπιδείκνυσθαι, καὶ μισθὸν τάξας στίχου ἑκάστου ὀβολὸν συνήγαγεν, ὁλοσχερεῖς τὰς λέξεις, καὶ παραδέδωκεν ἀνθρώποις, ὡς Ἐπίγραμμα δηλοῖ. Τρεῖς με. καὶ τὰ ἑξῆς. Id est: *Propè interitura erant, vt referunt, Homeri carmina. Tunc enim scripto non consignabantur, sed magisterio quodam memoriæ tradita conseruabant. Pisistratus verò Atheniensium Tyrannus vir apprimè nobilis, hinc quoque sui admirationem posteris commendauit. Homeri enim poëmata nonnisi*

scripto

ſcripto conſeruandi percupidus, certamen publicum indixit, & per præconem omnibus, qui verſus Homericos tenebant ſi vellent, facultatem dedit, vt publicè eorum ſpecimen ederent. Pretio quoque pro quolibet verſu, obolo ſcilicet conſtituto integram verborum ſeriem conquiſiuit, & hominibus tradidit, vt epigrammate docemur, Terme, &c. Et alius. Ἀναγκαῖον δὲ μετὰ τὴν ἐτυμολογίαν τῆς Ῥαψῳδίας μνησθῆναι κἀκείνου, ὅτι ἔν τινι χρόνῳ τὰ Ὁμήρου ποιήματα παρεφθάρη, ἢ ὑπὸ πυρὸς, ἢ ὑπὸ ὑδάτων ἐπιφορᾶς, ἢ ὑπὸ σεισμοῦ, καὶ ἄλλων ἄλλως τῶν βιβλίων διασκεδασθέντων, καὶ φθαρέντων, εὑρέθη ὁ μὲν ἔχων τυχὸν ἑκατὸν στίχους Ὁμηρικοὺς, ὁ δὲ χιλίους, ἄλλος διακοσίους, ἄλλος ὅσους ἂν ἔτυχεν, καὶ ἤμελλεν λήθῃ παραδίδοσθαι ἡ τοιαύτη ποίησις. Ἀλλὰ Πεισίστρατός τις Ἀθηναίων στρατηγὸς θέλων καὶ αὐτῷ δόξαν περιποιήσασθαι, καὶ τὰ τοῦ Ὁμήρου ἀνανεώσασθαι τοιοῦτόν τι ἐβουλεύσατο. Ἐκήρυξεν ἐν πάσῃ τῇ Ἑλλάδι τὸν ἔχοντα. Ὁμηρικοὺς στίχους ἀγαγεῖν πρὸς αὐτὸν ἐπὶ μισθῷ ὡρισμένῳ καθ' ἕκαστον. Πάντες οὖν οἱ ἔχοντες ἐπέφερον, καὶ ἐλάμβανον ἀδιαστρόφως τὸν ὁρισθέντα μισθόν. Οὐκ ἀπεδίωκε δὲ οὐδὲ τὸν φέροντα, οὓς ἤδη προειλήφει παρ' ἑτέρου στίχους, ἀλλὰ κἀκείνῳ τὸν αὐτὸν ἐπεδίδου μισθόν. Ἐνίοτε γὰρ ἐν αὐτοῖς ἕνα, ἢ δύο στίχους εὕρισκε περιττόν. Ὅθεν τις ἐσθ' ὅτε καὶ ἰδίους παρεισέφερε τοὺς νῦν ὀβελιζομένους, καὶ μετὰ πάντας συναγαγεῖν παρεκάλεσεν ἑβδομήκοντα Γραμματικοὺς συνθεῖναι τὰ τοῦ Ὁμήρου ἕκαστον κατ' ἰδίαν, ὅπερ ἐὰν δόξῃ τῷ συντελεσθέντι καλῶς ἔχειν ἐπὶ μισθῷ πρέποντι λογικοῖς ἀνδράσι, καὶ κριταῖς ποιημάτων ἑκάστῳ δεδωκὼς κατ' ἰδίαν πάντας τοὺς στίχους, οὓς ἦν συναγαγών. Καὶ μετὰ ἕκαστον συνθεῖναι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, εἰς ἓν συνήγαγεν πάντας τοὺς προλεχθέντας γραμματικοὺς ὀφείλοντας ἐπιδεῖξαι αὐτῷ ἕκαστον τὴν ἰδίαν σύνθεσιν, παρόντων

ὁμοῦ

ὁμοῦ πάντων. Οὗτοι οὖν ἀκροασάμενοι οὐ πρὸς ἔριν, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀληθὲς, καὶ πᾶν τὸ τέχνῃ ἁρμόζον ἔκριναν πάντες κοινῇ, καὶ ὁμοφώνως ἐπικρατῆσαι, τὴν σύνθεσίν τε, καὶ διόρθωσιν Ἀριστάρχου, καὶ Ζηνοδότου. καὶ πάλιν ἔκριναν τῶν δύο συνθέσεών τε, καὶ διορθώσεων βελτίονα τὴν Ἀριστάρχου. Ἐπειδὴ δέ τινες τῶν συναγαγόντων τοὺς Ὁμηρικοὺς στίχους πρὸς τὸν Πεισίστρατον διὰ τὸ πλείονα μισθὸν λαβεῖν, καὶ ἰδίους στίχους, ὡς προείρηται σκεψάμενοι προσέθηκαν. Καὶ ἤδη ἐν συνηθείᾳ ἐγίνετο τοῖς ἀναγινώσκουσιν, οὐκ ἔλαθε τοῦτο τοὺς κριτάς, ἀλλὰ διὰ μὲν τὴν συνήθειαν, καὶ πρόληψιν ἀφῆκαν αὐτοὺς κεῖσθαι. ὀβελίσκον δὲ ἑκάστῳ τῶν ἀδοκίμων, καὶ ἀλλοτρίων, καὶ ἀναξίων τοῦ Ποιητοῦ στίχον παρατιθέμενοι, τοῦτο αὐτὸ ἐνέδειξαν, ὡς ἀνάξιοι εἰσὶ τοῦ Ὁμήρου. Φέρεται δὲ Ἐπίγραμμα εἰς τὸν Πεισίστρατον σπουδάσαντα συναγαγεῖν τὰ Ὁμήρου τοιοῦτον. Τρεῖς με. καὶ τὰ ἑξῆς. Id est: *Necesse autem est post Rapsodiæ etymon, illius etiam meminisse, quondam Homeri poëmata, siue igne, siue aquarum irruptione, siue terræ motu abolita fuisse, sicque hinc, atque hinc dispersis libris, corruptisque hunc scilicet inuentum, qui centum forte versus Homericos, alium mille, alium ducentos, alium quotquot nancisci potuerat, haberet. Et poësis illa tantum non obliuioni tradita est. Verum Pisistratus Atheniensium Dux gloriæ percupidus, tali ratione Homericam poësim renouauit. Per vniuersam Græciam voce præconis edixit, vt quicumque versus haberet Homericos ad se conferret, certo pretio vnumquemque versum æstimans. Quicumque igitur habebant, deferebant, & absque repulsa, statuto pretio potiebantur nec vllum licet eosdem, quos & alius aduexerat, asportaret, remittebat, sed illi idem pretium persoluebat. Sæpè enim in illis vnum, vel alterum*

versum

verſum de nouo inueniebat. Quare non nemo aliquando & proprios tradebat, qui nunc obeliſco notantur. Recollectis omnibus ſeptuaginta Grammaticis, pretio viris eruditis conuenienti, & poëmatum cenſoribus, conductis, & quotquot in vnum ipſe verſus collegerat, vnicuique conſignatis, impoſuit, vt propriè, ac ſeorſim quilibet verſus in vnum, vt melius ipſi viſum fuiſſet, componeret. Poſtquam omnes pro ſua quiſque ſententia poëſim concinnarunt, Piſiſtratus conuocauit, vt in conſpectu omnium vnuſquiſque propriam compoſitionem oſtenderet. Qui vbi omnes omnium conſideraſſent, ſine vlla altercatione, ſed veritate obſequentes, & arti maximè idoneum conſiderantes, omnes vna ſimul nemine diſcrepante Ariſtarchi, ac Zenodoti compoſitionem, emendationemque comprobarunt: quarum poſteà eam, quæ Ariſtarchi erat, Zenodotæa potiorem eſſe acclamarunt. Cum verò nonnulli ex iis, qui ad Piſiſtratum Homericos verſus detulêre, vt maius pretium haberent, verſus proprio ingenio emendicatos, vt iam diximus addidiſſent vſu iam receptos, id quoque Cenſores non latuit. Eos tamen propter vſum & opinionem, vti erant, reliquerunt, verum obeliſco veluti improbatos, ſpurios, & Poëtæ indignos notantes, id demonſtrarunt, eos Homero dignos non eſſe. In Piſiſtratum etiam, cuius ſtudium in recolligendis Homeri carminibus narrauimus, epigramma tale quid circumfertur. Ter me, &c. Auctor Homericæ Vitæ. τὰ δὲ ποιήματα αὐτοῦ ἀληθῆ σποράδην πρότερον ᾀδόμενα Πεισίστρατος Ἀθηναῖος συνέταξεν ὡς δηλοῖ τὸ φερόμενον ἐπίγραμμα Ἀθήνησιν ἐπιγεγραμμένον ἐν εἰκόνι αὐτοῦ τοῦ Πεισιστράτου. Ἔχει δὲ ὧδε. Τρεῖς με, καὶ τὰ ἑξῆς. *Poëmata verò ipſius genuina*

cum

cum prius hinc inde diſperſa canerentur, Piſiſtratus Athenienſis in vnum veluti corpus redegit. vt ex Epigrammate Athenis ſub imagine illius inciſo manifeſtum fit, Ter me, &c. Et alius. Περιϊὼν δὲ τὰς πόλεις, ᾖδε τὰ ποιήματα, ὕστερον δὲ Πεισίστρατος αὐτὰ συνήγαγεν ὡς τὸ Ἐπίγραμμα τοῦτο δηλοῖ. Τρίς με. καὶ τὰ ἑξῆς. *Per vrbes verò pererrans Poëmata canebat. poſtmodum Piſiſtratus ea in vnum compoſuit, vt Epigramma de eo editum indicat.*

In his videre eſt, Commentatores hoſce rem antiquiſſimam in medium proferre, atque vt rudioribus rem admirabiliorem efficiant nonnulla de ſuo addere præter hiſtoriæ fidem. Simile eſt illud temporibus Homericis non fuiſſe vſum literarum, ſed memoriâ ſolum illius carmina conſeruata, vt etiam ſuperius contra Ioſephum adnotabamus. Et illud Ariſtarchum, & Zenodotum inter alios diſpoſitiones Homericorum carminum Piſiſtrato obtuliſſe, quæ meliores ab aliis iudicatæ ſunt; cum Ariſtarchum, & Zenodotum multis ſeculis præceſſerit Piſiſtratus. Quare multis aliis recentioribus fucum fecerunt. Nam Euſtathius in A Iliados idem aſſerit. Οἱ δὲ συνθέμενοι ταύτην κατ᾽ ἐπιταγὴν, ὥς φασι, Πεισιστράτου τοῦ τῶν Ἀθηναίων τυράννου Γραμματικοὶ, καὶ διορθωσάμενοι κατὰ τὸ ἐκείνοις ἀρέσκον, ὧν κορυφαῖος Ἀρίσταρχος, καὶ μετ᾽ ἐκεῖνον Ζηνόδοτος. id eſt: *Qui verò eam compoſuerunt Grammatici, iuſſu, vt tradunt, Piſiſtrati Athenienſium Tyranni, & vt ſibi melius viſum eſt correxerunt, quorum Princeps Ariſtarchus, & poſt eum Zenodotus* Et inferius: Τοῦ δὲ ἀπαγγέλλειν τὴν Ὁμήρου ποίησιν σχεδασθεῖσαν ἀρχὴν ἐποιήσατο Κίναιθος ὁ Χῖος.

Ελυμῆναντο

ἐλυμήναντο δέ, φασίν, αὐτὴν πάμπολλα οἱ περὶ τὸν Κίναιθον. καὶ πολλὰ τῶν ἐπῶν αὐτοὶ ποιήσαντες παρενέβαλον. Διὸ καὶ διωρθώθησαν αἱ Ομηρικαὶ βίβλοι, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται. id eſt : *Homeri verò poëſim diſperſam recitandi principium fecit Cinæthus Chius. Verum illam multis modis Cinæthi ſectatores deprauarunt, multaque à ſe conſcripta carmina indiderunt. Quare libri Homerici correcti ſunt, vt ſuperius diximus.* Gilbertus Genebrardus Chron. lib. 2. *Piſiſtrati iuſſu Ariſtarchus Homeri rapſodiam recenſuit, & in 24. partes pro numero elementorum diſtribuit.* Iaſon de Nores in artem poëticam Horatij, *Ariſtarchus miro quodam acumine caſtigabat veterum ſcripta, atque ideo colligendis Homeri verſibus præpoſitus fuit.* In quibus vides miros Anachroniſmos. Primus qui Ariſtarchum ſub Piſiſtrato collocat. Secundus, qui Cinæthum Chium aſſerit primum Homeri poëſim diſperſam recitaſſe. Cũ vterque poſt Piſiſtrati tempora floruerit. Cinæthus enim ſi Pindari Scholiaſtæ credimus in Nemeon, od. 2. ſub Olympiade ſexageſima nona apud Syracuſas Homeri carmina ἐραψῴδησε, & teſtimonio Hippoſtrati probat. Ην δὲ ὁ κίναιθος Χῖος, ὃς καὶ τῶν ἐπιγραφομένων Ομήρου ποιημάτων τὸν εἰς Απόλλωνα γεγραμμένον Υμνον λέγεται πεποιηκέναι. Οὗτος οὖν ὁ Κίναιθος πρῶτος ἐν Συρακούσαις ἐραψῴδησε τὰ Ομήρου ἔπη κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν ἐννάτην Ολυμπιάδα, ὡς Ιππόστρατος φησίν. id eſt : *Erat autem Cinæthus Chius, qui ex poëmatibus, quæ Homero tribuuntur, Hymnum Apollini dictum conſcripſiſſe traditur. Hic itaque Cinæthus primus apud Syracuſas Homeri carmina ſexageſima nona Olympiade, vt Hippoſtratus ait,* ἐραψῴδησε. Ergo

Iliade,& Odyſſæa iam concinnata, atque compacta à Piſiſtrato multo recentior eſt. Cum Hipparchus Piſiſtrati Filius in paterna tyrannide per multos annos ſucceſſor, Olympiade ſexageſima tertia, vt Chronicum Alexandrinum refert ab Harmodio, & Ariſtogitone occiſus fuerit. Puto tamen Cinæthum hunc ſub Hipparcho floruiſſe, & in expurgandis carminibus Homericis, vt ſui generis auctori Homero lumen adderet, Homerida namque erat, Principi in Homerum tam benè affecto, operam nauaſſe. Hinc primam Piſiſtrati editionem multo elegantiorem redditam primi compoſitoris nomine amiſſo, Hipparchi ſibi vendicaſſe. Quare à nonnullis creditum, correctionis Homericæ Hipparchum primum auctorem fuiſſe. Plato in Hipparcho. Ἵππαρχος τῶν Πεισιστράτου παίδων ὢν πρεσβύτατος, καὶ σοφώτατος, ὃς ἄλλα τε πολλὰ, καὶ καλὰ ἔργα σοφίας ἀπεδείξατο, καὶ τὰ Ὁμήρου πρῶτος ἐκόμισεν εἰς τὴν γῆν ταύτην, καὶ ἠνάγκασε τοὺς Ῥαψῳδοὺς Παναθηναίοις ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ διϊέναι, ὥσπερ νῦν ἔτι ποιοῦσιν. & Ælianus ex Platone de Var. hiſtor. lib. 8. cap. 2. Ἵππαρχος ὁ Πεισιστράτου παῖς πρεσβύτατος ὢν τῶν Πεισιστράτου, καὶ σοφώτατος ἦν Ἀθηναίων, οὗτος καὶ τὰ Ὁμήρου ἔπη ἐκόμισεν πρῶτος εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ ἠνάγκασε τοὺς Ῥαψῳδοὺς τοῖς Παναθηναίοις αὐτὰ ᾄδειν. id eſt: *Hipparchus Filius Piſiſtrati, cum eſſet maximus natu inter ſuos fratres, omnium Athenienſium erat ſapientiſſimus, & Homeri carmina primus attulit Athenas, coëgitque rapſodos ea in Panathenæis canere.* Inter eos fortè præcipuum fuiſſe Cinæthum credo, cuius ope-

ra in eadem poësi expolienda anteà vsus fuerat.

Studia in Homerum Pisistrati fusè etiam alij prosequuti sunt. Cicero de Orat. lib. 3. *Quis doctior iisdem illis temporibus, aut cuius eloquentia literis instructior, quam Pisistrati? Qui primus Homeri libros confusos antea sic disposuisse dicitur, vt nunc habemus.* Pausanias in Achaïcis vbi de Donusa oppido loquitur. Πεισίστρατον δὲ ἡνίκα ἔπη τὰ Ὁμήρου διεσπασμένα τε, καὶ ἀλλαχοῦ μνημονευόμενα ἠθροίζετο, ἢ αὐτὸν Πεισίστρατον, ἢ τόν τινα ἑταίρων μεταποιῆσαι τὸ ὄνομα ὑπὸ ἀγνοίας. id est: *Sed enim Pisistratum cum dissipata Homeri carmina, & passim per alia literarum monimenta dispersa in vnum colligeret vel ipsum, vel operis illius adiutorem loci ignoratione nomen immutasse.* Ælianus lib. 13. cap. 14. Ὕστερον δὲ Πεισίστρατος συναγαγὼν ἀνέφηνε τὴν Ἰλιάδα, καὶ Ὀδύσσειαν. *Postmodum verò Pisistratus collectis in vnum omnibus Iliadem, & Odysseam confecit*, & Libanius Panegyrico Imperat. Iuliano Cos. dicto: Εἰ δὲ Πεισίστρατον ἐπαινοῦμεν ὑπὲρ τῆς τῶν ἑτέρῳ πεποιημένων συλλογῆς, ποῦ θήσομεν τὸν Ὁμήρου μιμητήν; id est: *Quod si Pisistratum laudamus ob collecta metra, quæ alius ediderat: vbi satis honorificè collocabimus Homeri æmulatorem?*

Hipparcho posteà defuncto, qui Cinæthum sequebantur liberiori vsi audaciâ, vt fieri sæpè solet, inter genuina Homeri carmina, quædam etiam de suo addere, & post Cinæthum alij, atque alij, & pro libitu verba, ac hemistichia immutare. Quare maiori periculo opus Homericum expositum dolebant viri sapientes, donec

primus Φιλομηρικωτάτῳ Alexandro ingeniorum illud lumen Ariſtoteles gratiſſimum faciens, Homericam Iliadem ſimilium hominum nugis ſcatentem, horrentemque ſentibus labore improbo, vt par erat, & opportunâ diligentiâ repurgauit, correxitque: quod vbi poſtea vidiſſet Alexander optimè ceſſiſſe, multaque inde commoda legentibus non abſque oblectatione obiecta fuiſſe, ſtudium Ariſtotelis æmulatus, Calliſthene, & Anaxarcho philoſophis ad hoc adſcitis, reliqua Homeri opera, non minori aſtu emendata in Narthecio ſumptuoſo, ac vndique ornato, quod ex Darij ſpoliis ſibi conquiſiuerat, conſeruauit: ex quo poſtea editio illa ἀπὸ τοῦ νάρθηκος dicta eſt, eo cognomine ab aliis non paucis, quas eo ſeculo fuiſſe, eaſque celebres, veroſimillimum eſt, diſtincta. Et hac ratione Plutarchi, ac Strabonis loca, quæ nonnullis tantum inter ſe diſſidere viſa ſunt, conciliantur. Plutarchus enim in Alexandro refert, Καὶ τὴν μὲν Ἰλιάδα τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον, καὶ νομίζων, καὶ ὀνομάζων ἔλαβε μὲν Ἀριστοτέλους διορθώσαντος, ἣν ἐκ τοῦ Νάρθηκος καλοῦσιν. Εἶχε δὲ ἀεὶ μετὰ τοῦ ἐγχειριδίου κειμένην ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον, Ὀνησικράτης ἱστόρηκεν. *Iliada autem virtutis bellicæ, & credens, & appellans inſtitutionem, accepit ab Ariſtotele correctam, quam ex narthecio vocant. Eam ſemper cum pugione, vt prodidit Oneſicrates, repoſitam habebat ſub puluino.* Strabo lib. 13. Φέρεται γοῦν τις διόρθωσις τῆς Ὁμήρου ποιήσεως ἡ ἐκ τοῦ Νάρθηκος λεγομένη τοῦ Ἀλεξάνδρου μετὰ τῶν περὶ Καλλισθένην, καὶ Ἀνάξαρχον ἐπελθόντος, καὶ σημειωσαμένου τινὰ, ἔπειτα καταθέντος εἰς Νάρθηκα ὃν εὗρεν ἐν

Περσικῇ

Περσικῇ γάζῃ πολυτελῶς κατεσκευασμένον. *Fertur quidem emendatio quædam poëſis Homericæ, quæ ex Narthecio vocatur, ab Alexandro vna cum Calliſthene, & Anaxarcho elaborata, cum aliqua illius percurriſſet, atque adnotaſſet Alexander, poſtquam illam in Narthecio repoſuiſſet, quod repererat in Gaza Perſica ſumptuosè elaboratum.* Nec aliò reſpexit Interpres vetus vitæ Ariſtotelis. *Et Iliadis dictamen, quod dedit Alexander.* Errorem Xylandri in vertenda Strabonis ſententia planè craſſum animaduerterunt, & notarunt Caſaubonus in locum Strabonis, & Ioannes Nunneſius Notis in dictam Ariſtotelis vitam, quæ tamen accuratiſſimè exponit Petrus Victorius Var. Lectionum lib. 31. cap. 19. Narthecium hoc ex ferula cõfectum, vnde & illi nomen, & Alexandri in Homericum ingenium munificentiam Plinius lib. 7. cap. 29. ita expreſſit: *Ingeniorum gloriæ, quis poſſit agere delectum, per tot diſciplinarum genera, & tantam rerum, operumque varietatem? Niſi fortè Homero vate Græco nullum felicius extitiſſe conuenit, ſiue operis fortuna, ſiue materia æſtimetur. Itaque Alexander Magnus (etenim inſignibus iudiciis optimè, citraque inuidiam tam ſuperba cenſura peragetur) inter ſpolia Darij Perſarum Regis vnguentorum ſcrinio capto, quod erat auro, gemmiſque, ac margaritis pretioſum, varios eius vſus amicis demonſtrantibus (quando tædebat vnguenti bellatorem, & militia ſordidum) imò Hercule, inquit, librorum Homeri cuſtodiæ detur, vt pretioſiſſimum humani animi opus, quam maximè diuiti opere ſeruaretur.*

Æquè atque Alexander Homeri ſtudioſus Caſſander Macedoniæ Rex Homeri poëmata, præter quam quod plurimos Poëtæ verſus memoria tenebat, habebat ἰδίως γεγραμμένα. Athenæus Dipnoſophiſtarum lib. 15. de Laurentio. Ἔχαιρε γὰρ τοῖς Ὁμήρου ὁ Λαρήνσιος, ὡς ἄλλος οὐδὲ εἷς, ὡς λῆρον ἀποφαίνειν Κάσανδρον τὸν Μακεδονίας βασιλεύσαντα, περὶ οὗ φησι Καρύστιος ἐν ἱστορικοῖς ὑπομνήμασιν, ὅτι οὕτως ἦν φιλόμηρος, ὡς διὰ στόματος ἔχειν τῶν ἐπῶν τὰ πολλά, καὶ Ἰλιὰς ἦν αὐτῷ, καὶ Ὀδύσσεια ἰδίως γεγραμμέναι. *Laurentius enim ſi quis alius Homeri verſibus tam impensè oblectabatur, vt præ illo nugas egiſſe Caſſandrum Macedoniæ Regem putes, quem in hiſtoricis Commentariis tradit Caryſtius Homeri fuiſſe adeo ſtudioſum, vt in ore magnam eius carminum partem haberet, & priuatim tum Iliadem ſibi, tum Odyſſeam deſcriptas haberet.* Putantque Viri docti id voluiſſe Athenæum: Homeri poëmata à Caſſandro fuiſſe emendata, quemadmodum antè fuerant ab Alexandro, & Ariſtotele: & Caſſandrum habuiſſe vtramque Homeri Poëſim non ex publicis, & vulgatis Codicibus, ſed propria ipſius induſtria correctam.

Et ſub Ptolemæis Ægypti Regibus Zenodotus Epheſius operis emendationem aggreſſus malo medicinam afferre conatus eſt. Suidas, Ζηνόδοτος Ἐφέσιος ἐποποιός, καὶ γραμματικὸς μαθητὴς τοῦ Φιλιτᾶ, ἐπὶ Πτολεμαίου γεγονὼς τοῦ πρώτου, ὃς καὶ πρῶτος τῶν Ὁμήρου διορθωτὴς ἐγένετο, καὶ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Βιβλιοθηκῶν προὔστη. καὶ τοὺς παῖδας Πτολεμαίου ἐπαίδευσεν. id eſt: *Zenodotus Epheſius verſificator, & grammaticus Philetæ diſcipulus, ſub Ptolemæo*

primo,

primo, primus Homeri corrector, Bibliothecis Alexandrinis præfectus, & filiorum Ptolemæi præceptor.

Aratus item ſub iiſdem temporibus, vel paulò iunior propriam eiuſdem poëmatis editionem confecit. Auctor illius vitæ, Καὶ τὴν Ὀδυσσείαν δὲ διώρθωσεν, καὶ καλεῖται τὶς διόρθωσις οὕτως ἀράτειος, ὡς Ἀριστάρχειος, καὶ Ἀριστοφάνειος. Τινὲς δὲ αὐτὸν εἰς Συρίαν ἐληλυθέναι φασὶν, καὶ γεγονέναι παρ᾽ Ἀντιόχῳ, καὶ ἠξιῶσθαι ὑπ᾽ αὐτοῦ, ὥστε τὴν Ἰλιάδα διορθώσασθαι διὰ τὸ ὑπὸ πολλῶν λελυμάνθαι. id eſt: *Et Odyſſeam quoque correxit. & vocatur quædam correctio Aratæa, quemadmodum & Ariſtarchica, & Ariſtophanica. Nonnulli tradunt eumdem in Syriam perueniſſe, & apud Antiochum commoratum in eius gratiam Iliadem, quod à multis peſſimè deprauata fuerat, correxiſſe.* Et Suidas in Arato. Συνέγραψεν διόρθωσιν Ὀδυσσείας, *Conſcripſit correctionem Odyſſææ.*

Ariſtophanes Byzantius præterea dicti Zenodoti, & Callimachi auditor nouam Homerici poëmatis correctionem tentauit, à quo nomen habuit, & Ariſtophanias dicta eſt, vt vidimus ex Auctore vitæ Arati. Ariſtophanis meminit Suidas, in quo obiter Librariorum error in Olympiade notandus eſt. Ipſe namque habet, Γέγονε δὲ κατὰ τὴν με. Ὀλυμπιάδα, quæ Hieronymus VVolphius vertit, *Vixit Olympiade X L V.* cum omninò ſcribendum ſit ρμε. id eſt, C X L V.

Hæc cum non ſatisfacerent Ariſtarcho, Ariſtarchi filio genere Samothracio, ſed Alexandrina ciuitate donato Ariſtophanis Grammatici diſcipulo ſub Ptolemæo Philometore, cuius fi-

lium ſecundum Euergetem erudiit Olympiade C L V I, vt Suidas tradit, ipſe pro ingenio acri, & eruditione,quibus præſtabat, Homeri poëma de nouo correxit,& expurgauit, & in priſtinum nitorem reſtituit ; indeque Ἀριστάρχειος ἔκδοσις dicta eſt. Carmina enim omnia , quæ ſub Homeri nomine circumferebantur adeò expendit, & iudicauit , vt Homerica ab adulterinis ſeiunxerit.Eò reſpexit Cicero ad Famil.lib.9.epiſt.10. *Profert alter ,vt opinor, duobus verſiculis expenſum Niciæ: alter Ariſtarchus hos ὀβελίζει , ego tamquam Criticus antiquus indicaturus ſum , vtrùm ſunt τοῦ ποιητοῦ , an παρεμβεβλημένοι.* & lib.3. epiſt.11. *Vt enim Ariſtarchus Homeri verſum negat , quem non probat : ſic tu, libet enim mihi iocari, quod diſertum non erat, ne putaris meum.*

Ariſtarchi porrò iudicium adeo probauit antiquitas,vt Homeri verſus non putarentur,quos ipſe non probaret,& deinceps ſequentibus temporibus cenſores rerum aliorum,& iudices Ariſtarchi dicti fuerint. Idem Cicero ad Atticum lib.1.epiſt.14. *Totum hunc locum , quem ego variè meis orationibus , quarum tum Ariſtarchus es , ſoleo pingere.* & Horatius in Arte:

Arguet ambiguè dictum , mutanda notabit:
Fiet Ariſtarchus.

Hac tamen editione Homerica Ariſtarchus non omnibus placuit,ſed à multis, ſæpeque,nec vno in loco acriter reprehenſus eſt , vt apud Athenæum lib.5. Plutarchum de audiendis Poëtis,& Didymum Scholiis in Homerum, ſi tamen eius ſunt. Librum etiam edidit de Ariſtarchi correctione

ctione in Odyſſæa Ptolemæus Aſcalonites Grã-maticus. Suidas Ἔγραψε περὶ τῆς ἐν Ὀδυσσείᾳ Ἀριστάρχου διορθώσεως. Et Zenodotus alter Alexandrinus ideò aduocatus eſt, vt de reprobatis ab Ariſtarcho Homericis carminibus iudicium ferret. Idem, Ζηνόδοτος Ἀλεξανδρεὺς γραμματικὸς ὁ ἐν ἄστει κληθεὶς πρὸς τὰ ὑπ' Ἀριστάρχου ἀθετούμενα τοῦ Ποιητοῦ. Nec tantum in Homerum, ſed in alios etiam Auctores ſuam operam dependit hic Auctor, ideoque apud Hepheſtionem habetur Ἀριστοφάνειος, καὶ Ἀριστάρχειος ἔκδοσις τοῦ Ἀλκαίου. Et Ariſtarchi exemplo alij aliorum ſcriptorum editionem euulgarunt, qualis ad hunc vſque diem Euclides ex editione Theonis circumfertur. Et Apollonij Pergæi libri quatuor Conicorum ex editione Eutocij Aſcalonitæ leguntur.

Fuêre & aliæ Homericæ poëſis ἐκδόσεις: in diuino enim poëmate non ſatis fuit vnùm licet exactiſſimi iudicij laboraſſe. Complures enumerat Euſtathius initio Iliadis, Ἀλλὰ καὶ ἕτεραι Ὁμηρικαὶ διορθώσεις μνημονεύονται, οἷον καὶ ἡ ἱστορουμένη ἀπὸ τοῦ Νάρθηκος, καὶ Μασσαλιωτικὴ δέ τις καὶ Σινωπική. Vrbes ſcilicet ex hoc ſibi laudem quæſiſſe, ideoque Maſſaliotica, & Sinopica. Quid è poëmatis Homericis non expectes?

Poſtremis temporibus Cometas neſcio quis libros Homeri indiſtinctos, variis erroribus, multumque confuſos, atque accentibus deficientibus imperuios, expurgatos, atque lima meliori correctos in publicum ediderat. De qua editione nimium ipſe diuerſo carminum genere gloriatur:

Σεῖο βίβλους μεγάθυμε Κομητᾶς Ομήρου δ' ἄρδην
Εὑρὼν γηραλέας τεύξατο ὁπλοτέρας.
Γῆρας ἀποξύσας γὰρ ἀειπρεπέας τε βροτοῖσιν
Πάμπαν ἔδειξε σοφοῖς οἷσιν ἔνεστι νόος.

Et illo:

Αμφοτέρας πολύμυθε Κομητᾶς σεῖο ἀθροίσας
Κύρβεις γηραλέας, θῆκεν ἀειθαλέας.

Et illo,

Εὑρὼν Κομητᾶς τὰς Ομηρείους βίβλους
Εφθαρμένας τε κοὐδαμῶς ἐστιγμένας
Στίξας διεσμίλευσα ταύτας ἐντέχνως
Τὴν σαπρίαν ῥίψας μὲν ὡς ἀχρηστίαν.
Εντεῦθεν οἱ γράφοντες οὐκ ἐσφαλμένως.
Μαθητιῶσιν, ὡς ἔοικε μανθάνειν.

Huius opus quonam in pretio habitum ſit, neſcio: illud ſcio, carmina illius contumelioſè tractari, & maledictis celebrari.

Κομητᾶ ταῦτα δυσκόμιστα πάντ' ἔπη.

Et illis,

Ακοσμα ταῦτα τοῦ Κομητᾶ πάντ' ἔπη
Κομητᾶ Θερσίτης μέμνηται, πῶς δή γε
Αχιλλέως πρόσωπον εἰς δηλοῖς ὦ τάλαν.
Απαντα ταῦτα τοῦ ἀμέστου καρδίας
Καὶ βάλλ' ἐς κόρακας, ἢ κύφων ὕπερ
Τὰ κοπρίας γέμοντα σαθρίαν ἔπη.

Carmina ſupradicta Cometæ, vel aduerſus Cometam, ingenioſus antiquitatis indagator Ioannes Argolus Andreæ Filius Latinè expreſſit,

Hoſce tuos geminos inuenit, Homere, Cometas
Libros, & iuuenes reddidit è ſenibus.
Abraſit canos, concinnoſque eſſe peritis
Exhibuit, quibus acre eſt cor, & ingenium.

Et,

Vtroſque

Vtrosque ingeniosa tuos comit arte Cometas
Libros, atque ipsa pulsa Senecta coma est.

Et,

Cernens Cometas hos Homericos libros
Iam putrientes, nullibi & scriptos notis
Punctis notatos ordinans rectos dedit,
Marcoris ipsas abscidit putredines:
Ex quo periti non errantibus viis,
Discant, quod est par discere , & licet bonis.

Et,

Incompta Vatis verba Cometa omnia
Putent. Cometas stas quid, & frontem induis
Achillis, & Thersitis es par? heu miser!
I Disce, quæ sic en auibus vsque ingratiis
Effutis , abi in laqueum, & in coruos malos,
Opplens poësim face sterquilinij.

Si petas, quænam harum editionum accuratior, melior, ἀσφαλεστέρα, ac magis genuina fuerit? Dico Antiquitatis iudicio , emendatiorem fuisse Aristarchicam : meo, nullam ; sed illam omnium optimam existimo, quæ à nullo fuerat correcta. Ita etiam Simonem Philosophum Arato petenti, quænam sine mendo Homeri poësis sit, respondisse memoriæ tradidit Diogenes Laërtius lib. 9. in vitis, antiquam scilicet , non eam , quæ ab aliis esset emendata. Φασὶ δὲ καὶ Ἄρατον πυθέσθαι αὐτοῦ, πῶς τὴν Ὁμήρου ποίησιν ἀσφαλῶς κτήσαιτο, τὸν δὲ εἰπεῖν , εἰ τοῖς ἀρχαίοις ἀντιγράφοις ἐντυγχάνοι, καὶ μὴ τοῖς ἤδη διορθωμένοις. id est : *Aiunt Aratum ab illo quæsisse quo pacto quispiam Homeri poema sine menda consequi posset, illumque dixisse, Antiqua si incidat in exemplaria, non ea, quæ nuper emendata sunt.*

Ea

Ea enim eſt Cenſorum rabies,& guſtus, vt dum Auctores corrigunt, mentem illius, quid dixerit,non inquirant, ſed quid debuiſſet dicere, & modum illum præſcribant,quem ipſi rectum iudicant,non quem auctor ille ſeruauit. Quare ſuperſtitioſâ quadam, & limâ plus æquo iniquâ, ita Auctorum dicta pertractant, vt in alium cœlum deferant,& Auctores ipſi, ſi reuiuiſcerent, propria ſcripta, vti ſibi incognita deteſtarentur. Ne exemplis rem ſatis notam confundam, & Plauti aliorumque poëtarum manes nouis queſtibus exturbem, quid intentatum recentiores iſti cenſores argutulis ſententiolis, & otioſis ad nequitiam vſque correctionibus in vno Tacito reliquerunt? Ferè omnia à prima illa facie, & antiquo proſpectu, quo in publicum primùm venit in venuſtiorem, ac placidiorem, vt ipſis placet,immutarunt. Quorum ſtudium,ſicuti vbi opus fuit, & lacera, ac inuerſa Auctoris verba remedium poſcebant,eoque præcipuè,ſi aliorum Codicum auxilio id factum ſit, laudo:ita vbi ſimilis neceſſitas non vrget, ſed vt ingenium oſtentent ex ingenio corrigunt, & ſupplent, diligentiam vitupero. Id cum conſideraſſem attentius, & recentiorum emendationes vt plurimas cum primis illis,& antiquis Taciti editionibus comparaſſem,tanti Auctoris ſortem miſeratus, ſingulari de hoc libello, veterem Taciti lectionem ex eodem Tacito, & ſententiæ, ac verborum ſerie defendi, & aliorum correctiones examinatas nullas omninò eſſe, niſi fallor, demonſtraui. Simili ratione,& in Homerica poëſi, dum

dum quilibet, quod probat, pro Homerico venditat, quod improbat, tamquam ſpurium damnat, multa Homerica ſic obliterata ſunt, multa immutata, pleraque etiam, quæ Homerica non ſunt, veluti Homerica circumferuntur. Quare ſatius fuiſſet, ſi nobis Homerica carmina, neque correcta, neque immutata, ſed vti inuenerant Cenſores illi, atque Ariſtarchi tranſmiſiſſent. Quando autem id factum non eſt, nobis quoque id ſatis erit Homerica nunc habere, vti iacent.

Reliquum eſt, vt Laërtij verba ſuper hac re examinemus. Ait namque Solonem plus luminis ipſo Philoſtrato attuliſſe Homero, cum ſcripſit, vt ex ὑποβολῆς illius carmina à Rapſodis recitarentur: Τά τε Ὁμήρου ἐξ ὑποβολῆς γέγραφε ῥαψῳδεῖσθαι, οἷον ὅπου ὁ πρῶτος ἔληξεν ἐκεῖθεν ἄρχεσθαι τὸν ἐχόμενον. Μᾶλλον οὖν Σόλων Ὅμηρον ἐφώτισεν, ἢ Πεισίστρατος, ὥς φησι Διευχίδας ἐν πέμπτῳ Μεγαρικῶν. Ἦν δὲ μάλιστα τὰ ἔπη ταυτί. Οἳ δ' ἄρ Ἀθήνας εἶχον, καὶ τὰ ἑξῆς. Si carminum copia eſſet, mentem etiam Laërtij haberemus, quæ cum ille omiſerit, nobis obſcurus omninò factus eſt. Ratio namque dicti ſui, quæ in carminibus contineretur, & ſententiam exponebat, cum carminum eorum ſilentio intercepta vna ſecum & orationis ſenſum abſorpſit. Thomas Aldombrandinus in hunc Laërtij locum. *Quomodo Homerum Solon magis, quam Piſiſtratus illuſtrauit? Nam Piſiſtratus quidem Cicerone teſte in 3. de Oratore Homeri libros confuſos antea ſic diſpoſuit, vt nunc habemus, Solon nihil aliud, quam eius verba recitari decreuit. An quia quod*

quod lege decernitur, quodque publicè fit, id illuſtrius eſt, quam quod priuatim & ab vno?

Quamuis autem verum ſit id, quod publicè, & lege lata decernitur illuſtrius haberi, non propterea tamen, vt exiſtimo, Solon plus lucis Homero, quam Piſiſtratus attulit. Quin imo illuſtrius videtur partes auulſas, diſiectaſque, & ob ſui molem exiles, & contemptibiles in vnum corpus integrum, abſolutumque omnibus ſuis partibus conſtruere, & ſic diſpoſitum vniuerſo in proſpectum obiicere, quam, etiam ſi decreto id imperetur, & præmiis propoſitis homines ad ſimplicem recitationem impellere, quod feciſſe Solonem ex eodem Laërtio cognoſcimus. Verum enimverò, ſi Laërtij verba, vt ſuperiùs adnotauimus, conſiderentur, maior in reſtituendo Homero laus Soloni, quam Piſiſtrato debetur. Nam ſine Solonis conatibus ſtudium Piſiſtrati nullum fuiſſet: quippe ſuper ea recitatione tota ratio Piſiſtrati fundata exitum, quem voluit ipſe, res habuit. Cum enim ante Solonem omnia Homeri carmina confuſa, & ſine ordine apud pleroſque palarent; nec eorum ſeries ſine labore, & acri iudicio excogitari poſſet, recitatio illa ex ὑπολήψεως id effecit, vt eorum rectus ordo haberetur, & quænam carmina, quæ ſequerentur, & ſententia ſententiam exciperet. Qua diligentia in vnum, ſed ad auctoris mentem digeſta Piſiſtratus poſteà diuiſit in libros. Quare maius Homericæ poëſi, quæ obſcura, & confuſa, tantum non contemptui erat ex Solonis ſtudio, lumen, cùm tunc clara, apertaque per ora virum

vagari

vagari cœperit, quam ex Pisistrati accessit. Et hanc fuisse mentem Laërtij, siue potius Dieuchidæ existimo.

CYPRIVM NONNVLLI HOMErum fecère; Themistonem matrem: Perquàm ridiculè. Pausanias nihil certi de patria Homeri se habere fatetur. Vaticiniorum priscorum inconstantia. Non solidiori argumento euincitur Troianum fuisse. Potissimum tamen septem Vrbes de eo decertant. Quænam illæ fuerint? Non easdem ab omnibus connumeratas.

CAP. VI.

CYprij item sibi vindicarunt Homerum. Epigram. lib. 4.

Οὐ Χῖος, οὐκ Αἰγύπτιος, εὔσπορος οὐ Κύπρος ἁγνή. Et Themistonem quandam mulierem indigenā matrem eius fuisse affirmant, & Euclum omnia quæ ad natales Homericos pertinebant præuaticinatum. Pausanias in Phocicis. Κύπριοι δὲ οἰκειοῦνται, αὐτοὶ γὰρ δὴ καὶ Ὅμηρον, Θεμιστώ τε αὐτῷ μητέρα εἶναι τῶν τινα ἐπιχωρείων γυναικῶν λέγουσιν, καὶ ὑπὸ Εὔκλου προθεσπισθῆναι τὰ ἐς τὴν γέννεσιν τοῦ Ὁμήρου φασὶν ἐν τοῖσδε.

Καὶ τότε εἰναλίῃ Κύπρῳ μέγας ἔσσετ' ἀοιδὸς
Ὅντε Θεμιστὼ τέξει ἐπ' ἀγροῦ δῖα γυναικῶν

Νόσφι

Νόσφι πολυκτεάνοιο πολύκλειτον Σαλαμῖνος,
Κύπρον δὲ προλιπών, διερὸς θ᾽ ὑπὸ κύμασιν ἀρθεὶς
Ἑλλάδος εὐρυχόρου μοῦνος κακὰ πρῶτος ἀείσας
Ἔσσεται ἀθάνατος, καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα.

Id eſt. *Cyprij verò (nam & hi ſibi Homerum vindicant) Themiſto indigenam fœminam Homeri fuiſſe matrem dicunt. Euclum vero de ipſius ortu hiſce verſibus fuiſſe vaticinatum.*

Fluctiſona in Cypro tunc vatem dia Themiſto
Altiloquum pariet Ditis Salaminos in agris
Poſthabita hic Cypro longè prouectus in altum,
Graiugenum terras luſtrabit, carmine ſæuos
Heroum caſus, & triſtia funera dicens;
Nec ſenium metuet, nec inexorabile fatum.

Homerum item Cyprium origine fuiſſe poterit probari, cum pater illius nonnullorum opinione Cyprius fuerit, locoque obſidis tamquam ciuis à Cypriis Perſis miſſus. Vnde poſteà Homero nomen inditum fuit. Certamen Homericum, τινὲς δὲ Ὅμηρον διὰ τὸ τὸν πατέρα αὐτοῦ ὅμηρον δοθῆναι ὑπὸ Κυπρίων Πέρσαις. id eſt: *Nonnulli Homerum quod pater illius* ὅμηρον, *obſes à Cypriis Perſis datus ſit.* Adde Homerum, vt veriſimile eſt, vt patriæ ſuæ gratificaretur, nec aliam ob cauſam Cypriaca conſcripſiſſe. Suidas, Ἐπιθαλάμια, Κύκλος, Ὕμνοι, Κύπρια. *Epithalamia, Cyclos, Hymni, Cypria.* Aiunt quippe ideò Cyprium Homerum fuiſſe, tanquam qui nouerit illam inſulam locuſtis infeſtari. Manuel Moſcopulus, ſiue alius ἐν ταῖς ἐξηγήσεσιν εἰς τὸν Ὅμηρον, Ιλ. Φ. Ὡς δ᾽ ὅτε ὑπαὶ ῥιπῆς πυρὸς ἀκρίδες ἠερέθονται. *[sic]*

θῳ, καὶ πλῆθος τῆς βοῆς παραδηλοῦσαι. Ὄχθη γὰρ, καὶ κρημνὸς ταὐτά. Φησὶ γὰρ, μεσσοπαγὲς γὰρ ἔθηκε κατ' ὄχθης, καὶ οὐ δύναται ἐκ κρημνοῦ ἐρύσασθαι. Ὅθεν τινὲς Κύπριον φασὶ τὸν ποιητὴν ὡς κατὰ καιρὲς ἐνοχλουμένης τῆς νήσου ὑπὸ τῶν ἀκρίδων. id est: *Vt quando impetu ignis, quæ circa fluuium ripæ sunt perstrepunt, ad maiorem rei expressionem bina adnectitur præpositio, magnum, ac vberem vocis strepitum indicans: ripa enim, & præcipitium idem sunt. Ait enim, infixam posuit ad ripas, nec potuit è præcipitio saluare. Hinc nonnulli Cyprium Poëtam fuisse asserunt, cum ea insula aliquandò à locustis vexetur.* Quod aliqui probare conati sunt ex similitudine illa locustarum, qua Iliad. Φ. vtitur:

Ὡς δ' ὅθ' ὑπαὶ ῥιπῆς πυρὸς ἀκρίδες ἠερέθονται
Φευγέμεναι ποταμόνδε. τὸ δὲ φλέγει ἀκάματον πῦρ
Ὄρμενον ἐξαίφνης. ταὶ δὲ πτώσσουσι καθ' ὕδωρ.

Id est,

Ac veluti incensos flammis vrentibus agros
Aëriæ exiliunt repetentes nota locustæ
Flumina, mox alis subeunt pernicibus vndas.

Argumentum hoc ridiculum sane ita elusit Eustathius ibidem. Ἰστέον δὲ ὅτι ἐντεῦθεν τινὲς ὁρμώμενοι, καὶ μικροῖς μεγάλα τεκμαιρόμενοι, Κύπριον φασὶν εἶναι τὸν Ποιητήν. διὸ καὶ εἰδέναι αὐτὸν, ὡς κατά τινας καιροὺς ὀχλεῖται ὑπὸ ἀκρίδων ἡ νῆσος καθὰ καὶ ἡ Κυρήνη, καὶ ἡ Βάρκη αἱ Λιβυκαὶ. Ἀλλ' εἴτις τούτοις καὶ πύθοιτο. καὶ διότι εἶδε πάθος τῆς νήσου Κύπρου, διὰ τοῦτο νομίζεται Κύπριος, μυριόπατρις ἄρα ὁ Ποιητὴς, ὡς πολλῶν ἔθη, καὶ πάθη πόλεων ἱστορῶν. id est: *Sciendum est, hinc nonnullos occasionem sumentes, & paruis magnaæstimantes, Cyprium fuisse poëtam asseuerasse.*

Ideoque eum callere eam insulam nonnunquam, & certis temporibus à locustis diuexari, quemadmodum & Cyrenem, & Barcam Libycas vrbes. Si quis verò his suaderi patiatur, & quod insulæ incommodum norit ideò Cyprius haberi debeat, certè Poëta innumerarum Patriarum erit ciuis, tamquam, qui multarum vrbium mores, & noxas prosequatur. Et vaticinium Eucli nihil pro Cypriis concludere ex eodem Pausania apertè conuincitur. Is enim illius esse tantam vim opinatus est, vt nihil certi de patria Homeri suggereret. En illius verba, quæ oraculo subdit: Ταῦτα ἡμεῖς ἀκούσαντές τε, καὶ ἐπιλεξάμενοι τοὺς χρησμοὺς, ἰδίᾳ δὲ οὐδένα αὐτῶν λόγον, οὔτε ἐς πατρίδα, οὔ περὶ ἡλικίας Ὁμήρου γράφομεν. Id est: *Hæc nos de Homero partim audiuimus, partim etiam ex oraculis collegimus. Nihil omninò autem, neque de patria, neque de eius ætate certi ex nobis ipsis in medium afferimus.* Et certè in tanto Oraculorum conflictu, neque determinata patriæ affirmatione, quid veri statuam animus hæret; & nescio qua ratione Diuinorum antiquorum effata, enunciataque Deorum tam varia, atque sibi ipsis contraria in veritate, quæ vna esse potuit, pondus habere possint. Sed in his etiam multiformis illius serpentis technas, dolosque, quibus humanum diuexabat genus, his quidem hæc, aliis alia, quin etiam contraria temerè effutientis deprehendes.

Neque solidiori argumento nescio quis Homerum Troianum fecit. Suidas, Οἱ δὲ ἐκ Τροίας ἀπὸ χώρας Κεγχρέων. *Alij ex Troia, ex Cenchræorum oppido.* Fortasse quod Cenchris Homerus diù commo

commoratus ſit, & ea, quæ Troianis contigerant addiſcere potuit. Stephanus de Vrbibus Κεγχρέαι πόλις Τρωάδος, ἐν ᾗ διέτριψεν Ὅμηρος μανθάνων τὰ κατὰ τοὺς Τρῶας. *Cenchreæ vrbs Troadis, in qua Homerus eſt commoratus, dum res Troianas addiſceret.* Si vbi Homerus perdurauit, patriam nactus ſit, multo plures erunt Homeri patriæ, quam quæ recenſentur. Neotichenſes apud ſe diù commoratum Homerum, plurimaque carmina compoſuiſſe contendunt, & vſque ad tempora Herodoti locus, in quo carmina ediderat, maxima veneratione oſtendebatur. Herodotus, Τέως μὲν οὖν κατεῖχεν ὁ Μελησιγένης περὶ τὸ Νεοντεῖχος ἀπὸ τῆς ποιήσεώς γε τοῦ βίου τὴν μηχανὴν ἔχων. Ἐδείκνυον δὲ οἱ Νεοτειχεῖς μέχρις ἐπ᾽ ἐμοῦ τὸν χῶρον ἐν ᾧ κατίζων τῶν ἐπέων τὴν ἐπίδειξιν ἐποιέετο. καὶ κάρτα ἐσέβοντο τὸν τόπον, ἐν ᾧ καὶ αἴγειρος ἐπεφύκει, ἣν ἐκεῖνοι ἔφασαν, ἀφ᾽ οὗ ὁ Μελησιγένης ἦλθεν αὐτοῖς πεφυκέναι. id eſt: *Atque iam tum apud Neontichos agens è poeſi victus ſubſidia habebat. oſtenditurque ad noſtra vſque tempora ibidem locus, vbi Meleſigenes ſedens, carmina ſua exhibuerit. qui locus in magna illic habetur veneratione ab incolis, in quo & populus arbor adnata eſt, quam ab aduentu Homeri natam commemorant.* Neque ob id talem vnquam aliquis Homeri patriam ſomniauit. Item apud Chios diu commoratum fuiſſe, diſcipulis inſtruendis operam dediſſe, vxorem duxiſſe, procreaſſe liberos, potiorem ſuorum poëmatum partem compoſuiſſe, inter alios narrat idem Herodotus. Χρόνου δὲ προϊόντος δεηθεὶς τῶν Χίου πορεῦσαι αὐτὸν εἰς τὴν Χίον, ἀφικνεῖτο εἰς τὴν πόλιν, καὶ διδασκαλεῖον κατασκευασάμενος, ἐδί-

δασκε παῖδας τὰ ἔπεα, καὶ κάρτα δεξιὸς ἐδόκει εἶναι τοῖς Χίοις, καὶ πολλοὶ θαυμασταὶ αὐτοῦ καθεστήκεσαν. Συλλεξάμενος δὲ βίον ἱκανὸν γυναῖκα ἔγημεν, ἐξ ἧς αὐτῷ θυγατέρες δύο ἐγένοντο. καὶ ἡ μὲν αὐτῶν ἄγαμος ἐτελεύτησεν, τὴν δὲ συνῴκησεν ἀνδρὶ Χίῳ. id est: *Deinde progressu temporis imperata ab hero Chium visendi copia, vrbem adiit, ludumque illic instituens, pueros carmina docebat. Id cum magna dexteritate Chiis facere videretur, multos sibi admiratores conciliauit. Hinc igitur cum satis superque facultatum comparasset, vxorem duxit, è qua duas suscepit filias, quarum vna decessit innupta, alteram viro Chio elocauit.* Pessimè cum Chiis actum esset, si nullo alio fulcro, suam de patria Homeri sententiam comprobarent. sed ridicula hæc.

Potissimæ, quæ de Homero decertarunt vrbes septem commemorantur. Epigram.

Ἑπτὰ τ' ἐρειδμαίνουσι πόλεις διὰ ῥίζαν Ὁμήρου:
Κύμη, Σμύρνα, Χῖος, Κολοφὼν, Ῥόδος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Fausto Sabæo Interprete,

Patriam Homero vni septem contenditis Vrbes,
Cumæ Smyrna, Chios, Colophon, Rhodos, Argos, Athenæ.

Et illud quod Antipatro Sidonio in nonnullis Codd. M. S. tribuitur:

Ἑπτὰ πόλεις μάρναντο σοφὴν διὰ ῥίζαν Ὁμήρου.
Σμύρνα, Χῖος, Κολοφὼν, Ἰθάκη, Πύλος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Ita reddidit Henricus Stephanus.

Vrbes, Mæonidæ sibi dant cunabula, septem,
Smyrna, Chios, Colophon, Ithace, Pylus, Argos, Athenæ.

Vel

Vel vt habentur apud Gellium.

Επ̣ͅτὰ πόλεις διεϱίζουσιν περὶ ῥίζαν Ομήρου:
Σμύρνα, Ρόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶν, Χῖος, Αργος,
Αθῆναι.

hoc eſt;

Septem Vrbes certant de ſtirpe inſignis Homeri:
Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamin, Chius, Argos,
Athenæ.

Ianus Gebhardus Antiq.lect.lib.2. cap.23.tradit in Palatino Cod. M. S. legi:

Επτὰ πόλεις ἐϱίζουσι κλυτοῦ περὶ ῥίζαν Ομήρου,

ad idque reſpexiſſe Latinam verſionem, *Septem Vrbes certant*, & ratione Metri corrigit ἐϱίσουσι. non placet. Non etiam de rebus futuris, ſed præteritis ſermo eſt. In his vt vides, variant Cuma, Pylos, Ithaca, Rhodos, Salamin: Illæ perpetuæ ſunt, Smyrna, Chios, Colophon, Argos, Athenæ. Et in vltimo Gellij *Chios*, non *Ios* legunt Georgius Braudius Commentar. in Solini cap. 43. Iacobus Crucius Bononienſis adnotat. in Gellium, Bibliotheca Hiſpanica Tom.3. in Damiano à Goës.

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamis, Chios, Argos,
Athenæ.

Editio Gelliana Sebaſtiani Gryphij anni 1550. & anni 1555. in 8. Ioannes Criſpinus epiſt. præfat. τοῖς φιλομούσοις in Homerum. Petrus Gualterus Chabetius enarratione Grammatica 9. Odæ Horatianæ tertij libri, Iulius Salinerius annot. in Com. Taciti Agricolam. Angelus Politianus in Manto, Franciſcus Feu-ardentius Annot. in cap. 19. lib.2. Irenæi aduerſus Hære-

ſes, Lelius Briſciola Horarum ſubceſiu. lib. 4. cap.6. Et nos inferius demonſtrabimus omninò *Chius* legendum. ſed ſingula horum verſuum examinemus.

EPHORI SENTENTIA HOMERVS Cumæus eſt. Idem ſed diuersâ ratione Herodotus inſinuat. Coniecturæ Herodoti, quibus eum Æolium facit. Ephorus, & Herodotus ſuſpecti, quia patriæ fauent leuiſsimis coniecturis. Homerus gentium omnium moribus poëmata ſua inſperſit. Herodoti in exponendo Homero mira hallucinatio. Agamemnonem, Vlyſſem, Chryſem, Apollini Smintheo, vel Cillæo, veluti Æolij Æolio more ſacrificaſſe. Chryſa Æolenſium colonia; & Æolidis in Troade fines. Chryſæ duæ altera Troica, altera Lemnia; malè à nonnullis confuſæ. Stephanus correctus. Contra Salmaſium fuiſſe, & inſulam Chryſem diuiſam à Lemno prope Lemnum adnotatur. Cillæi Apollinis fanum ab Aeolenſibus extructum. In eo tractu Apollinis vnanimis veneratio. His Herodoti coniecturæ refelluntur.

CAP. VII.

PLVTARCHVS lib. de Homero refert, Ephorum Cumæum in libro, quem de Cumæis rebus inſcripſit, vt Homerum Cumæum oſtenderet, Atellem, Mæonem, & Dium

Dium fratres Cuma oriundos tradidiſſe ; ex his Dium æris alieni cauſa, Aſcram, qui eſt Bœotiæ pagus commigraſſe, ibique Pycimeda vxore ducta, Heſiodum procreaſſe. Atellem Chritheidis filiæ tutela Mæoni commendata in patria vitam cum morte commutaſſe : ab hoc auunculo vitiatam puellam , ab eodem ob perpetratum facinus damnationem metuente, Phemio Smyrnæo literas docenti nuptum traditam. Porrò eam cum ad lauacra, quæ propter amnem Meletem ſunt, deambularet, partu Homerum edidiſſe iuxta ipſum amnem. Inde Meliſigenem filium appellatum: mutato autem nomine Homerum vſurpaſſe cum luminibus eſſet captus, tales enim à Cumæis, & Ionibus Ομηροι vocantur, quod ὁμηρευόντων indigeant. Ἔφορος μὲν οὖν ὁ Κυμαῖος ἐν συντάγματι τῷ ἐπιγραφομένῳ ἐπιχωρίῳ Κυμαῖον αὐτὸν ἀποδεικνύναι πειρώμενος, φησὶν, ὅτι Ἀτελλῆς, καὶ Μαίων, καὶ Δῖος ἀδελφοὶ Κυμαῖοι τὸ γένος, ὧν Δῖος μὲν διὰ χρέα μετῴκησεν εἰς Ἀσκρὴν κώμην τῆς Βοιωτίας, κἀκεῖ γήμας τὴν Πυκιμήδην ἐγέννησεν Ἡσίοδον. Ἀτελλῆς δὲ τελευτήσας ἐν τῇ πατρίδι Κύμῃ κατέλιπε θυγατέρα Κριθηΐδα τοὔνομα προστησάμενος αὐτῇ τὸν ἀδελφὸν Μαίονα. ὃς διακορεύσας τὴν προειρημένην, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν πολιτῶν ἐπὶ τῷ γεγονότι δείσας κατάγνωσιν, ἔδωκεν αὐτὴν πρὸς γάμον Φημίῳ Σμυρναίῳ διδασκάλῳ γραμμάτων. Φοιτῶσα δὲ αὐτὴ ἐπὶ τοὺς πλυνοὺς, οἳ ἦσαν παρὰ τῷ Μέλητι ἀπεκύησε τὸν Ομηρον ἐπὶ τὸν ποταμὸν, καὶ διὰ τοῦτο Μελησιγενὴς ἐκλήθη. Μετωνομάσθη δὲ Ομηρος ἐπειδὴ τὰς ὄψεις ἐπηρώθη. Οὕτω δὲ ἐκάλουν οἵ τε Κυμαῖοι, καὶ οἱ Ἴωνες τοὺς τὰς ὄψεις πεπηρωμένους, παρὰ τὸ δεῖσθαι τῶν ὁμηρευόντων, ὅ ἐστι τῶν ἡγουμένων. Ταῦ-

τα μὲν Ἔφορος. [Auctor vitæ Homericæ ſine nomine. κατὰ δὲ Ἔφορον, καὶ τοὺς ἱστορικοὺς Κυμαῖος. *Vt exiſtimat Ephorus, & Hiſtorici, Cumanus.*] Et Proclus de vita Homeri, Οἱ δὲ Ἰήτην, οἱ δὲ Κυμαῖον. Et: οἱ δὲ ἀπὸ τῆς τῶν ὀμμάτων πηρώσεως τούτου τυχεῖν αὐτὸν φασὶν τοῦ ὀνόματος· τοὺς γὰρ τυφλοὺς ὑπὸ Αἰολέων Ὁμήρους καλεῖσθαι. id eſt: *Alij Ietem, alij Cumæum.* Et: *Nonnulli vero ex læſione oculorum hoc habuiſſe nomen tradunt. Cæcos enim* Ὁμήρους *Æolenſes vocant.*

Idem nobis, ſed alia ratione Herodotus libello de genere, vitaque Homeri, ſi Herodoti γνήσιον, obtrudit. Dum Æolenſium, inquit, Cuma primum conderetur, eò cum aliis permultis omnis generis gentibus è Magneſia confluxit Melanopus Ithagene Critonis filio genitus tenuium fortunarum vir. Melanopus Homyretis Cumani filia vxore ducta Critheidem procreauit, quam vita ipſe functus Cleanactis Argiui tutelæ committit. Intereà accidit, vt puella è furtiuo concubitu prægnans deprehenderetur, quod cum Cleanax reſciuiſſet, rei indignitate commotus, accerſita Critheide, vt infamiam excuteret adhortatur: ideò ad Hermæi ſinum, quem tum Cumani ædificabant Iſmaniæ Boëotio in primis ſibi amico exportandam tradit. Progreſſu temporis Critheis cum aliis mulierculis ad feſtum egreſſa, iuxta Meletem fluuium, cum partui iam vicina eſſet, Homerum peperit, quem Meleſigenem à fluuio appellauit; Quem induſtria ſua Critheis apud Iſmeniam aliunde alia ſumens opera aluit, & honeſtis diſciplinis educandum curauit. Tandem à Phemio viro non illaudato,

laudato, nec abiectioris literaturæ, tamquam qui Smyrnæorum pueros diſciplinis inſtitueret, conducta, Homerum non tantum vt in filium adoptaret, ſed vt apprimè erudiret,obtinuit: ita vt omnes ſui ordinis adoleſcentes facilè ſuperaret,neque in inſtituendis pueris grandior factus Phemio ipſi eſſet inferior.Ex hac Herodoti narratione habes progenitores Homeri Magneſios, parentes Cumanos, puerum natalibus Smyrnæum. Quare non ſolum dictis Homerum eſſe Æolium, non Ionem, neque Dorienſem,ſed his etiam coniecturis in fine illius libelli deprehendi poſſe putat Herodotus. Siquidem Poëtam,qui peculiares mores in ſuam poëſim transferre ſtuduerit, par eſt, aut laudatiſſimos excogitaſſe,aut patrios commemoraſſe: ſed cum ſacrificij ritum huiuſmodi quendam refert, aut ipſe eundem tamquam probatiſſimum excogitauit, aut quod cum patriis inſtitutis conueniret: ſic enim inquit:

Αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα, κατά τε καὶ ἔσφαξαν, καὶ ἔδειραν,
Μηροὺς τ' ἐξέταμον, κατά τε κνίσῃ ἐκάλυψαν,
Δίπτυχα ποιήσαντες, ἐπ' αὐτῶν δ' ὠμοθέτησαν.

id eſt:

Protractas iugulant pecudes, & tergora coſtis
Diripiunt, femorumque toros, & crura recidunt,
In parteſque ſecant geminas:tum pinguia nidor
Viſcera nube tegit denſa.

In his nonniſi Æolicas Cærimonias,& quæ tantum illius gentis eſſent,recenſet. Illa quippe ſola ilia animalium non cremabat. Indicat pr-

tereà his quoque versibus, quod Æolius existens suæ gentis ritibus vsus sit:

Καίε δ' ἐπὶ σχίζης ὁ γέρων, ἐπὶ δ' αἴθοπα οἶνον
Λεῖβε. νέοι δὲ παρ' αὐτὸν ἔχον πεμπώβολα χερσίν.

id est:

——— *Tum segmina carnium*
Ipse focis multo crepitantibus admouet igni
Cruda senex, & vina super nigrantia fundit
Quem verubus quinis iuuenes onerata tenentes
Brachia circumstant.

Æoles enim soli intestina quinque verubus defixa torrebant, reliqui Græci tribus. Et Epitomator vitæ Homeri ab Herodoto scriptæ, Ὅτι δὲ ἦν Αἰολεὺς Ὅμηρος δῆλον, ἐν ταῖς Ἱεροποιΐαις γράφησιν, Αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐν τούτοις ὑπὲρ ὀσφύος οὐδὲν εἴρηται. Μονώτατον γὰρ τῶν Ἑλλήνων τὸ Αἰολικὸν ἔθνος οὐ καίει ὀσφύν. Δῆλον δὲ καὶ ἀπὸ τούτων, Νέοι δὲ παρ' αὐτὸν ἔχον πεμπώβολα χερσίν. Αἰολέες γὰρ μόνοι τὰ σπλάγχνα ἐπὶ πέντε ὀβολῶν ὀπτῶσιν, οἱ δὲ ἄλλοι Ἕλληνες ἐπὶ τριῶν. id est: *Æolensem verò fuisse Homerum perspicuum est. In sacrificiorum enim ritu ait,* Protractas iugulant. *In his de iliis nulla mentio, quibus in sacrificiis tamen vtebantur præter vnam Æolicam gentem. Indicat præterea & his quoque versibus,* Quem verubus quinis iuuenes. *Æoles enim soli intestina quinque verubus defixa torrebant; reliqui Græci tribus.* In eadem sententia fuit Andreas Laurentius histor. Anatom. lib. 8. quæst. 30. vbi dicit, Homerum Æolum fuisse, certum esse. Iosephus Scaliger Ausonian. Lection. lib. 1. cap. 28. *Homerum autem Æolem fuisse, & in Æolide scripsisse, puto, nemo dubitabit, qui eum aut Cumæum, aut Smyr-*

næum

naum fuisse mihi concedet. Et Franciscus Iunius in Manilij lib.2. *Iura enim Homerus petiit,id est, alimentum iustum, meritumque ex mercede, & humanitate: mercede quod Poëta gratus:humanitate,quod ciuis, & cæcus esset. Huic ergo iura petenti, & quasi* πρυτανεῖα *laboris sui* iura dabat patria,*nimium Cume, iniquam sententiam ferens consilio publico,& per prætorem denuncians, de alimentis ipsi non præstandis. Quapropter vehementer commotus, & indignatione percitus; Cumanis suis imprecatus est, ne vnquam illic poëta nobilis existeret, qui celebraret illos, & latices illos voto suo eripuit illis.* Præterea Æolensium morem nobis inculcat Eustathius in A. Iliad. Φασὶν οἱ παλαιοὶ, ὡς οἱ μὲν ἄλλοι τρισὶν ἔπειρον ὀβολοῖς, οἱ λέγοιντο ἂν τριώβολα. μόνοι δὲ οἱ Κυμαῖοι, Αἰολικὸν δὲ οὗτοι ἔθνος, πεμπωβόλοις ἐχρῶντο. Ἔστι δὲ ἡ τοῦ πεμπωβόλου λέξις Αἰολικὴ καθὰ καὶ ἡ χρῆσις. Πέμπε γὰρ Αἰολεῖς τὰ πέντε φασίν. Ὅθεν καὶ πεμπάζειν κυρίως τὸ, κατὰ πεντάδας ἀριθμεῖν. Et Etymologus adnotauit Homerum multis Æolicis vti in Ἀλαλύκτημαι. Ἐπεὶ ὁ Ποιητὴς πολλοῖς Αἰολικοῖς χρῆται.

Herodotus vndenam habuerit, quæ de parentibus Homeri prosequitur ipse viderit,quemadmodum & Cumanus Ephorus. Digni certè sunt eorum conatus, qui laudentur ab aliis, si veritatis studio tantum opus aggressi,veritatem exposuissent. Sed cum patriæ amore,& propriæ gentis id egerint, eorum dicta non immeritò suspecta esse debent. Vbi enim ratio affectu ducitur, & lingua cupiditatum ductu moderatur, veritas ipsa claudicat,& cæcutit:quæ à nudo,& ab omni studio libero homine tantum expectanda est.

Sint

Sint ergo in patriam,in gentiles grati,ſint accepti : ſint callidi,ſolertes in rebus, quæ pro veris probari poſſunt, inueniendis. Veraces, ingenui, ſincerique nullo modo eſſe poterunt. Herodoti argumẽta,ſi tamen Halicarnaſſei Herodoti ſunt, quam leuiſſima deprehenduntur. Homerus enim illa ratione, quâ ſemel, atque iterum ritus Æolenſium ἐπιχωρείους, vt proprios vniuerſæ Græcorum nationi adſcripſit ; eadem & Ionicas, & Doricas cærimonias, & antiquos omnium Græcorum ritus in poëmatibus inſperſit. Quare non magis his, quam illis fauet ; vel ideo ſe illorum conciuem affirmat. Non plura hîc refero. Pleni ſunt Græcorum libri, ſedulóque inſinuant graues viri, omnes omnium mores laudabiles, licet eſſent vni tantum peculiares, Homerum in ſuam poëſim tranſportaſſe : vt omnibus vna eſſet ipſa ſola recta magiſtra, & moderatrix.

Quid plura ? vim Homericæ diuinitatis in iis ipſis exemplis, quæ pro ſe adduxit Herodotus, neſcio an perguſtauit, certè nullo modò intellexit. An mirum de Herodoto ſimilia pronunciari ? Non mirum. Nec mentimur. Sis vnà mecum Lector. Certum eſt, ad frugem applicabis animum. Poſt pugnacem Achillis, & Agamemnonis concionem, diſſoluto Græcorum Senatu, Achilles cum ſociis ſeſe in tentoria ſua recepit; Agamemnon inſtructam nauem vnâ cum Chryſeide, & Hecatombe ad Pelidem primum, vt *Briſeida* deferant, inde ad Chryſam, vt Chryſeida patri reſtituant, in mare deduxit. Intercà luſtrauit exercitum, ſacrificauit Apollini perfectas

Hecatombas

Hecatombas taurorum,& caprarum, ita vt nidor ad cœlum perueniret. Græci Græco more, & loco proprio ſacrificarunt Apollini. Præcones, & famuli huic prouinciæ deſtinati vnà cum Vlyſſe ducta prius Briſeide ab Achille ad Chryſam perueniunt. Vbi Chriſeide Patri reſtituta, res ad ſacrificandum deductas expoſuerunt. Sicque ſacrificium perpetratur. ritu Æolico, infert Herodotus, inquam:Quia illum inter alios optimum iudicarat Homerus. Eſto. Sed propria quis iudicat meliora, & laudabiliora. Quid inde? Ergo Homerus Æolius eſt? Minime gentium. Velim reſponderet mihi Herodotus: qui Hecatombam adduxerant Talthybius, & Eurybates famuli, & Vlyſſes Ithacenſium dux, cum Sacerdotes non eſſent, poterantne ſacrificium ipſi Deo Apollini facere? Miniſtri ipſi Sacerdoti ſacrificaturo, res eò conductas præpararunt, Sacerdos in ea prouincia primus, quod potiſſimum in ſacrificiis erat, abſoluit. Precatur,ſuper lignis mactatas hoſtias, excoriatas, & abſciſſas in fruſta adolet,libatque inſuper vinum. Sacerdos eſt, qui modum ſacrificij imperat,Græci obtemperant. At Sacerdos non potuit alio ritu, quam Æolio,cum Chryſæ id ageretur, & Apollini Sminthæo, vel Cillæo præcipere.Ergo Homerus non Æolium ritum tamquam patrium,& laudabiliorem in Græcos tranſtulit; ſed dum Æolios facit ſacrificantes, neceſſe erat,eos proprio ritu ſacrificium perpetrantes inducere.Non ergo quia optimus ille ritus videbatur, ſed quia conueniens in poëſim introductus eſt. Et inter

præcipuas

præcipuas Poëtæ virtutes, illa non minima eſt, ſi ſeruet decorem: id autem non in ſententiis tantum,& verbis,& moribus animi,ſed etiam in ritibus nationum, & ſacrorum cærimoniis ſeruandum eſt.

At quomodo Sacerdos ille Æolius? quomodo ſacrificium illud Æolio more peragendum erat? Oſtendam ſatis apertè.Sacrum illud Chryſæ factum fuiſſe habemus ex eodem Homero:

——Αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
Εἰς Χρύσην ἵκανεν ἄγων ἱερὴν ἑκατόμβην,

id eſt:

At Vlyſſes Chryſam peruenit ducens ſacram Hecatombem.

Ipſi Apollini Chryſæo. Κλῦθί μευ ἀργυρότοξε, ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας. id eſt: *Audi me argenteum habens arcum, qui Chryſam tueris.* Scylax Charyandenus in Periplo, Καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος ἵνα Χρύσης ἱερᾶτο. *Et fanum Apollinis, in quo Chryſes ſacrificia conficiebat.* At Chryſa erat Æolenſium colonia,vel ciuitas,vel ſub iure Æolenſium,& Chryſæo Apollini nonniſi more Æolio ſacrificabatur. De Chryſa ait Strabo lib.14. Ἐν δὲ τῇ Ἀδραμυττηνῇ ἐστὶ καὶ ἡ Χρύσα, καὶ ἡ Κίλλα; *In Adramyſtena eſt & Chryſa, & Cilla.* De qua regione ſuperius dixerat, Ἀμφότεραι δ᾽ ἦσαν ἐν τῷ κληθέντι μετὰ ταῦτα Θήβης πεδίῳ, ὃ διὰ τὴν ἀρετὴν περιμάχητον γενέσθαι φασὶ Μυσοῖς μὲν καὶ Δυδοῖς τοῖς πρότερον, τοῖς δ᾽ Ἕλλησιν ὕστερον τοῖς ἐποικήσασιν ἐκ τῆς Αἰολίδος, καὶ τῆς Λέσβου. Ἔχουσι δὲ νῦν Ἀδραμυττηνοὶ τὸ πλέον. ἐνταῦθα καὶ ἡ Θήβη, &c. id eſt: *Ambæ autem fuerunt in campo, qui deinde Thebes dictus fuit: de quo ob eius præſtantiam*

certamina fuerunt Lydis, & Mysis antè, postea Græcis, qui ex Lesbo, & Æolide migrauerunt. Nunc Adramysteni maiorem partem obtinent: ibi enim Theba est. Quin Cilla ipsa inter vrbes Æolias enumeratur ab Herodoto lib. I. Αἱ δὲ Αἰολίδες Κύμη ἡ Φρικωνὶς καλεομένη, Λήρισαι, Νέον τεῖχος, Τῆμνος, Κίλλα, Νότιον, Αἰγιρόεσσα, Πιτάνη, Αἰγαῖαι, Μύρινα, Γρύνεια· αὗται ἕνδεκα Αἰολέων πόλιες ἀρχαῖαι. id est, *Æolicæ autem ciuitates sunt Cumæ, quæ & Phriconis vocatur, Larissæ, Neon tichos, Tenus, Cilla, Notium, Ægiroëssa, Pitana, Ægææ, Myrina, Grynia. Atque hæ vndecim Æolicæ fuerunt priscæ ciuitates.* Eoque præcipuè si Promontorium Lectum disterminat Æolida, & Troada. Præterea iuris Æolici erat non tantum quæ Æolis dicebatur, sed maior pars Troadis Alexandrinæ, & Adramystenæ ipsius, in qua erat hæc Chrysa. Ideò non malè Plinius lib. 5. cap. 30. Æolida, & Troada, quasi vna esset, confundit. Strabo etiam lib. 13. fatetur per Troicam regionem Æolenses dispersos. Τῶν Αἰολέων τοίνυν καθ' ὅλην σκεδασθέντων τὴν χώραν, ἣν ἔφαμεν ὑπὸ τοῦ Ποιητοῦ λέγεσθαι Τρωϊκήν. οἱ δ' ὕστερον οἱ μὲν πᾶσαν Αἰολίδα προσαγορεύουσιν, καὶ Τροίαν οἱ μὲν ὅλην, οἱ δὲ μέρος αὐτῆς, οὐδὲν ὅλως ἀλλήλοις ὁμολογοῦντες. id est: *Ergo cum Æolenses per totam sint dispersi, eam regionem, quam à Poëta Troicam vocari diximus: posteriorum alij totam eam Æolidis nomine afficiunt, alij partem eius: Itemque Troiam alij totam, alij partem: neque inter se quidquam iis conuenit.*

Interim animaduertas velim Lector, Claudium Salmasium acutè satis adnotasse Notis in primam,

primam, & secundam Aram, Chrysam hanc Troicam, in qua Apollinis Smynthij templum, & ara, ad quam occisus Achilles ab Apolline, & Paride, memoratum auctorem Βωμίσκε, & Stephanum de Vrbibus confudisse vna cum Chrysa, quæ circa Lemnon, non Apollini, sed Mineruæ ab Iasone ara dedicata est. Stephani verba sunt, Χρύση βαρυτόνως ἡ πόλις τοῦ Ἀπόλλωνος ἐγγὺς Λήμνου. Σοφοκλῆς Λημνίαις, Ὦ Λῆμνε Χρύσης τ' ἀγχιτέρμονες πάγοι. καὶ ἐν Αἰχμαλωτίσι.

Ταύτην ἐγὼ Χρύσην τε, καὶ Κίλλαν. In priore versu de Chrysa Lemno vicina; in posteriore de Troica accipi debet. Nec minus acutè corrigit Stephanum ibidem, Καὶ Παννηφαιστία τῆς Λήμνου ἀκρωτήριον πρὸς Τένεδον βλέπον. sic Καὶ περὶ Ηφαιστίαν τῆς Λήμνου ἀκρωτήριον. Ηφαιστία, etenim vrbs Lemni eodem ipso Stephano referente. Λῆμνος νῆσος πρὸς τῇ Θράκῃ δύο πόλεις ἔχουσα Ηφαιστίαν, καὶ Μύριναν ὡς Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Ptolemæus lib.3.Geograph. in Macedoniæ situ, Λῆμνος νῆσος ἐν ᾗ πόλεις δύο Μύρινα καὶ Ηφαιστίας μεσόγειος. Plinius lib.4.cap.12. *Oppida habet Hephæstiam, & Myrinã.* Vnde nomẽ habuerit Martianus siue quis alius in Periplo.

Εἶτ' ἐμπελαγία Λῆμνος Ηφαίστου τροφὸς,
Ην ὁ Διονύσου πρῶτον οἰκίζει Θόας.

Circa hanc Hephæstiam promontorium collocat vna cum Stephano Salmasius Chrysem, de qua Sophocles, Ὦ Λῆμνε Χρύσης τ' ἀγχιτέρμονες πάγοι. subdit: *Sic igitur statuendum est, nullam Vrbem fuisse Chrysem Lemno vicinam, sed Promontorium tantum hoc nomine prope Hephæstiam Vrbem Lemni, in quo Promontorio collocata ara, & Mineruæ*

Mineruæ consecrata ab Iasone fuit. Et inferius: *Vehementer etiam errauit Stephanus, qui Chrysem vrbem Lemni Apollini sacram esse dixerit, cum de Troica tantum Chryse hoc verum sit, & nullam hoc nomine in Lemno, vel propè Lemnum vrbem fuisse constat, sed promontorium* τὸ Ἡφαιστίαν, quem πάγον Χρύσης *Sophocles appellat* ἐν Λημνίαις.

Id statuendum minimè esse vel sola Pausaniæ auctoritas non sinit, qui propè Lemnum insulam Chrysam nomine, in qua Philoctetes dicitur à serpentis ictu grauiter laborasse, agnouit, diuersam ab ipsa Lemno, æstuque maris abolitam in Arcadicis. Λήμνου γὰρ πλοῦν ἀπεῖχεν οὐ πολὺν Χρύση νῆσος, ἐν ᾗ καὶ τῷ Φιλοκτήτῃ γενέσθαι συμφορὰν ἐκ τοῦ ὕδρου φασίν. ταύτην κατέλαβεν ὁ κλύδων πᾶσαν, καὶ κατέδυ τε ἡ Χρύση, καὶ ἠφάνισται κατὰ τοῦ βυθοῦ. Νῆσον δὲ ἄλλην καλουμένην ἱερὰν, τότε δὴ ἐς τὸν χρόνον. Οὕτω μὲν τὰ ἀνθρώπινα πρόσκαιρά τε, καὶ οὐδαμῶς ἐστὶν ἰσχυρά. id est: *Chrysa enim Insula fuit, in quam è Lemno modicus erat nauigationis ventus. Ibi olim Philoctetes à serpentis ictu dicitur laborasse. eam insulam æstus alluuies ad ima maris depressam aboleuit. Alia verò, cui Hiera nomen tunc emersit, cum ante nulla omnino fuisset eo in loco insula. Caducæ nimirum, & fluxæ res humanæ sunt, neque est quicquam stabile perpetuo, & firmum.* En igitur Chrysam insulam vicinam Lemno, à Lemno separatam, atque seiunctam, non in Promontorio Lemni collocatam, diuersam à promontorio τὸ Ἡφαιστίαν. Et quo magis in qua Philoctetes pessimo hydri ictu laborat, & in qua erat ara Mineruæ. à qua posteà delatus, & expositus fuit in Lemno, licet

ſciam alios etiam præter Salmaſium Mineruæ aram in ipſa Lemno poſuiſſe. Manifeſtè etiam colligitur hæc inſula ex ipſo Sophocle; narrans quippè Philoctetes quæ fuerat paſſus à Græcis ſubdit:

Ξὺν ἧμ' ἐκεῖνοι παῖ προθέντες ἐνθάδε,
Ὤχοντ' ἔρημον ἡνίκ' ἐκ τῆς Ποντίας
Χρύσης κατέσχον δεῦρο ναυβάτῃ στόλῳ. id eſt: *Cum quo morbo, ô fili, hoc in loco deſertum exponentes abierunt, quando ex marina Chryſa huc venerunt cum nauali exercitu.* Prius enim Chryſæ fuêre, ποντίας, marinæ ſcilicet inſulæ, quæ vndique mari alluitur, indeque Philoctetem in Lemnum deportarunt, ibique fœtore vlceris, & eiulatibus illius offenſi in deſerto littore ſopitum expoſuêre. Ideoque Scholiaſtes expoſuit. Ποντίας τῆς παραθαλασσίας, ὅτε ἀπὸ Χρύσης ἦλθον εἰς Λῆμνον. *Marinæ, cum è Chryſa Lemnum veniſſet.* & ſuperius dixerat. Χρύση νῆσος πρὸ τῆς Λήμνου, ἔνθα διέτριβε Χρύση τὶς Νύμφη, ἣ ἐρασθεῖσα τοῦ Φιλοκτήτου, καὶ μὴ πείσασα κατηράσατο αὐτῷ, διὸ καὶ ὠμόφρονα αὐτὴν ἐκάλεσεν. Et, Χρύσης Ἀθηνᾶς ἄγαλμα οὕτω καλεῖται. Ἔστι δὲ καὶ πόλις Χρύση πλησίον Λήμνου, ἔνθα ὑπὸ τοῦ ὄφεως ἐδήχθη τὸν βωμὸν ζητῶν, ἐν ᾧ ἔθυσεν Ἡρακλῆς, ἡνίκα κατὰ Τροίας ἐστράτευσεν. id eſt, *Chryſe Inſula ante Lemnum, in qua morabatur nympha Chryſa nomine, quæ cum amaſſet Philoctetem, nec eum pellexiſſet, illi maledixit, ideoque crudelem vocauit.* Et, *Chryſæ Mineruæ ſtatua ſic dicitur. Eſt porrò & vrbs penes Lemnum, vbi à ſerpente ictus eſt aram quærens, in qua Hercules ſacrificauit, cum in Troianos arma duceret.* Nec abnuit Euſtathius in A. Iliados. Καὶ ὅτι πολ-

λαὶ

λαὶ Χρύσαι λέγονται δηλοῦσιν οἱ παλαιοὶ, ἐγγύς τε γὰρ Λήμνου πόλιν Χρύσην ἱστοροῦσιν, καὶ περὶ Σκῦρον, καὶ ἐν Ἑλλησπόντῳ οὐ μακρὰν Ἀβύδου. Ἐλέγετο δὲ φασὶ Χρύση καὶ ἀκρωτήριον περὶ τὴν Ἡφαιστίαν τῆς Λήμνου βλέπον πρὸς Τένεδον. id est: *Plerasque prætereà fuisse Chrysas antiqui narrant: tradunt enim Chrysam Lemno propinquam, & circa Scyrum, & in Hellesponto non longè ab Abydo. Dicebatur prætereà, vt aiunt, & Chrysa promontorium circa Hephestiam Lemni in Tenedum prospiciens.* Qua auctoritate probatur correctio Stephani à Salmasio feliciter tentata.

Quidquid tamen sit de Chryse Lemnia, Troïca certè Æolensium iuris erat, ideoque more etiam Æolensium Apollini sacrificabat. Eóque præcipuè, quod fanum illud erat Apollini Cillæo sacrum à Græcis Æolensibus extructum. Strabo lib. 13. Φησὶ δὲ Δάης ὁ Κολωνεὺς ἐν Κολωναῖς ἱδρυνθῆναι πρῶτον ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς Ἑλλάδος πλευσάντων Αἰολέων τὸ τοῦ Κιλλέως Ἀπόλλωνος ἱερόν. καὶ ἐν Χρύσῃ δὲ λέγουσι Κίλλαιον Ἀπόλλωνα ἱδρῦσθαι. Ἄδηλον εἴτε τὸν αὐτὸν τῷ Σμινθεῖ, εἴθ' ἕτερον. Ἡ δὲ Χρύσα ἐπὶ θαλάττῃ πολίχνιον ἦν ἔχον λιμένα. Πλησίον δὲ ὑπέρκειται ἡ Θήβη. id est: *Daës Colonensis, ait, Cillei Apollinis templum primum Colonis fuisse positum è Græcis aduectis Æolensibus. Chrysæ quoque Cillæum Apollinem dedicatum fuisse ferunt. Idémne sit cum Sminthco, aut aliud ab eo, incertum. Chrysa oppidulum fuit ad mare situm portum habens. Paulo supra iacet Thebe.* Et in freto, quod inter Lesbum est, atque Asiam insulæ paruæ sunt ad X X. Timosthenes XL. dicit, eæque vno nomine Hecatonesi dicuntur, quasi Apollinis insulæ, qui Hecato

vſurpatur. & in tota illa ora colitur vſque ad Tenedum cognomento Sminthei, Cillei, Grynæi: Idem ibidem: Ἑκατὸς γὰρ ὁ Ἀπόλλων, παρὰ πᾶσαν γὰρ τὴν παραλίαν ταύτην ὁ Ἀπόλλων ἐκτετίμηται μέχει Τενέδου Σμινθεὺς, ἢ Κιλλέος καλούμενος, ἢ τινὰ ἄλλην ἐπωνυμίαν ἔχων.

Poſſem hîc non incongruè demonſtrare Cillei huiuſce Apollinis in ſacrificiis ritus à Græcis Æolenſibus, qui Theſſaliam primum, deinde Bœotiam, & ferè totam Peloponneſum occuparunt, à Cillo Pelopis auriga, cuius tota hæc regio fuit in ditione, & à quo nomen & Vrbi, & Apollini inditum, dimanaſſe. Quæ hic referre ſuperſedeo breuitati ſtudens. Nil itaque mirum eſt, ſi Homerus Æolenſes faciat Æoliço more ſacrificantes.

Audio neſcio quem inſuſurrantem non ea vice tantùm, cuius meminit Herodotus, ſed aliis etiam, quando non Chryſes, nec Cilleo, aut Smintheo Apollini ſacrificat, ſed ipſe ſummus Græcorum Imperator Agamemnon alias ob cauſas Æolico ritu eadem ſacrificia peragit. Sciat hic Agamemnonem, quia Peloponneſium, Æolium fuiſſe, ritibuſque Æolenſium imbutum, quare eorum mores ſeruaſſe nihil mirum eſt.

Coniecturæ ergo Herodoti non tanti ſunt, vt Homerum Æolenſibus vindicent. De quo dubitari, nec certum eſſe ipſe etiam Strabo libro dicto ſcripſit, poſtquam Cumanis Heſiodum, & Ephorum hiſtoricum Iſocratis diſcipulum dediſſet. Ὅμηρος δ' οὐχ ὁμολογουμένως, πολλοὶ γὰρ ἀμφισβητοῦσιν αὐτοῦ. *Homerum fuiſſe Cumæum non eſt*

in

in confesso apud omnes. Multi enim de eo dubitant.
Et epigramma.

Κύμη δ᾽ ἢ Κολοφὼν πατρὶς Ὁμήρου σοί θεῖε;
Οὐδετέρη.

idest:

Patria Homere tibi Cumáne, vel Colophon?
Neutra vrbs.

HOMERI NOMEN, QVOD Cumæorum esse contendunt, Cumæis non suffragari. Illius imponendi rationes diuersæ ab aliis afferuntur. Homerum etiam Meletem, Melesigenem, Auletem, Tigranem vocatum. Cæcum eum fuisse. An à puero, morbo, vel senio? Noua de eius cæcitate figmenta Platonis, & Politiani.

Cap. VIII.

ADDE his nomen etiam Homeri, Cumæos Homero, qui prius Melesigenes appellabatur indidisse. Nam cum videret Cumæos poësim suam amplecti, versibusque suis oblectari, vt narrat Herodotus, sermonem intulit, si eum publicè alere vellent, se ciuitatem eorum celeberrimam redditurum. Itaque collecto Cumæorum Senatu, in Curiam processit, de alimentis præstandis verba proposuit. Omnes petitionem Homeri admittendam ducunt. Vnus calculo suo repugnat; inter alia illa quoque commemorat,

quod si semel Ὁμήρους, id est cæcos alendos suscepissent, futurum vt continuò turbam & multam, & inutilem haberent. Atque hic primum Homeri nomen Melesigeni inditum est, à cæcitatis videlicet calamitate. τῶν βουλευτέων ἕνα λέγεται ἐναντιωθῆναι τῇ χρήμῃ αὐτοῦ, ἄλλα τε πολλὰ λέγοντα, καὶ ὡς εἰ τοὺς Ὁμήρους δόξει τρέφειν αὐτοῖς ὅμιλον πολλόν τε καὶ ἀχρεῖον ἕξουσιν. Ἐντεῦθεν δὲ καὶ τοὔνομα ἐπεκράτησεν τῷ Μελησιγενεῖ ἀπὸ τῆς συμφορῆς. Οἱ γὰρ Κυμαῖοι τοὺς τυφλοὺς Ὁμήρους λέγουσιν. Ὥστε πρότερον ὀνομαζομένου αὐτοῦ Μελησιγενέος, τοῦτο γενέσθαι τοὔνομα Ὅμηρος, ὃ οἱ ξένοι διήνεγκαν, ὅτε μνήμην αὐτοῦ ἐποιοῦντο. Quæ vltima verba omiserunt Interpretes. Eorum verò sententia est. Id quoque ad exteros vsum obtinuit, vt quotiescumque illius mentio fieret, Homerum appellarent. Ephorus item apud Plutarchum: Μετωνομάσθη δὲ Ὅμηρος ἐπειδὴ τὰς ὄψεις ἐπηρώθη, οὕτω δὲ ἐκάλουν οἵ τε Κυμαῖοι, καὶ οἱ Ἴωνες τοὺς τὰς ὄψεις πεπηρωμένους, παρὰ τὸ δεῖσθαι τῶν ὁμηρευόντων, ὅ ἐστι τῶν ἡγουμένων. id est: *Mutato autem nomine Homerum vsurpatum fuisse, cum luminibus esset captus. Tales enim à Cumæis, & Ionibus* ὅμηροι *vocantur, quod* ὁμηρευόντων, *id est, ductorum indigeant.* & certamen Homericum, Οἱ δὲ διὰ τὴν πήρωσιν τῶν ὀμμάτων, παρὰ γὰρ τοῖς Αἰολεῦσιν οὕτως οἱ πηροὶ καλοῦνται. Proclus: Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς τῶν ὀμμάτων πηρώσεως τούτου τυχεῖν αὐτὸν φασὶν τοῦ ὀνόματος. τοὺς γὰρ τυφλοὺς ὑπὸ Αἰολέων Ὁμήρους καλεῖσθαι. *Quidam ex læsis oculis hunc nomen sortitum tradunt. Cæcos enim Homeros ab Æolensibus vocari.* Et Auctor Anonymus. Φασὶ δὲ αὐτὸν Μελησιγενῆ, καὶ Μελησιάνακτα κεκλῆσθαι. τυφλωθέντα δὲ αὐτὸν ὕστερον

Ὅμηρον

Ομηρον κληθῆναι. οἱ γὰρ Αἰολεῖς τοὺς τυφλοὺς Ομήρους καλοῦσιν. *Ferunt eum Meletigenem, & Melesianactem vocatum fuiſſe; ſed cum poſtmodum luminibus orbatus fuiſſet, Homerum nuncupatum. Æolenſes namque Cæcos Homeros appellant. Nonnulli ex læſione oculorum hoc habuiſſe nomen tradunt. Cæcos enim* Ομήρους *Æolenſes vocarit.*

Cumæum Homerum affirmare ratio nominis nos non cogit. Nam non tantum Cumæorum is mos fuit cæcos Homeros appellandi, ſed Ionum etiam,vt Ephorus ipſe fatetur. Quare non excludendæ erunt Vrbes Ionicæ à prætentione hac, ſola nominis impoſitione.

Præterea ſcias diuerſas ab aliis huiuſce rei cauſas afferri:& ab aliis quam à Cumæis nomen impoſitum fuiſſe tradi. Ariſtoteles ait Lydos ab Æolenſibus afflictos, dum de Smyrna relinquenda cogitarent per præconem ſequi iuſſiſſe eos, qui vellent vrbe exire,Homerum puerulum etiamnum ſe quoque ὁμηρεῖν, id eſt, ſequi velle dixiſſe. Inde pro Meleſigene Homerum appellatum. Τῶν δὲ Λυδῶν καταπονουμένων ὑπὸ τῶν Αἰολέων, καὶ κρινάντων καταλιπεῖν τὴν Σμύρναν, καὶ κηρυξάντων τῶν ἡγεμόνων τὸν βουλόμενον ἀκολουθεῖν ἐξιέναι τῆς πόλεως. Ετι νήπιος ὢν Ομηρος ἔφη, καὶ αὐτὸς βούλεσθαι ὁμηρεῖν, ὅθεν ἀντὶ Μελησιγένους Ομηρος προσηγορεύθη. Certamen Homericum, ideò Homerum vocatum,quod Pater illius obſidis loco à Cypriis Perſis datus fuerit, ex aliis narrat. Εκαλεῖτο δὲ Μέλης, ὡς δέ τινες φασὶ, Μελησιγένης, ὡς δὲ ἔνιοι Αὐλήτην ὀνομασθῆναι αὐτόν φασιν. Τινὲς Ομηρον διὰ τὸ τὸν πατέρα αὐτοῦ Ομηρον δοθῆναι ὑπὸ Κυπρίων Πέρσαις. Auctor præterea

illius certaminis eum non à Cumæis, ſed à Smyrnæis Homerum vocatum fuiſſe, quaſi luminibus orbatum. Φασὶ δὲ πρότερον Μελησιγένη, ὕστερον μέντοι τυφλωθέντα Ὅμηρον μετωνομάσθαι διὰ τὴν παρ᾽ αὐτοῖς Σμυρναίοις, ἐπὶ τῶν τοιούτων προσηγορίαν. Idem aſſerit Suidas, ſed alia ratione: Ἐκλήθη δὲ Ὅμηρος διὰ τὸ πολέμου ἐνισταμένου Σμυρναίοις πρὸς Κολοφωνίους Ὅμηρον δοθῆναι, ἢ τὸ βουλευομένων Σμυρναίων δαιμονίᾳ τινὶ ἐνεργείᾳ φθέγξασθαι, καὶ συμβουλεῦσαι ἐκκλησιάζουσι περὶ τοῦ πολέμου. Hoc eſt, *Vocatus autem Homerus eſt, ſiue quod cum bellũ Smyrnæis aduerſus Colophonios eſſet, obſes datus fuerit; ſiue quod conſultantibus Smyrnæis, diuino quodam afflatu exclamauit, & conſilium dederit in concione de bello.* Et Proclus, quod Chiis à Smyrnenſibus obſes datus fuiſſet. Οἱ μὲν οὖν Σμυρναῖοι αὐτὸν ἀποφαινόμενοι. Μαίονος μὲν πατρὸς λέγουσιν εἶναι, γεννηθῆναι δὲ ἐπὶ Μέλητος τοῦ ποταμοῦ, ὅθεν καὶ Μελησιγένη ὀνομασθῆναι, δοθέντα δὲ Χίοις εἰς Ὅμηρον κληθῆναι. id eſt: *Qui itaque eum Smyrnæum aſſerunt Mæonis filium tradunt, natumque in Melete fluuio. Hinc Meleſigenes illi nomen fuiſſe; cum verò obſes Chiis traditus fuiſſet, Homerum vocatum.*

Lepidiſſima omnium eſt, quam narrat Heliodorus à femore ſcilicet, qui Græcè ὁμηρὸς dicitur, in quo ingentem longitudinem crinium habebat. Καὶ ποιεῖ τὸν Ὅμηρον φέροντά τι τῆς ἀνομοίου μίξεως σύμβολον. Θατέρῳ γὰρ τοῖν μηροῖν αὐτόθεν ἐξ ὠδίνων πολύ τι μῆκος τριχῶν ἐπεπόλαζεν, ὅθεν παρ᾽ ἄλλοις τε, καὶ οὐχ ἥκιστα παρ᾽ Ἕλλησιν ἀλητεύων, καὶ τὴν ποίησιν ᾄδων τοῦ ὀνόματος ἔτυχεν, αὐτὸς μὲν τὸ ἴδιον οὐ λέγων, ἀλλ᾽ οὐδὲ πόλιν, ἢ γένος ὀνομάζων, τῶν δὲ ἐγνωκότων,

των, τὸ περὶ τὸ σῶμα πάθος εἰς ὄνομα κρατησάντων. id eſt: *Et Homerum procreauit ferentem notam inceſtæ conſuetudinis, in vtroque enim femore inde vſque ab ipſo partu ingens longitudo crinium innatabat. Vnde cum inter alios, tùm inter Græcos oberrans, & poëma canens, nomen eſt nactus: ipſe quidem nomen proprium non dicens, neque patriam, aut genus nominans, ceterùm iis, qui ſciebant illam corporis affectionem, vt in nomen illi verteretur, perficientibus.*

Vides ergo ex ipſo nomine nullam poſſe deſumi rationem, qua Cumæus Homerus ſit, ſiue Smyrnæus, ſiue alterius ciuitatis. Et opinor nomen Homeri illi impoſitum fortuitò, & vt parentibus libuit, moriſque eſt nominum imponendorum, non ab aliqua re, quæ illi contigerit. Et verè Homerum ab ipſis natalibus dictum. At qui de eo ſcripſerunt, vt omnia ad miraculum afferrent, & noua inducerent, cauſas etiam, quare id nomen noſter Poëta habuerit, commenti ſunt. Non ideò tamen nego, quandoque id vſu veniſſe, vt vnum nomen in aliud tranſmutatum ſit. Talium enim rerum plena hiſtoria eſt. Plato prius Ariſtocles, Theophraſtus Tyrtamus, & alij alio modo dicti, vel ab euentu; vel quod ita placuit aliis nomina ſibi immutarunt.

Quando verò cæcitatis Homericæ, vnde & nomen illi videtur inditum, vt aliis placet, mentio facta eſt, videamus quid alij hac de re aſſerant. Cæcum enim illum fuiſſe exiſtimauit Antiquitas, & præter eius imagines in nummis, qui ad hæc tempora ſuperſunt, cæci hominis effi-

gię̃ præſeferẽtes & ſtatuas, Chriſtodorus cecinit:

——— Ἀμφὶ δ᾽ ἄρ ὀφρῦς
Ἀμφοτέρας προβλῆτας ἐΰσκοπος ἔπλασε τέχνη.
Οὔ τι μάτην· φαέων γὰρ ἐρημάδες ἦσαν ὀπωπαί.
Ἀλλ᾽ οὐκ ἦν ἀλαῷ ἐναλίγκιος ἀνδρὶ νοῆσαι.
Ἕζετο γὰρ κενεοῖς χάρις ὄμμασιν. ὡς δὲ δοκεύω
Τέχνη τοῦτο τέλεσσεν, ὅπως πάντεσσι φανείη
Φέγγος ὑπὸ κραδίην σοφίης ἄσβεστον ἀείρων.

id eſt. *Circum autem ſupercilia vtraque prominentia benè conſiderata confinxit ars. Nec immerito, luminibus enim erant orbati viſus. ſed dum comprehendebatur, non videbatur cæco ſimilis. inſidebat namque vacuis gratia oculis: & vt mihi videtur, Ars illud confecerat, vt omnibus appareret lumen ſapientiæ ſub corde inextinguibile portans.* Hæc poſtea Homeri ſtatua in ſeditione illa tempore Iuſtiniani quæ N I K A dicta eſt, vnâ cum multis aliis conflagrauit, ita referente Cedreno in Synopſi hiſtorica. Ῥὶς μὲν ἦν μετρίως ἔχουσα πρὸς ἅπαντα. Ὄμματα δὲ συνημμένα τοῖς βλεφάροις, οἷον καὶ ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος ἔχει, τυφλὸν ἐμφαίνοντα. id eſt, *Naſus ad reliquas partes proportione æquali: oculi palpebris affixi, ita vt cæci formam præſeferrent, qualem eum fuiſſe fama fert.*

Dubium tamen eſt, An cæcus fuerit ab ipſis natalibus, vel puero, an verò grandi natu, morbo, vel ſenio infortunium tale contigerit. Hæret Lucianus in Demoſthenis Encom. Ὅπου γε καὶ τοὔνομα πρὸ τῆς γνωρίμου τὸ Μελησιγενῆ προκρίνουσι, τύχην δὲ πενίας, ἢ πάθος ὀμμάτων. *Quin etiam nomen Meleſigenis huic vſitato anteponunt: quod ſiue ob fortunam paupertatis, ſiue ob cladem oculorum acceperit.*

ceperit. Cicero Quæst. Tuscul. vlt. cæcum fuisse refert; *Traditum est etiam Homerum cæcum fuisse. At eius picturam, non poësim videmus. Quæ regio, quæ ora, qui lacus Græciæ, quæ species formæ, quę pugna, quæ acies, quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum, non ita expictus est, vt, quæ ipse non viderit, non vt videremus effecerit? Quid ergo aut Homero ad delectationem animi, ac voluptatem, aut cuiquam docto defuisse vnquam arbitramur?* Ciceroni apertè refragatur Velleius Paterculus hist. lib. 1. *Quem si quis cęcum genitum putat, omnibus sensibus orbus est.* Proclus in vita Homeri: τυφλὸν δὲ ὅσοι τοῦτον ἀπεφήναντο, αὐτοί μοι δοκοῦσι τὴν διάνοιαν πεπηρῶσθαι. Τοσαῦτα γὰρ κατεῖδεν ὁ ἄνθρωπος ὅσον οὐδεὶς πώποτε. Εἰσὶ δέ τινες, &c. *Quicumque verò eum Cæcum fuisse asseuerarunt, næ ipsi, vt mihi videtur cogitatione læsi sunt. Tot enim vir ille vidit, quot nec cęteri homines vnquam. Sunt prętereà nonnulli, &c.* Et Auctor M. S. nescio quis in illud Christodori Copitæ, Φαέων γὰρ ἐρημάδες ἦσαν ὀπωπαί. Epigr. lib. 5. Τυφλὸς ἦν ὁ πλάσας αὐτὸν, ἐπεὶ Ὅμηρος πολλῶν ἀνδρῶν ἔβλεπε κρείττω. *Cæcus erat qui illum confinxerat, quandoquidem Homerus multis hominibus videbat præstantius.* Hesychius Milesius de iis, qui eruditionis fama claruerunt, Ὅμηρος ἱστορεῖται γενέσθαι τυφλὸς, ὡς μὴ ἡττηθεὶς ἐπιθυμίας, ἣ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἔρχεται. *Homerus: hunc tradunt historię captum oculis fuisse, quod cupiditati, quæ per oculos irrepit, non cesserit victus.* Et Suidas, Γηραιὸς δὲ τελευτήσας ἐν τῇ Ἰῳ τῇ νήσῳ τέθαπται. Τυφλὸς ἐκ παίδων γεγονὼς, τὸ δ' ἀληθὲς ὅτι οὐχ ἡττήθη ἐπιθυμίας, ἣ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἄρχεται· καὶ διὰ τοῦτο ἱστορήθη τυφλός. id est: *Senex*

defunctu

defunctus in Io insula sepultus est, cæcus à puero natus: sed quod verius est, eo nomine dictus cæcus, quod cupiditate, quæ ab oculis incipit victus non est.

Ioannes Tzetzes id senectute factum esse scribit, Πένης τελῶν δὲ ὁ ἀνήρ, καὶ γε τυφλὸς ἐκ γήρους. *Cum autem esset pauper Homerus. & cæcus ob senectutem.* Morbo, Pausanias in Messeniacis, Διεφθάρη δὲ ὁ Θάμυρις, ἐμοὶ δοκεῖν ὑπὸ νόσου τοὺς ὀφθαλμούς, τὸ δὲ αὐτό, καὶ Ὁμήρῳ συνέπεσεν ὕστερον. Ἀλλ' ὁ μὲν καὶ ἐς ἅπαν διετέλει ποιῶν. οὐ γάρ τι εἶκε τῇ συμφορᾷ. Θάμυρις δὲ καὶ τὴν ᾠδὴν ὑπὸ κακοῦ τοῦ παρόντος ἐξέλιπεν. id est: *Ego verò ex morbo luminibus captum Thamyrim crediderim, cum idem etiam post Homero acciderit; qui tamen infortunio non succubuit, neque idcirco, quæ instituerat, non perfecit. At malo victus Thamyris prorsus desiit carmina facere.* Herodotus sanis oculis natum, & videntem narrat, deinceps laborasse apud Ithacenses, sed morbo non ingrauescente, remediis adhibitis infirmitati medicina facta est, verum Colophone, graui, periculosoque denuo facto, nulla tali incommodo medicina reperta. Quare lumine amisso, cæcus in posterum vagari coactus fuit. Ἤδη ἐπίτοκος ἐοῦσα τίκτει τὸν Ὅμηρον, οὐ τυφλόν, ἀλλὰ δεδορκότα. Et, Ἀνακομιζόμενοι δὲ ἐκ Τυρσηνίας, καὶ τῆς Ἰβηρίας ἀπικνέονται εἰς Ἰθάκην. καὶ τῷ Μελησιγενεῖ συνέβη νοσήσαντι τοὺς ὀφθαλμοὺς κάρτα δεινῶς ἔχειν, καὶ αὐτόν, θεραπείης ἕνεκα πλεῖν μέλλων εἰς τὴν Λευκάδα, καταλιπεῖν ὁ Μέντης παρὰ ἀνδρὶ φίλῳ ἑωϋτοῦ ἐς τὰ μάλιστα Μέντορι τῷ Ἀλκίμου Ἰθακησίῳ, πολλὰ δεηθεὶς ἐπιμελίην ἔχειν, ἐπαναπλώσας δὲ ἀναλήψεσθαι αὐτόν. Ὁ δὲ Μέντωρ ἐνοσήλευεν αὐτὸν ἐκτενέως. καὶ γὰρ τοῦ βίου ἀρκεόντως εἶχε, καὶ ἤκουεν εὖ ἐς δι-

καιοσύνην

καιοσύνῃ τε, καὶ φιλοξενίῃ μακρῷ μάλιστα τῶν ἐν Ἰθάκῃ ἀνδρῶν. Ἐνταῦθα συνέβη τῷ Μελησιγένει περὶ Ὀδυσσέως ἐξιστορῆσαι, καὶ πυθέσθαι. Οἱ μὲν δὴ Ἰθακήσιοι λέγουσιν τότε μιν παρ' ἑωϋτοῖς τυφλωθῆναι. Ὡς δὲ ἐγὼ φημὶ τότε μὲν ὑγιῆ γενέσθαι, ὕστερον δὲ ἐν Κολοφῶνι τυφλωθῆναι. Συνομολογοῦσι δέ μοι καὶ Κολοφώνιοι τούτοις. Ὁ δὲ Μέντης ἀναπλέων ἐκ τῆς Λευκάδος προσέχειν εἰς τὴν Ἰθάκην, καὶ ἀνέλαβε τὸν Μελησιγένεα. χρόνον τε ἐπὶ συχνὸν συμπεριέπλει αὐτῷ. ἀπικομένῳ δὲ ἐς Κολοφῶνα συνέβη πάλιν νοσήσαντα τοὺς ὀφθαλμοὺς μὴ δύνασθαι διαφυγεῖν τὴν νόσον, ἀλλὰ τυφλωθῆναι ἐνταῦθα. Id eſt, *Cum partui iam vicina eſſet, Homerum peperit, non cæcum, ſed videntem.* Et, *Porrò cum ex Iberia, Thuſciaque aelati in Ithacam deueherentur, contigit, Meleſigenem oculis iam ante parum valentem, extremè laborare: Ita vt Mentes negotiorum gratia in Leucadem traiecturus, eum apud Mentorem Alcimi filium Ithacenſem reliquerit hominem ſibi vehementer amicum: multis precibus adigens eundem, quo Meleſigenis curam haberet tantiſper, dum è Leucade reuerteretur ipſe. Mentor verò ægrotantem Meleſigenem ſedulo curauit, vir nimirum facultatibus pollens: quique ob egregiam æquitatem, hoſpitalitatemque inter cæteros Ithacenſes maximè prædicaretur. Atque id accidit, vt de Vlyſſe multa Meleſigenes percontando cognoſceret. Narrantque ipſi Ithacenſes, tum viſum eum amiſiſſe ibidem. Atqui ego affirmare non dubitem iam tum eundem conualuiſſe, ac poſtea apud Colophonem prorſus cæcum factum fuiſſe, id quod ipſi quoque Colophonij mecum fatentur. At verò Mentes è Leucade Ithacam reuerſus Meleſigenem recepit, cum quo iam indè diù vltro, citroque nauigauit: donec Colophonem*

phonem

phonem appellenti, eueniret, vt in veterem morbum recideret, quem cum effugere non daretur, visu putatur priuatus fuisse. Heraclides in Politiis apud Ithacam oculorum detrimentum passum narrat: Μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἐκ Τυῤῥηνίας Ομηρος παραβαλεῖν εἰς Κεφαλληνίαν, καὶ Ιθάκην, ὅτε τοὺς ὀφθαλμοὺς λέγεται διαφθαρῆναι νοσήσας. *Testatur etiam Homerus ex Tyrrhenia in Cephaleniam, & Ithacam traiecisse, quum morbo correptus oculos amisisset.*

Cæcitatis Homericæ causam Plato non explicat in Phœdro. Ait tamen Stesichorum expiationem aduersus eos, qui in fabulis peccant nouisse, Homerum ignorasse: ideò Stesichorum, quod παλινῳδίαν recantasset, visum recuperasse, Homerum non item. An eadem quæ & Stesichoro, Homero cæcitatis fuit causa, ideoque ad eam depellendam, eadem, quibus Stesichorus remediis vsus fuit, adhibenda erant? An non Homerus de Helena malè mentitus, pœnas, quas harum rerum præuaricatores, luit? An in hoc deterior, ignauior, hebetior Stesichoro? Stesichorum plus in rebus agendis, ac sacris meditandis ipso Homero vidisse non credam. Sed audiendus Plato: Εμοὶ μὲν οὖν, ὦ φίλε, καθήρασθαι ἀνάγκη. Εστι δὲ τοῖς ἁμαρτάνουσι περὶ μυθολογίαν καθαρμὸς ἀρχαῖος, ὃν Ομηρος μὲν οὐκ ᾔσθετο. Σθησίχορος δέ. Τῶν γὰρ ὀμμάτων στερηθεὶς διὰ τὴν Ελένης κακηγορίαν, οὐκ ἠγνόησεν ὥσπερ Ομηρος, ἀλλ' ἅτε Μουσικὸς ὢν ἔγνω τὴν αἰτίαν, καὶ ποιεῖ εὐθύς. Οὐκ ἔστ' ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος, οὐδ' ἔβας ἐν νηυσὶν εὐσέλμοις, οὐδ' ἵκεο Πέργαμα Τροίας, ποιήσας δὴ πᾶσαν τὴν καλουμένην Παλινῳδίαν, παραχρῆμα ἀνέβλεψεν. Id est: *Mihi igitur, Phœdre expiari necesse*

cesse est. Est autem antiqua quædam expiatio aduersus eos, qui in fabularum commemoratione peccant: quam rationem expiandi ignorauit Homerus, sed eam tamen nouit Stesichorus; cum enim oculis orbatus esset, propterea quod de Helena contumeliosè fuerat loquutus, non ignorauit cæcitatis causam, vt Homerus, sed vt pote Musicus eam agnouit, idcircò continuò hæc carmina composuit. Non verus fuit ille sermo: neque cauis nauibus excessisti, neque adisti Pergama Troiæ, eòque edito poëmate, quod παλινῳδίαν, id est recantationem, *vocant confestim visum recuperauit.* Nota hic obiter de Stesichori cæcitate eadem habere Isocratem in Helenæ laudatione. Ἐπεδείξατο δὲ καὶ Σθησιχόρῳ τῷ ποιητῇ τὴν ἑαυτῆς δύναμιν, ὅτε μὲν γὰρ ἀρχόμενος τῆς ᾠδῆς ἐβλασφήμησέ τι περὶ αὐτῆς ἀνέστη τῶν ὀφθαλμῶν ἀπεστερημένος. Ἐπειδὴ δὲ γνοὺς τὴν αἰτίαν τῆς συμφορᾶς τὴν καλουμένην Παλινῳδίαν ἐποίησεν, πάλιν αὐτὸν εἰς τὴν αὐτὴν φύσιν κατέστησεν. id est: *Ostendit etiam Stesichoro suam potentiam: qui cum initio sui carminis eam nonnihil perstrinxisset maledictis, surrexit oculis orbatus: sed vbi causa eius calamitatis intellecta, Palinodiam, quam vocant, fecit, illius beneficio visum recepit.* Cononem narrat. 18. de Autoleonte Crotoniata, Κἀκεῖθεν ἐξιόντα αὐτὸν ἀπαγγέλλειν Στησιχόρῳ Ἑλένη κελεύει τὴν εἰς αὐτὴν ᾄδειν, εἰ φιλεῖ τὰς ὄψεις, Παλινῳδίαν. Σθησίχορος δὲ αὐτίκα Ὕμνους Ἑλένης συντάττει, καὶ τὴν ὄψιν ἀνακομίζεται. *Decedenti autem inde Helena negotium dedit, Stesichoro, vt nunciaret, si oculos amaret, Palinodiam eorum caneret, quæ in se conscripsisset. Stesichorus igitur confestim hymnos in Helenę laudem composuit, oculorumque lumen recuperauit.* Dionem Chrysosto-

mum orat.2. de regno.& 11. Troica. Suidam, & alios. Vnus tamẽn, quod ſciam, Ptolemæus Hepheſtio; falſam eiſe hanc de Steſichori cæcitate contendit apud Photium ex Archelao Cyprio, Ἀρχέλαος δὲ ὁ Κύπριος Στησιχόρου φησὶ τοῦ ποιητοῦ Ἑλένην Ἱμεραίαν ἐρωμένην γενέσθαι Μικύθου θυγατέρα ἀποστᾶσαν δὲ Σθησιχόρου, καὶ πρὸς Βούπαλον πορευθεῖσαν, ἀμυνόμενον τῆς ὑπεροψίας τὸν ποιητὴν γράψαι, Ἑλένη ἑκοῦσα ἀπῆρεν. Ψευδῆ δὲ τὸν περὶ τῆς πηρώσεως εἶναι λόγον. id eſt: *Archelaus, porrò Cyprius, Steſichori poëtę amicam vnicè dilectã fuiſſe, ait, Helenam quandam Micythi filiam: & diſceſſiſſe hanc à Steſichoro, atque ad Bupalum ſe contuliſſe, iratum ergò hinc ſui contemptu poëtam ſcripſiſſe*, Helena volens diſceſſit; *Falſam autem eſſe vult narrationem illam de Steſichoro excæcato.*

Angelus Politianus in Ambra Callimachi æmulatione diuinam neſcio quam huius cæcitatis Homeri cauſam proſequitur. Nam quemadmodum ille Eleg. Εἰς λουτρὰ τῆς Παλλάδος argutè nimis Tireſiæ calamitatem ſimul, & felicitatem proſequitur. Ait quippe Tireſiam, cum ſitiens ad fontem acceſſiſſet, vidiſſe nudam Palladem, ſtatimque oculos amiſiſſe. Nam Saturnij legibus cautum erat, ne quis Deum inuitum cerneret, ſin minus ingenti mercede cerneret. Mota deinceps lacrymis Chariclus matris Tireſiæ Pallas, & vatem eum, & longæuum, & poſt obitum quoque prudentem præſtitit: & baculo inſuper donauit, quo veluti duce veſtigiis inoffenſis graderetur. Eadem ratione Politianus non illepidè finxit Homerum Achillem conſpicatum, ſtatim

ſtatim oculis captum fuiſſe: cuius infortunium miſeratus Achilles augurio, baculoque Tireſiæ donat.

Ipſe ardens clypeo oſtentat, terramque fretumque
Atque indeffeſſum ſolem, ſoliſque ſororem
Iam plenam, & tanto voluentia ſidera mundo.
Ergo his defixus vates, dum ſingula viſu
Explorat miſer incauto, dum lumina figit
Lumina nox pepulit, tum verò exterritus hæſit:
Voxque repreſſa metu, & gelidos tremor impulit artus.
At iuuenem ſacer Aonium miſeratus Achilles,
Quandoquidem Saturne tuas inflectere leges,
Haud licitum cuiquam, clypeo excipit, oraque iungens
Inſpicit augurium, baculum dat deinde potentem
Tireſiæ magni, qui quondam Pallada nudam
Vidit, & hoc raptam penſauit munere lucem,
Suetus inoffenſos baculo duce tendere greſſus.
Nec deeſt ipſe ſibi, quin ſacro inſtincta furore
Ora mouet, tantique parat ſolatia damni.
Æacidem tamen, Æacidem cœlo æquat, & aſtris, &c.

Varios tamen de cæcitate Homerica rumores in vnum nobis Hermias collegit in Phœdrum Platonis, à quo ſua Politianus, aliique recentiores habuêre. Illius verba, quia inedita ſunt, lege per me lector: Περὶ τῆς Ὁμήρου τυφλώσεως διάφοροι φέρονται ἱστορίαι. Αἱ μὲν γὰρ αὐτὸν καὶ τυφλὸν ἐκ γενετῆς λέγουσιν, καὶ οὕτω τετέχθαι. Οἱ δὲ ποιμαίνοντα παρὰ τῷ τάφῳ τοῦ Ἀχιλλέως πολλάς τινας καταβάλλεσθαι εἰς τὸν Ἥρω χοάς, καὶ στεφάνους, καὶ παρακαλεῖν αὐτὸν ὀφθῆναι αὐτῷ.

Ὁ δὲ Ἥρως ὤφθη μετὰ τῆς πανοπλίας λάμπων, καὶ ὁ Ὅμηρος μὴ ἐνεγκὼν τὴν θέαν, καὶ τὴν λαμπηδόνα τῶν ὅπλων ἐτυφλώθη. Οἱ δὲ ὅτι ἐπειδὴ εἶπε περὶ τῆς Ἑλένης ὅτι ἡρπάσθη, καὶ ἠγάγετο αὐτὴν Ἀλέξανδρος εἰς τὸ Ἴλιον, καὶ εἶχεν ὡς γυναῖκα κατὰ μίμησιν τῆς Ἡρωΐνης, ὡς ὑβρισθείσης παρ᾽ αὐτοῦ ἐτυφλώθη. Ἀλλὰ πῶς καὶ αὐτὰ καὶ ὁ Στησίχορος εἰπὼν εἰς αὐτὴν, καὶ τυφλωθεὶς ἀνέβλεψεν, φασὶν ὅτι Λοκροὶ καὶ Κροτωνιᾶται ἐπολέμουν πρὸς ἀλλήλους. Ἔθος δὲ ἦν τοῖς Λοκροῖς μέρος τῆς στρατιᾶς ἀφρούρητον ἀνιεροῦν τοῖς Ἥρωσιν, ὡς ἐκείνων φρουρούντων αὐτό. Τὸν οὖν Λεώνυμον τὸν στρατηγὸν τῶν Κροτωνιατῶν ἐπιθέσθαι ἐκείνῳ τῷ μέρει ὡς ἀφρουρήτῳ, καὶ τρωθέντα ἐξ ἀδήλου ἀναχωρῆσαι χαλεπῶς διακείμενον ὑπὸ τοῦ τραύματος. Ἐλθεῖν οὖν αὐτὸν εἰς τὸ ἐν Δελφοῖς Μαντεῖον διὰ θεραπείας καὶ λαβεῖν χρησμὸν, ὅτι ὁ τρώσας, καὶ γὰρ ἦν ἄδηλον ἀκοῦσαι, ὅτι ὁ Ἀχιλλεὺς. Ἀπελθόντα οὖν αὐτὸν εἰς Λεύκην τὴν νῆσον, ἦν δὲ αὕτη ἀνειμένη τῷ Ἀχιλλεῖ ἱκετεῦσαι τὸν Ἥρωα, καὶ ἰδεῖν κοιμηθέντα τινὰς τῶν Ἡρώων. καὶ λαβεῖν μετὰ παρὰ τοῦ Ἀχιλλέως θεραπείαν, ἀκοῦσαι δὲ παρ᾽ αὐτῶν εἰπεῖν τοῖς ἀνθρώποις, ὅτι οὐδὲν λανθάνει Θεοὺς, οὐδὲ Ἥρωας, ὧν πράττετε ὦ ἄνθρωποι. Ἐλθεῖν δὲ καὶ τὴν Ἑλένην, καὶ εἰπεῖν ἀπαγγεῖλαι Στησιχόρῳ, Παλινῳδίαν ᾆσαι, ἵνα ἀναβλέψῃ. καὶ γὰρ τὸν Ὅμηρον δι᾽ αὐτὸ τοῦτο τετυφλῶσθαι, ὡς κατηγορήσαντά με. Καὶ οὕτω τὸν Στησίχορον ἀκούσαντα παρὰ τοῦ Λεωνύμου γράψαι τὴν Παλινῳδίαν, καὶ οὕτως ἀναβλέψαι. Id est: *De cæcitate Homeri varij varia tradunt. Quidam enim aiunt eum cæcum à natiuitate fuisse, & sic natum. Alij circa Achillis sepulchrum oues pascentem pluribus Heroi libaminibus etiam coronis parentasse, supplicasseque, vt sibi se videndum præberet. Heros vndique armis tectus se cum ingenti lumine præbuit. Homerus neque aspectum,*

ctum, neque armorum fulgorem sustinuit, sed obcæcatur. Alij odio Helenes id contigisse fatentur: scribunt namque eum scripsisse Heroïdam illam ab Alexandro raptam, in Ilium conductam, ac matrimonio cum eo collocatam, quod ægrè ferentem, tamquam quæ iniuriosè tractari videretur, Homero cæcitatem intulisse. Sed cum Stesichorus eadem in eam cantauerit, vndenam factum est, vt oculos amissos recuperarit? Narrant Locros, & Crotoniatas mutuo bello contendisse, Locros sueuisse partem militiæ nulla custodia vallatam, Heroibus consecrare, veluti quæ ab illis conseruaretur. Ducem ergo Crotoniatarum Leonymum parti illi incustoditæ impetum fecisse, & non comperto auctore vulneris, vulneratum secessisse. Cum malè tractaretur à vulnere in Oraculum Delphicum peruenisse, vt mali remedium haberet, ibique ex Oraculo accepisse: Qui te vulnerauit, curabit. Cum rursus exposceret vulneris auctorem, in obscuro namque erat, accepisse, Achillem fuisse. Quare in Leucem insulam Achilli sacram profectum Heroem supplicasse, & inter dormiendum nonnullos Heroës vidisse, & ab Achille quidem sanatum, ab aliis audisse, quæ hominibus essent edicenda. Nihil scilicet eorum quæ homines patrant, Deos, atque Heroës latere. Accessisse præterea Helenam ac iussisse, vt nunciaret Stesichoro, si lumen recuperare vellet, Palinodiam caneret. Namque Homerum quod me accusasset, nec aliam ob causam oculos amisisse. Hæc cum audisset Stesichorus à Leonymo, Palinodiam recantauit, visumque amissum recuperauit.

HOMERVM QVIDAM PYLIVM; alij Rhodium; alij Salaminium faciunt; & an ex Salamine Cypri? Salamin duplex. Ithacensem Oraculum Delphicum pronunciauit. Quanam ratione potuerit esse Colophonius?

CAP. IX.

PRÆTEREA Pylium, & Rhodium nonnulli fecêre, quorum auctoritas leuis ideo iudicatur, quod nondum literis demandata sit. Præter enim distichòn anonymi in florilegio, quod inter Vrbes, quæ sibi Homerum asserunt, Pylon enumerat, & inter alios, qui Homerum repeterent, Rhodios ponit; nondum alium, qui in antiquorum monumentis id assereret, vidi. Et Faustus Sabæus dum apud Rhodios Homerum natum, in Io insula tumulatum asserit, acutus potius est, quam verax, & eorum opinionis, quos refert Plutarchus in Sertorio prodigus potius inuersor, quam fidus interpres deprehenditur: de qua nos infrà:

Qui cœlum illustrat, mortales instruit, æquor
Demulcet dulci carmine Mæonides.
Perpetuò terram, qui vestit suaue rubenti
Vere, in Io vitam liquit, & ossa Senex.
Vt quem nascentem perfudit odore rosarum
Iam Rhodos, in violis post tumularet Ios.

Sed

Sed his neglectis, qui iura ſua defendere non valent, ad alios accedamus.

Salaminium alij fecerunt, eadem qua Pylium, & Rhodium ratione. Cicero, *Salaminij repetunt.* Antipater.

Οἱ δ᾽ Ιον. οἱ δ᾽ ἐβόασαν εὔκλαρον Σαλαμῖνα.

Dubium eſt, an hic Salaminius idem ſit cum Cyprio. Eſt namque Salamis Vrbs in Cypro à Teucro eiecto extructa; Strabo lib. 14. Εἰς γὰρ Σαλαμῖνα ὑπέρβασις σταδίων ἑβδομήκοντα, εἶθ᾽ Ἀχαιῶν ἀκτὴ, ὅπου Τεῦκρος προσωρμίσθη πρῶτον Σαλαμῖνα κτίσας τὴν ἐν Κύπρῳ, ἐκβληθεὶς, ὡς φασὶν ὑπὸ τοῦ πατρὸς Τελαμῶνος. id eſt: *Tranſitu ad Salaminam ſtadiorum LXX. deinde Achæorum acta, vbi Teucer primum appulit, cum à patre, vt fertur Telamone, domo eiectus Salaminam in Cypro conderet.* Et quam patriam Ariſti hiſtorici facit, Καὶ μετὰ ταῦτα ἡ Σαλαμὶς, ὅθεν ἦν Ἀρίστος ὁ συγγραφεύς. Euſtathius in Homeri B. ἔστι γὰρ καὶ Κυπρία Σαλαμὶν, ἣν Τεῦκρος οἰκήσας μετὰ Τροίας ἅλωσιν ὁμωνύμως τῇ πατρίδι, καὶ αὐτὴν Σαλαμῖνα ἐκάλεσεν. Velleius Paterculus lib. 1. hiſtor. *Teucer non receptus à Patre Telamone ob ſegnitiem non vindicatæ fratris iniuriæ Cyprum appulſus cognomine patriæ ſuæ Salamina conſtituit* Iſocrates in Euagora, Τεῦκρος γὰρ ἐπειδὴ Τροίαν συνεξεῖλεν, ἀφικόμενος εἰς Κύπρον, Σαλαμῖνά τε κατῴκησεν ὁμώνυμον ποιήσας τῆς πρότερον αὐτῷ πατρίδος οὔσης, καὶ τὸ γένος τὸ νῦν βασιλεῦον κατέλιπεν. *Teucer verò poſtquam vna cum aliis Troiam cepiſſet, ueniens Cyprum Salamina ibi condidit, cognominem veteri ſuæ patriæ, & genus, quod nunc ibi regno potitur, reliquit.* Eſt & altera Salamis Attica, è regione Eleuſinis

ſita,ad Megarici etiam agri fines pertinens,cui à Salamine Aſopi matre nomen inditum tradunt, Aiace Telamonis filio nobilem, & pro qua diu inter Athenienſes, & Megarenſes certatum eſt. A quanam ergo Salaminius Homerus dictus? Plutarchus ex nonnullorum ſententia refert à Salamine Cypria dictum, οὐκ ὤκνησαν δέ τινες Σαλαμίνιον αὐτὸν εἰπεῖν ἀπὸ Κύπρου. *Quidam Salamina Cypri vrbe oriundum dicere non dubitarunt.* Euclus Vates in Homeri natalibus Salaminis etiam meminit.

Ὅν τε Θεμιστὼ τέξει ἐπ' ἀγροῦ δῖα γυναικῶν
Νόσφι πολυκτεάνοιο πολύκλειτον Σαλαμῖνος.

Quem Themiſto parturiet in agro diua mulierum longè diuitiis affluentis glorioſum Salaminis. Et Epiphanius: Ἄλλοι δὲ κύπριον προποδιάδος περιοικίδος τῶν Σαλαμινίων περιμέτρου. Epiphanij locum ita vertit vetus Interpres; *Alij Cyprium Propodiadis, & vicina in ambitu, circa Salaminicos.* Dionyſius Petauius, *Alij denique Cyprium è ſuburbano Salaminis agro, qui ad montis radices circumfuſus eſt.* Et in Notis fatetur, ſe haud ſcire, an oppidi nomen, an eum agrum ſignificet, qui eſt pro ποδῶν montis alicuius. Exiſtimo potius oppidi nomen fuiſſe in territorio Salaminis ſiti, in quo etiam Epiphanij ætate conſtanti fama vulgatum erat, Homerum natum fuiſſe, quod nomen licet aliis ignotum, & ξένον potuit Epiphanio innoteſcere, cui regio illa veluti Antiſtiti plus ſatis patebat. Et id mihi ſentẽtiæ, ac verbis magis conſonum videtur, Propodias ſcilicet iſthæc erat ex ambitu, & territorio ipſius Salaminis. Sanè Periœcidos

dos nomen,& Episcopatum lego in subscriptionibus Epistolæ Encyclicæ Gennadij Patriarchæ Constantinopolitani, Ne ob pecunias fiat manuum impositio. An ea quæ Epiphanij,& quare Propodias dici potuit aliorum expecto iudicium. Refragari videtur Suidas, Οἱ δὲ Ἰθακήσιον, οἱ δὲ Κύπριον, οἱ δὲ Σαλαμίνιον, οἱ δὲ Κνώσσιον. *Alij Ithacensem alij Cyprium, alij Salaminium, alij Cnossium.* Certum item est apud Auctores Salaminis nomine, nullo alio adiecto Salaminem Atticam intelligi. Quidquid tamen sit, neque Attica hæc, neque illa Cypria, nisi argumentis validioribus instruatur, negotium facessit. Et sanè licet Homerum repetant, numquam tamen sibi vindicabunt.

Habet inter easdem Vrbes suum locum Ithaca, adeò Homero dilecta, solo quidem illa inamœno, ac aspero, verùm diuini poëtæ cantu felicissima, ipsis etiam fortunatissimis Vrbibus nulla ipsa, illæ ipsi inuident. Ne ergo tantum de se bene merito esset ingrata, Homerum sibi ciuem agnouit. Suidas, Οἱ δὲ Ἰθακήσιον, οἱ δὲ Ῥωμαῖον. *Alij Ithacensem, alij Romanum.* Epigramma,

Οὐ νῆσος κραναὴ Λαερτιάδαο πάτρη.

Non insula aspera Laërtiadæ patria.

Hoc probat Auctor, quisquis ille fuerit certaminis Homerici: Ὅπερ δὲ ἀκηκόαμεν ἐπὶ τοῦ θειοτάτου Αὐτοκράτορος Ἀδριανοῦ εἰρημένον ὑπὸ τῆς Πυθίας ἐκθησόμεθα, τοῦ γὰρ Βασιλέως πυνθανομένου πόθεν Ὅμηρος, καὶ τίνος ἀπεφοίβασε δι' ἑξαμέτρου τὸν δὲ τρόπον,

Ἄγνωστόν μ' ἔρεαι γενεὴν, καὶ πατρίδα γαῖαν
Ἀμβροσίου Σειρῆνος. ἔθος δ' Ἰθακήσιός ἐστι.
Τηλέμαχος δὲ πατὴρ, καὶ Νεστορέη Ἐπικάστη
Μήτηρ ἥ μιν ἔτικτε βροτῶν πολὺ πάνσοφον ἄνδρα.

Οἷς μάλιστα δεῖ πιστεύειν διά τε τὸν πυθόμενον, καὶ τὸν ἀποκρινάμενον. Ἄλλως τε οὕτως τοῦ Ποιητοῦ μεγαλοφυῶς τὸν προπάτορα διὰ τῶν ἐπῶν δεδοξακότος. *Verum quod sub diuinissimo Imperatore Adriano à Pythia dictum est, in medium afferemus. Sciscitante enim Imperatore, vndenam esset Homerus, & quibus parentibus ortus Pythia hoc modo carmine hexametro respondit,*

Ignotam à me quæris generationem, & patriam terram.
Ambrosiæ Sirenis, solo Ithacensis est.
Telemachus illi pater, & Nestoria Epicaste
Mater, quæ eum generauit mortalium quam sapientissimum hominem.

Quibus sanè fides adhibenda est, & propter sciscitantem, & propter respondentem; cum etiam ipse Poëta suum progenitorem tam magnificè carminibus celebrarit. Suprà demonstrauimus quàm fuerit inane oraculis huiuscemodi, Dæmonumque nugis fidere, qui pro libidine alia, atque alia effutiunt, nec vllum in dicendo modum seruant. Ithacensem fuisse Homerum apertè negauit Hermesianax Colophonius in 3. elegiacωn, referente Athenæo Dipnosophist. lib. 13.

Αὐτὸς δ' οὗτος ἀοιδὸς ὃν ἐκ Διὸς αἶσα φυλάσσει
Ἥδιστον πάντων δαίμονα μουσοπόλων.
Λεπτὴν γ' εἰς Ἰθάκην ἀνετείνετο θεῖος Ὅμηρος
Ὠιδῇσιν πινυτοῖς εἵνεκα Πηνελόπης.

Ἣν διὰ πολλὰ παθὼν ὀλίγην ἐστενάσατο νῆσον
Πολλὸν ἀπ' εὐρείης λειπόμενος πατρίδος.
Ἔκλαιεν δ' Ἰκάρου τε γένος, καὶ δῆμον Ἀμύκλου
Καὶ Σπάρτην ἰδίων ἀπτόμενος παθέων.

id est, Interprete Natali Comite:

Cantor & ipse, Iouis quem seruat parca, poësis
Dulcior, & Musis gloria summa sacris,
Mox Ithacam cantu petiit diuinus Homerus,
Prudentis mouit gratia Penelopes.
Ob quam multa tulit spatiosis patriæ, & aruis
Desertis, tenuit insulam is exiguam.
Hic genus Icarium populum hic deflebat Amyclæ
Et Spartem, captus deinde dolore suo.

Antimachus,& Nicander Colophonium fuisse dicunt. Plutarchus, Ἀντίμαχος δὲ, καὶ Νίκανδρος Κολοφώνιον. *Antimachus,& Nicander Colophonium.* Auctor Anonymus Vitæ Homericæ: Κατὰ δὲ Ἀντίμαχον, καὶ Νίκανδρον Κολοφώνιος. *Opinione Antimachi, & Nicandri Colophonius.* Suidas, Οἱ δὲ Χῖον, οἱ δὲ Κολοφώνιον. *Alij Chium, alij Colophonium.* Epigramma.

Κύμην δ', ἢ Κολοφὼν πατρὶς Ὅμηρε σέθεν;
Cumane, an Colophon patria Homere tibi?

Et:

Οὐ Κολοφὼν τραφερῆς ἄστρον Ἰηονίης.
Non Colophon fertilis sidus Ioniæ. Antipater:

Οἱ μὲν σεῦ Κολοφῶνα τιθηνήτειραν Ὅμηρε,
Οἱ δὲ καλὰν Σμύρναν, οἱ δ' ἐνέπουσι Χίον.

Quidam tui Colophonem nutricem Homere, Alij pulchram Smyrnam, alij dicunt Chium. Proclus, Καὶ διὰ τοῦτο οἱ μὲν Κολοφώνιον αὐτὸν ἀνηγόρευσαν, οἱ δὲ Χῖον, οἱ δὲ Σμυρναῖον. *Propterea que nonnulli ipsum Colopho-*

nium dixerunt, alij Chium. alij Smyrnæum. Ioannes Tzetzes, Ετέροις Βαβυλώνιος, Χῖος δοκεῖ τοῖς ἄλλοις, Ἰήτης, Κολοφώνιος, Σμυρναῖος, Ἀθηναῖος. *Aliis Babylonius, Chius videtur aliis, Ietes, Colophonius, Smyrnæus, Atheniensis.* Auctor Certaminis Homerici ad hoc probandum ait, Colophonios locum ostendere, in quo dicunt Homerum poësim suam exorsum, cum pueros institueret: primumque Margitem composuisse. Κολοφώνιοι δὲ καὶ τόπον δεικνύουσιν, ἐν ᾧ φασὶν αὐτὸν γράμματα διδάσκοντα, τῆς ποιήσεως ἄρξασθαι, καὶ ποιῆσαι πρῶτον τὸν Μαργίτην. *Colophonij verò locum ostendunt, in quo narrant eum literas docentem, poëticæ exordia fecisse, & primum Margitem conscripsisse.* Et maximum illius esse argumentum opinantur versus sub statua eius exsculpti. Plutarchus: Εἰσὶ δὲ οἱ καὶ Κολοφώνιον αὐτὸν ἀποδεικνύουσι μεγίστῳ τεκμηρίῳ χρώμενοι πρὸς ἀπόδειξιν τῷ ἐπὶ τοῦ ἀνδριάντος ἐπιγεγραμμένῳ ἐλεγείῳ. Ἔχει δὲ οὕτως:

Υἱὲ Μέλητος Ὅμηρε, σὺ γὰρ κλέος Ἑλλάδι πάσῃ
  Καὶ Κολοφῶνι πάτρῃ θῆκας εἰς ἀΐδιον.
Καὶ τάσδ᾽ ἀντιθέῳ ψυχῇ γεννήσαο κούρας
  Δισσὰς ἡμιθέων γραψάμενος σελίδας.
Ὑμνεῖ δ᾽ ἡ μὲν νόστον Ὀδυσσῆος πολύπλαγκτον,
  Ἡ δὲ τὸν Ἰλιακὸν Δαρδανιδῶν πόλεμον.

id est: ex versione Xylandri: *Non desunt qui Colophonium fuisse demonstrent, maximo utentes argumento elegiacis versibus, qui inscripti sunt statuæ. Eorum hæc est sententia:*

Nate Meletis Homere, ornasti nomine Graios
  Æterno, & patriam qui Colophona tuam.

Semideûm

Semideûm gemino complexe volumine laudes
Diuinæ mensis prole viges duplici.
Vna vagum duplicis reditum decantat Vlyssis,
Altera luctiferæ prælia Dardaniæ.

Idem asserit Epigramma in Nicandrum.

Καὶ Κολοφὼν ἀείδηλος ἐνὶ πτολίεσσι τέτυκται
Δοιοὺς θρεψαμένοι παῖδας ἀριστονόους.
Πρωτότοκον μὲν Ὅμηρον, ἀτὰρ Νίκανδρον ἔπειτα
Ἀμφοτέρους Μούσης οὐρανίοισι φίλους.

id est: Fausto Sabæo Interprete:

Et Colophon Vrbes inter celeberrima facta est,
Quæ peperit sacri pignora bina animi.
Mæonidem primò, Nicandrum denique amicos
Phœbe tibi, sacro Pieridumque choro.

Iacobus Augustinus Thuanus de re Accipitiaria lib. 2.

Tuque adeò immaneis spacioso pectoris antro
Finge sonos, qualeis vicinum reddere littus
Assolet, intenso cum Nauta celeusmate portum
Prensandum monet, & propiori adpellere terræ,
Stentorea aut qualeis olim sub imagine Iuno
(Si Colophoniaco fas quicquam credere Homero)
Edidit, & scopulos vocali terruit ore,
Cum pauidos iterum ad pugnam reuocauit Achiuos.

Petrus Halloix not. in Vit. S. Ignatij cap. 4. *Est autem Colophon Ionicæ Ciuitas Homeri ortu, vt quidem ipsi Colophonij decertant, & Maronis testimonio obtinent, nobilis: ita enim in Ciri.*

Quæ Colophoniaco Scyllæ dicuntur Homero.

Iacobus Cardinalis Papiensis Epistola 601. videtur etiam Colophonium facere *Vereor inquam*

ne,

ne, Homerus, *respondeat, malle se Colophonium quam Florentinum haberi, & pallium quam togam Græcis membris aptiùs conuenire.*

At quomodo fuerit Colophonius Homerus ex his iisdem versiculis, quibus ipsi maximè fidunt, colligere est: non origine scilicet, aut natalibus, sed meritis propriis & beneficio Colophoniorum, qui hominem de tota Græcia, deque ipsa Colophone bene meritum in ciuium suorum numerum adsciuerunt. Quare erit adscititius, & illa eadem ratione, qua & Atheniensis, & Argiuus, & vt verbo omnia complectar Græcus, siue Hellen, hoc est omnium Græcarum Vrbium, & vniuersæ Helladis ciuis, vt infra dicemus. Nota illa verba,

Υἱὲ Μέλητος Ὅμηρε, σὺ γὰρ κλέος Ἑλλάδι πάσῃ
Καὶ Κολοφῶνι πάτρῃ θῆκας εἰς ἀΐδιον.

Fili Meletis Homere. Si Meletis, non ergo Colophonius: si Colophonius, quomodo Meletis? Meles Smyrnæorum ditionis fluuius. Sententia igitur Epigrammatis fuit, Melete oriundum, grato Colophoniorum animo Colophonium fuisse.

HOME

HOMERVM ATHENIENSEM fuisse alij contendunt: ab iisdem mulctatum. Hæc veluti nugamenta exploduntur; cùm Homerus Athenis non fuerit. Sicut & illud quod per Mineruam iurauerit Imperator Græcorum. Magnus tamen honor illi semper habitus in ea Republica. Argiui idem cum aliis tentarunt. Quomodo in Argiuorum albo Homerus scriptus sit. Homerus vniuersæ Græciæ magister, & Ciuis.

CAP. X.

ARISTARCHVS, & Dionysius Thrax Atheniensem fecerunt. Plutarchus, Ἀρίσταρχος δὲ καὶ Διονύσιος ὁ Θρᾷξ Ἀθηναῖον. *Aristarchus, & Dionysius Thrax Atheniensem.* Auctor Anonymus Homericæ vitæ, Κατὰ δὲ Ἀρίσταρχον, καὶ Διονύσιον τὸν Θρᾷκα Ἀθηναῖος. *Dictu Aristarchi, & Dionysij Thracis Atheniensis.* Epiphanius, Ἀθηναῖον δὲ αὐτὸν οἱ περὶ Ἀρίσταρχον ἀπεφήναντο. *Qui Aristarchum sequuti sunt, eum Atheniensem fecêre.* His adstipulari Diomedem Grammaticum tradit Gyraldus. Suidas, Οἱ δὲ Ἀθηναῖον, οἱ δὲ Ἰθακήσιον. *Alij Lydum, alij Atheniensem, alij Ithacensem.* Ioannes Tzetzes: Ἑτέροις Βαβυλώνιος, Χῖος δοκεῖ τοῖς ἄλλοις, Ἰήτης, Κολοφώνιος, Σμυρναῖος, Ἀθηναῖος. *Aliis Babylonius, Chius aliis videtur, Ietes, Colophonius, Smyrnaus, Atheniensis.* Epigramma,

Οὐδὲ

Οὐδὲ τὸ Κεκροπίδων ἄστυ παλαιγενέων.

Neque Cecropidarum arx antiquorum.

Gellius, *Sunt qui Atheniensem.* Et in eius certamine Athenis ab Atheniensium Rege Medonte optime exceptum narratur. Παραγενόμενος δὲ ἐκεῖθεν εἰς Ἀθήνας αὐτὸν ξενισθῆναί φασι παρὰ Μέδοντι τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀθηναίων. Ἐν δὲ τῷ βουλευτηρίῳ ψύχους ὄντος, καὶ πυρὸς καιομένου σχεδιάσαι λέγεται τούσδε τοὺς στίχους,

Ἀνδρὸς μὲν στέφανοι παῖδες, πύργοι δὲ πόληος,
Ἵπποι δ' αὖ πεδίου κόσμος, νῆες δὲ θαλάσσης
Λαὸς δ' εἰν ἀγορῇσι καθήμενος εἰσοράασθαι
Αἰθομένου δὲ πυρὸς γεραρώτερος οἶκος ἰδέσθαι
Ἤματι χειμερίῳ ὁπόταν νίφῃσι Κρονίων.

id est: *Cum inde Athenas commigrasset, tradunt à Medonte Atheniensium rege hospitio exceptum, cum vero in Curia frigus esset, & ignis arderet, hæc carmina ex improuiso effudit.*

Patris nati sunt corona, turres Vrbis,
Equi verò campi decus, naues maris.
Populus autem in concionibus sedens dignus est qui videatur,
Ardente igne multo est augustior domus
Tempore hyberno, cum ningit Iuppiter.

Pseudo-Cornelius Nepos narrat Athenienses aliquando L. drachmis mulctasse, quod Deos cum hominibus belligerantes in suis carminibus induxisset præfatione ad Daretem Phrygium. *Minimè Homero credendum, qui post multos annos natus est: de quo Athenis iudicium fuit, cum pro insano Homerus haberetur, qui Deos cum hominibus belligerasse descripserit.* Et Diogenes Laërtius

ex

ex Heraclide lib.2.in Socrate, Οὐ μόνον δὲ ἐπὶ Σωκράτους Ἀθηναῖοι πεπόνθασι τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλείστων ὅσων. καὶ γὰρ Ὅμηρον καθά φησιν Ἡρακλείδης πεντήκοντα δραχμαῖς, ὡς μαινόμενον ἐτίμησαν. *Nec verò in Socrate tantum , sed etiam in multis aliis hoc idem Athenienfibus accidit. Nam & Homerum , vt ait Heraclides tamquam insanum quinquaginta drachmis mulctarunt.*

Hæc veluti nugamenta Gyraldus exsibilat: & si vera sunt , quæ de Homero in eius vita ab Herodoto enarrantur,Homerus nunquam Athenis fuit:in ipso enim itinere , dum Athenas nauigaret , mortuus est , quod etiam adnotauerat Thomas Aldobrandinus Annot. in Diog.Laërt. lib.2. num. 95. Errauit tamen in eo , quod eum dicat Sami in ægritudinem incidisse,ibique mortuum,antequam enim Athenas perueniret Samo discedens ad Ion insulam appulit, vbi ingrauescente infirmitate , non diù post obiit. De quo nonnulla inferius dicemus. Herodotus : Ἀρχομένου δὲ τοῦ ἔαρος ἐπεχείρησε πλεῖν Ὅμηρος εἰς τὰς Ἀθήνας ἐκ τῆς Σάμου, καὶ ἀναχθεὶς μετά τινων ἐγχωρείων ἀπηνέχθη εἰς τὴν Ἴον, καὶ ὡρμίσθησαν οὐ κατὰ πόλιν, ἀλλ' ἐπ' ἀκτῆς. συνέβη δὲ τῷ Ὁμήρῳ κατὰ πολύ τι ἄρξασθαι μαλακῶς ἔχειν. *Ineunte deinde vere moliebatur Homerus è Samo Athenas proficisci : soluensque vnà cum popularibus quibusdam ad Ion appulit , vbi stationem non ad vrbem sed in littore habebant. Hinc contigit, Homerum grauiter ægrotare.*

Non minus ridiculi sunt,qui Homerum Atheniensem faciunt ob id , quod per Mineruam iurantem,& vsurpantem Ἀθηναίης nomen introduxerit

xerit Imperatorem Iliad. B. quorum alterum moris, alterum dialecti esset Atticæ. Scholia antiqua Græca in illud, Αἲ γὰρ Ζεύς τε πατερ. Ἐντεῦθεν δέ τινες νομίζουσιν Ἀθηναῖον γεγονέναι τὸν Ποιητήν. τὸ γὰρ Ἀθηναίη Ἀττικὸν, καὶ ἴδιον εἶναι τὸν ὅρκον Ἀθηναίοις. *Hinc nonnulli Athenis ortum Homerum Poëtam existimant. ἀθηνάιη namque dialecti Atticæ est. iusque iurandum id Atheniensibus proprium.* id etiam notauit Ioachimus Camerarius; cum multo certior coniectura esse potuerit, mentionis φυλῶν, καὶ φητρῶν. Nam Atheniensium ciuitas distributa fuit in tribus quatuor, & harum quæque rursus in φρατρίας tres. Quo etiam pacto censet Nestor tributim, & curiatim exercitum esse distinguendum. Similium enim morum, & dialectorum, non Atheniensium solum, sed & cæterorum Græcorum, pleni sunt Homerici libri. Et honor, quem aliquando Athenienses Homero exhibuerunt, non arguit illum Atheniensem fuisse; cum alios item minimè Athenienses in honore habuerint; & potius illius poëmata, quàm Homerum plurimi fecerunt; tamquam quæ iudicarent vtilia esse ad iuuentutis animos inflammandos, vt honestatem, ac dignitatem sectarentur. Ideò, *legem tulerunt*, vt animaduertit Muretus lib. 6. cap. 6. *vt quinto quoque anno in Panathenæis vnius ex omni Poëtarum numero carmina publicè canerentur, ita enim cogitabant leges præcipere quidem quid faciendum, fugiendumve sit, sed propter breuitatem non docere. At poëtas, qui vitam hominum imitantes res præclarè, ac fortiter gestas copiosè exponerent, easque propemodum ante oculos constituerent,*

rent,

rent , aptiores esse ad persuadendum.

Non est ergo Atheniensis Homerus , licet Atheniensis à quibusdam vocetur ; eo namque nomine non originem, & patriam Homeri , sed ius Atheniensium innuunt. Nodum ipse ex eorum dictis , qua potero breuitate dissoluam. Smyrna Atheniensium fuit Colonia , Inde Smyrnæi Athenienses appellabantur;erant enim veluti Coloni in Atheniensium ciuium numerum adsciti. Quare propter Smyrnæorum originem , & productionem , quidquid Smyrnæum erat, Atheniensium quoque iuris erat.Homerus multorum opinione Smyrnæus fuit ; non veriti sunt ergo Athenienses vel hac sola causa Atheniensem nominare. Non est mea hæc coniectura , & suspicio. Palam id fassus est Aristides Panathenaica orat. Εἰ δὲ δεῖ καὶ τῆς Ὁμήρου μνησθῆναι, μετέχει καὶ ταύτης τῆς φιλοτιμίας ἡ πόλις, οὐ μόνον διὰ τῆς ἀποίκου πόλεως, ἀλλ' ὅτι καὶ ἡ φωνὴ σαφῶς ἐνθένδε. *Tum etiam Homericæ laudem sibi Vrbs vendicat,non tam Coloniæ gratia , quam quod illius sermo vester est.* Et ante Aristidem vetus Epigramma , εἰς Εἰκόνα Πεισιστράτου,

> Τρίς με τυραννήσαντα τοσαυτάκις ἐξεδίωξε
> Δῆμος Ἐρεχθειδῶν, καὶ τρὶς ἐπηγάγετο.
> Τὸν μέγαν ἐν βουλῇ Πεισίστρατον, ὃς τὸν Ὅμηρον
> Ἤθροισα σποράδην, τὸ πρὶν ἀειδόμενον.
> Ἡμέτερος γὰρ ἐκεῖνος ὁ χρύσεος ἦν πολιήτης
> Εἴπερ Ἀθηναῖοι Σμύρναν ἀπῳκίσαμεν.

Hoc ita vertit Franciscus Lucidus:

> *Quem ter Cecropidæ quondam eiecêre Tyrannum*
> *Et totidem scitis restituere suis;*

Collegi ingenio Piſiſtratus acer Homeri
Quæ ſparſim fuerant carmina ſueta cani.
Noſter erat ciuis vates, namque aureus ille,
Mopſopidæ Smyrnam ſi coluiſtis aui.

Argumentare ergo, Lector, At Smyrnam Athenienſium fuiſſe Coloniam in dubio eſt, & dubitauit etiam Piſiſtratus, ergo & in dubio eſt, Homerum eſſe Athenienſem. Præterea, ſed Homerus Smyrnæus non fuit, vt inferiùs patebit, ergo multò minùs Athenienſis. Adde: Smyrna fuit Athenienſium colonia,& Athenienſes conditores illius exiſtimati ſunt; & Homerus ipſe eſto Smyrnæus; concluſio illa, ergo erit Athenienſis, nulla eſt. Si coloniarum conditores reſpici deberent, iam Homerus non Athenienſis, quin & Athenienſis, & Macedo,& Romanus,& Gallus, & Germanus, & Geta erit. Nugæ.

Non minus Argiui,ac Mycenenſes ſibi Homerum aſſerere conati ſunt. Epigramma:

Οὐκ Ἄργος Δαναοῖο, Κυκλωπείη τε Μυκήνη.

Non Argos Danai,& Cyclopeia Mycene.

Suidas, Οἱ δὲ Κνώσσιον, οἱ δὲ Μυκηναῖον, οἱ δὲ Αἰγύπτιον. *Alij Cnoſſium, alij Mycenæum, alij Ægyptium.* Plutarchus. τινὲς δὲ Ἀργεῖον, *Nonnulli verò Argiuum.* Rationes, quibus id probetur, nullas habeo. Sed vndenam factum eſt, vt nobiliſſimæ ciuitates, quod ſuum non erat, ſed manifeſtò alienum, tam impudenter ſibi arrogarent? Non fuit, nec erit Homerus neque Athenienſis, neque Argiuus, neque Cyprius, neque Colophonius, neque Ægyptius, neque Babylonius, neque ſi vſpiam peius hiſce monſtrum eſt. Non potuit

tuit esse, licet in mille partes dissectus. Vnus vnicam patriam habuit. Gloria hominis id egit, splendor, diuinitas. Quod natura negauit, humanitas depulit, beneficio hominem externum sibi deuinxerunt. Officij affluentia fecerunt, vt aduena indigena esset, & quem natales ciuem non dabant, beneplaciti gratia, & fauoris largitione ciuem adsciuerunt. Ideo & Argos, ex quo non fuit, & Athenæ, & Colophon, & aliæ Vrbes Homerum inter ciues suos scripserunt. Hac ratione Argos ob laudes, quas Homerus illi impartitus est, non tantum eum munificis, & abundantibus donis prosequutum est, sed & ærea illius statua erecta, certo anni die, & mense sacrificium illi destinarunt. Certamen Homericum, τιμηθεὶς δὲ μεγάλως παραγίνεται εἰς Ἄργος καὶ λέγει ἐκ τῆς Ἰλιάδος τὰ ἔπη τάδε,

Οἵ τ' Ἄργος εἶχον Τίρυνθά τε τειχιόεσσαν,
Ἑρμιόνην τ', Ἀσίνην τε βαθὺν κατὰ κόλπον ἐχούσας,
Τροιζῆν', Ἠϊόνας τε, καὶ ἀμπελόεντ' Ἐπίδαυρον,
Νῆσόν τ' Αἴγινάν τε, Μάσητά τε κοῦροι Ἀχαιῶν.
Τῶν δ' αὖθ' ἡγεμόνευε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης
Τυδείδης, οὗ πατρὸς ἔχων μένος Οἰνείδαο.
Καὶ Σθένελος Καπανῆος ἀγακλειτοῦ φίλος υἱὸς
Τοῖσι δ' ἅμ' Εὐρύπυλος τρίτατος κίεν Ἰσόθεος φὼς
Μηκιστέως υἱὸς Ταλαϊονίδαο ἄνακτος.
Ἐκ πάντων δ' ἡγεῖτο, βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης
Τοῖσι δ' ἅμ' ὀγδώκοντα μέλαιναι νῆες ἕποντο.
Ἐν δ' ἄνδρες πολέμοιο δαήμονες ἐστιχόωντο
Ἀργεῖοι λινοθώρηκες κέντρα πτολέμοιο.

τῶν δὲ Ἀργείων οἱ προεστηκότες ὑπερβολῇ χαρέντες ἐπὶ τὸ ἐγκωμιάζεσθαι τὸ γένος αὐτῶν ὑπὸ τοῦ ἐνδοξοτάτου

τῶν ποιητῶν, αὐτὸν μὲν πολυτελέσι δωρεαῖς ἐτίμησαν. εἰκόνα δὲ χαλκῆν ἀναστήσαντες ἐψηφίσαντο θυσίαν ἐπιτελεῖν Ὁμήρῳ καθ' ἡμέραν, καὶ κατὰ μῆνα, καὶ κατ' ἐνιαυτὸν ἄλλην θυσίαν πενταετηρίδα ἐς Χίον ἀποστέλλειν. Ἐπιγράφουσι δὲ ἐπὶ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ:

Θεῖος Ὅμηρος ὅδ' ἐστὶν, ὃς Ἑλλάδα τὴν μεγαλαύχην
Πᾶσαν ἐκόσμησεν καλλιεπεῖ σοφίῃ.
Ἔξοχα δ' Ἀργείους οἳ τὴν θεοτειχέα Τροίην
Ἤρειψαν ποινὴν ἠϋκόμου Ἑλένης.
Οὗ χάριν ἔστησεν δῆμος μεγαλόπτολις αὐτὸν
Ἐνθάδε καὶ τιμαῖς ἀμφέπει Ἀθανάτων.

Id eſt, *Maximum verò conſecutus honorem Argos peruenit, recitatque ex Iliade carmina illa,*

Qui Argos habitabant, Tirynthaque bene muratam
Hermionem, Aſinemque profundum ſinum habentes,
Trœzena, Eionaſque, & vitibus conſitam Epidaurum,
Quique habitabant Neſum Æginamque, Maſetaque filij Archiuorum
Hispraerat bello ſtrenuus Diomedes,
Et Stenelus Capanei inclyti dilectus filius.
Vnà verò cum his Euryalus tertius ibat ſimilis Deo vir
Meciſtei filius Talaioniadæ Regis.
Omnibus autem præerat bello ſtrenuus Diomedes.
Hos autem octoginta nigrę naues ſequebantur;
Et in illis homines belli gnari ibant.

Argiui lineo thorace induti aculei belli. Argiuorum primates maximo elati gaudio, quod genus eorum à glorioſiſſimo poëta celebraretur, eum magnificis do-

nis

nis cohonestarunt; & area statua erecta determinarunt sacrificium Homero offerre, secundum diem, & mensem, & annum, aliudque sacrificium quinquennale Chium mittere, & sub statua inscribunt:

Diuinus Homerus hic est, qui fastu tumentem
Græciam
Vniuersam adornauit eloquenti sapientiâ;
Et præcipuè Argiuos, qui à Deo conditam Troiam
Solo æquarunt, propter benè comatam Helenam pœnas sumentes.
Quapropter erexit populus ingentis Vrbis illum
Hic, & honoribus honestat immortalium.

Neque aliud innuisse videtur Ælianus de Var. hist. lib. 9. cap. 15. Ὅτι ποιητικῆς ἁπάσης Ἀργεῖοι τὰ πρῶτα Ὁμήρῳ ἔδοσαν, δευτέρους δὲ αὐτοῦ ἔταττον πάντας. Ποιοῦντες δὲ θυσίαν ἐπὶ ξενίᾳ ἐκάλουν τὸν Ἀπόλλωνα, καὶ Ὅμηρον. *Argiui Poëticæ totius primam Homero palmam tribuebant, ab eo reliquos omnes secundos ponebant: & si quando rem diuinam facerent in hospitalitiis inuocabant Apollinem, & Homerum.* Sic etiam Iones Deli die Apollini sacro, post gratissimum hymnum ab Homero decantatum, communem omnium ciuem voluerunt vt esset; Certamen Homericum, Ἐνδιατρίψας δὲ τῇ πόλει χρόνον τινὰ διέπλευσεν εἰς Δῆλον ἐς τὴν πανήγυριν, καὶ σταθεὶς ἐπὶ τὸν Κεράτινον Βωμὸν λέγει Ὕμνον εἰς Ἀπόλλωνα, οὗ ἡ ἀρχή, Μνήσομαι, οὐδὲ λάθωμαι Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο, Ῥηθέντος δὲ τοῦ Ὕμνου οἱ μὲν Ἴωνες πολίτην αὐτὸν κοινὸν ἐποιήσαντο. Δήλιοι δὲ γράψαντες τὰ ἔπη εἰς λεύκωμα ἀνέθηκαν ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερῷ. *Per aliquod tempus in Vrbe commoratus Delum adnauigauit, vt celebritati interesset, & penes aram corneam in*

Apollinem hymnum cecinit , cuius illud est principium : Recordabor, nec obliuiscar Apollinis longè sagittas eiaculantis. Quo finito Iones communem eum omnium ciuem declararunt. Delij verò carmina in albo scripta templo Dianæ dedicarunt. Idque neque nouum, neque infrequens Græcis fuisse, qui aliquo honesto studio excellentes , etsi prorsus alienos , vel ob ingens beneficium acceptum, ciuitate donabant , manifestum fit ex Isocratis Epistola ad Mityleneorum Magistratum , καὶ τοὺς διὰ ἄλλους Ελληνας τοὺς διαφέροντας ἐπὶ τῷ τῶν καλῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ μηδὲν προσήκοντας ποιεῖσθαι πολίτας. sic Polygnetus Thasius, qui gratis Porticum Pisianaction , cum partem eius mercede Micon pinxisset , præter hospitia illi gratuita ab Amphictyonibus decreta, ciuitate Atheniensi donatus est. Philo Byzantius Architectus ille, qui armamentarium mille nauium Atheniensibus fecit, quique rationem operis populo adeo disertè reddidit , vt existimatus fuerit , non minorem laudem eloquentiæ, quam artis consecutus fuisse, suffragio Atheniensis populi, ciuis Atheniensis factus est. Apollonius Alexandrinus Argonauticorum Author albo Rhodiorum, Appion Chalcidensis Atheniensium adscribitur. Appion Grammaticus qui sub C. Cæsare tota circumlatus est Græcia in nomen Homeri ab omnibus ciuitatibus adoptatus est, vt scribit Seneca epist. 89. *Carneadem Cyrenæum , & Pœnum Clicomachum Atheniensis Curia societate dignata est: itidem vt nostri Zaleucum legum Locrensium conditorem ciuitate donarunt.* Symmachus epist. 18. lib. 10.

Non

No ndiuti u s te moror, Lector, Habe Melchioris Incoferi Antiquitatis Ecclesiasticæ peritissimi verba ex Mentissa ad eruditissimum, itemque accuratissimum ipsius opus. De epistola B. M. Virginis ad Messanenses de Abbate Catinensi. num. 108. *Idem dictus Panormitanus merito, & dignitate. Exemplum non infrequens. Et tritum illud Tullij, omnibus municipibus duas esse patrias, vnam naturæ, seu loci, alteram Ciuitatis, seu iuris. Hinc Iunij Attici, Cato Tusculanus, & Romanus, ipse Tullius Arpinas item & Romanus.* Nos & eam, *inquit*, patriam dicimus vbi nati, & illam, qua excepti sumus. *Et sapientum ille patriam sibi fore dixit, vbi diem obiuisset, aut etiam sepulchrum accepisset; vt iam diem mortis rectè natalem, & locum patrium appellaris. Sic Antonium Vlyssipone ortum, vulgo Patauinum vocamus, & Nicolaum oppidi S. Angeli in Piceno ciuem, Tolentinatem, pluraque id genus Martyrologia præ se ferunt. Denique saluator noster Bethleemi in Iudæa natus, Galilæi, & Nazareni vocabulum tulit, nec Capharnaum patriam suam dici dedignatus.* Hinc multiplex Authorum patria: & magna confusio: dum enim vnaquæque Ciuitas ingeniis non mediocribus grata videri conatur, nec alio maiori beneficio, quam si virum inter proprios ciues referat, id se demonstrari posse existimat, factum est, vt certi hominum natales, & patria, incerti apud posteros redderentur. vti & Homero contigisse, nemo est, qui ambigat. Adde etiam hominum ambitionem, qui oppidorum, in quibus erant nati, vilitate dedignati, ad celebriores, atque illustriores patrias se confere-

bant, vt ſcriptis etiam editis natale ſolum reſpuerent. quorum amentiam prudentiſſimè Ioannes Damaſcenus in excerptis, de virtutibus, & vitiis per Conſtantinum Porphyrogenetam collectis exagitauit. Πόλεως μὲν ἔπω τ' ἀφ' ἑτέρας οἰόμενος δεῖν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς αὐτοῦ προσαγορεύεσθαι. κατεγέλα δὲ καὶ τῶν καθ' αὐτῶν Σοφιστῶν, οἳ μεγάλοις τιμήμασιν ἐωνοῦντο Ἀθηναῖοι, ἢ Ῥόδιοι καλεῖσθαι βαρυνόμενοι τὴν ἀδοξίαν τῶν πατρίδων. Ἐνίοι δὲ καὶ συνέγραψαν περὶ τοῦ μὴ εἶναι ἀφ' ἧς πόλεως ἦσαν, ἀλλ' ἀπό τινος τῶν δι' ὀνόματος Ἑλληνίδων, ὁμοίους τε ἀπέφηνε τοῖς τοὺς ἑαυτῶν γονέας βαρυνομένοις. *Qui nunquam alterius Ciuitatis, quam patriæ ſuæ ciuem ſe appellare voluit, & ſui temporis Sophiſtas deridere erat ſolitus, qui obſcuritate oppidorum ſuorum grauati, titulum ciuis Athenienſis, aut Rhodij maximo pretio emebant. Nonnulli etiam libros ſcripſere, quibus probarent haud quaquam ſe ex illa ciuitate eſſe, ex qua reuera erant oriundi, ſed ex alia celebriori vrbe Græca. Eos vero ſimiles aiebat eſſe illorum, quos parentum ſuorum puderet.* Ergo quemadmodum fuit communis omnium ciuis, ita communis Græcorum poëta, Ariſtides in Panathenaica, Ἀλλ' ὁ κοινὸς τῶν Ἑλλήνων ποιητὴς ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν νεῶν τε, καὶ πόλεων τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸν εἰς ἄκρον φησὶν ἐλθεῖν, Κοσμῆσαι ἵππους τε, καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας. *Communis etenim Græcorum Poëta in vrbium & nauium numero Athenienſium ducem, ait, peritiſsimum fuiſſe, ſcutatos armare viros, & corpora equorum* Et, Κοινὸς τῆς Ἑλληνικῆς σοφίας πρόγονος. *Communis Græcæ ſapientiæ parens.* Libanius in Κατασκευῇ, Ὅτι εἰκότα τὰ κατὰ τοῦ Ἀχιλλέως ὀργίω. Πᾶσι δ' οἷον οἶμαι δεῖ βοηθεῖν τοῖς ποιηταῖς Ὁμήρῳ

δὲ καὶ

ἣ καὶ πρὸ τῶν ἄλλων δίκαιον κοινῷ προγόνῳ τῆς Ἑλληνικῆς σοφίας γεγενημένῳ. *Omnibus itaque Poëtis, vt existimo, auxilia ferenda sunt, præcipuè verò ante alios Homero, qui communis Græcæ sapientiæ parens fuit.*

IETAE HOMERVM SVVM ESSE confirmant. Aristotelis à Iacobo Crucio tentata correctio. Oraculo ex Io matrem Homeri fuisse. Homerus in Io tumulatus. Illius inscriptionis auctor. Varronis epigramma apud Gellium variè ab aliis, ab Auctore ad mentem Varronis expositum. Aristotelis lectio defenditur. Detegitur VVolfgangi Lazij, aliorumque hallucinatio.

CAP. XI.

PARVVLA item, & exigua, si Diis placet, abiectaque insula tanto ciue glorietur, sed conatu veneranda, & memoranda. Ea Ios est. Plutarchus, Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ τρίτῳ περὶ Ποιητικῆς ἐν Ἴῳ φησὶ τῇ νήσῳ, καθ' ὃν καιρὸν Νηλεὺς ὁ Κόδρου τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας ἡγεῖτο κόρην τινὰ τῶν ἐπιχωρίων γενομένην ὑπό τινος Δαίμονος τῶν συγχορευτῶν Μούσαις ἐγκύμονα αἰδεσθεῖσαν τὸ συμβὰν διὰ τὸν ὄγκον τῆς γαστρὸς, ἐλθεῖν εἴς τι χωρίον, τὸ καλούμενον Αἴγιναν, εἰς ὃ καταδραμόντας λῃστὰς, ἀνδραποδίσαντας τὴν προειρημένην. id est: *Aristoteles tertio de poëtica scribit, in Insula Io, quo tempore Neleus Codri filius Coloniæ in Ioniam ducendæ præfuit, puellam quandam in-*

digenam à genio quodam ex eorum numero, qui cum Musis choros ducunt, compressam, cum intumescente vtero facti pudore moueretur, deuenisse in quendam locum, cui nomen est Ægina. Ibi à prædonibus, qui eò excursionem fecissent, captam. &, Ἀριστοτέλης δὲ ὁ φιλόσοφος Ἰήτην. *Aristoteles verò Philosophus Ietem.* Auctor Anonymus Homericæ vitæ. κατὰ δὲ Βακχυλίδην, καὶ Ἀριστοτέλην τὸν φιλόσοφον Ἰήτης. *Sententia Bacchylidis, & Aristotelis sententia Ietes.* Proclus Οἱ δὲ Χῖον, οἱ δὲ Σμυρναῖον, οἱ δὲ Ἰήτην, οἱ δὲ Κυμαῖον. *Alij Chium, alij Smyrnæum, alij Ietem, alij Cumæum.* Ioannes Tzetzes: Ἑτέροις Βαβυλώνιος, Χῖος δοκεῖ τοῖς ἄλλοις, Ἰήτης, Κολοφώνιος, Σμυρναῖος, Ἀθηναῖος. *Aliis Babylonius, Chius aliis videtur; Ietes, Colophonius, Smyrnæus, Atheniensis.* Antipater in Epigram.

Οἱ δ' Ἴον, οἱ δ' ἐβόασαν εὔκλαρον Σαλαμῖνα.

Alij Ion, alij dixerunt bene fortunatam Salaminem.

Gellius, *Aristoteles tradit in Insula Io natum.* & in disticho:

Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶν, Ἴος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Ios, Argos, Athenæ.

In quem locum Iacobus à Cruce Bononiensis adnotauit, vbi legitur Ios, reponendum esse Chios, secundum illud,

Diceris à multis Colophonis alumnus Homere,
Hic te Smyrnæum credit, at ille Chium.

Nullumque, quod ipse sciat, Ion tradidisse Patriam Homeri, at multi Chion. Ideoque ita cor-

rigendum

rigendum arbitratur, necnon illud, *Aristoteles tradit in Insula Io natum*, Chio enim,non Io audacter contendit. Hæc correctio in carmine licet locum habeat, & vera sit; in Aristotele tamen nimis audacter tentatur,Licet enim in primo Aristotelis loco, illud Ἴῳ, in Χίῳ facile posse transmutari videatur, sicuti & in Gelliana lectione, tamen in secundo,cum Ἰήτην dicat,nescio qua ratione ita possit inuerti, vt Chium intrudere possis. Nisi id asseras textum Aristotelis, non heri, aut hodie interpellatum,sed iam ante Plutarchi tempora, qui id ita inuentum expressit. Quod & verisimilius esset. Eoque præcipuè quod Suidas in enarrandis vrbibus,quæ Homerum sibi asserunt,diligentissimus,de Ietis nullam habuit mentionem. Ego tamen existimo Aristotelem non Χίῳ,sed Ἴῳ posuisse,cum eius videatur sententia, Homerum Ietem fuisse. Neque enim adduci possum,vt credam, Aristotelem nobis illud insinuare voluisse, quod apertè negauit. At pertè negauit Homerum fuisse Chium 2. Rhetor.cap.23. Καὶ ὡς Ἀλκιδάμας, ὅτι πάντας τοὺς σοφοὺς τιμῶσιν. Πάριοι γοῦν Ἀρχίλοχον,καίπερ βλάσφημον ὄντα τετιμήκασιν, καὶ Χῖοι Ὅμηρον οὐκ ὄντα πολίτην, καὶ Μιτυληναῖοι Σαπφώ, καίπερ οὖσαν γυναῖκα, καὶ Λακεδαιμόνιοι Χίλωνα τῶν γερόντων ἐποίησαν ἥκιστα φιλόλογοι ὄντες. *Et vt Alcidamas, quod omnes Sapientes honorant. Parij igitur Archilochum quamuis maledicum honorarunt, & Chij Homerum, qui non erat ciuis, & Mytelenæi Sapphonem, quamuis esset mulier, & Lacedæmonij Chilonem in Senatorum numerum receperunt, cum essent minimè studiosi eruditionis.*

nis. Quare illud Ἴῳ in Χίῳ immutantes non laudo. Verum quænam ſit ſententia verborum Ariſtotelis, inferius examinabimus.

Item cum fabuloſa ſint, quæ ex Ariſtotele traduntur, nullam in hiſtoria fidem faciunt. Probabiliuſque eſt, quæ ab eo aſſeruntur, in Chio inſula, quam Io eueniſſe. Et notat Crucius præter hanc Ariſtotelis auctoritatem à Plutarcho, & Gellio relatam, Antipatrum etiam, ſiue ex Ariſtotelis, ſiue ex aliorum opinione, id repetiiſſe. Quare erit aliquis, qui dixerit Homerum fuiſſe Ietem; & ex Oraculo diſcimus Matrem Homeri ex Io iam dictam fuiſſe. Oraculum recitat Pauſanias in Phocicis, Θεάσαιο δ' ἂν καὶ εἰκόνα Ομήρου χαλκῆν, ἐπὶ στήλῃ, καὶ ἐπὶ λέξει τὸ μάντευμα, ὃ γενέσθαι τῷ Ομήρῳ λέγουσιν;

Ολβιε καὶ δύσδαιμον, Εφυς γὰρ ἐπ' ἀμφοτέροισι
Πατρίδα δίζηαι. Μητρὶς δέ τοι, οὐ πατρὶς ἐστιν.
Εστιν Ἴος νῆσος μητρὸς πατρὶς, ἥ σε θανόντα
Δέξεται. ἀλλὰ νέων παίδων αἴνιγμα φύλαξαι.

Δεικνύουσι δὲ οἱ Ἰῆται, καὶ Ομήρου μνῆμα ἐν τῇ νήσῳ. καὶ ἑτέρωθι Κλυμένης, τὴν Κλυμένην μητέρα εἶναι τοῦ Ομήρου λέγοντες. Id eſt: *Videas ibidem, & æream columnæ ſuperimpoſitam Homeri ſtatuam. In eadem columna leges illud Apollinis reſponſum, quod ipſi Poëtæ editum memorant.*

Felix atque miſer, nam ſors te ad vtrumque
creauit.
De patria quæris; tibi matria, non patria illa eſt.
Inſula Ios matris patria eſt, quæ colliget oſſa
Exanguis: ſed enim puerorum ænigma caueto.
Monſtrant Ietæ in Inſula & Homeri ſepulchrum,
& ſeorſum

& ſeorſum Clymenes : Homeri Clymenem matrem fuiſſe dictitantes. Eadem habet Stephanus de Vrbibus , Ἴος νῆσος τῶν Κυκλάδων ἀπὸ Ἰώνων οἰκησάντων, ὅθεν ἦν Ὁμήρου μήτηρ, ὡς ὁ Χρησμὸς, Ὄλβιε, καὶ δύσδαιμον, &c. *Ios vna è Cycladibus ab Ionibus incolis , ex ea mater Homeri, vt in oraculo eſt, Felix , atque miſer,*&c. Euſtathius in H. Iliad. Ἦν δὲ τότε περίπυστον, καὶ ὡς ἀπὸ χρησμοῦ μάλιστα τοῖς Ἴωσι τὸ τῆς Ἴου ὄνομα , ἣν καὶ Ὁμήρου μητρίδα ὁ Χρησμὸς ὠνόμασεν. *Erat tunc temporis nomen Ii inſulæ celebre, tamquam quod ex oraculo Ionibus innotuerit , quam & Homeri matridem oraculum vocauit.* Certamen Homericum : Ἐλθόντα δὲ καὶ εἰς Δελφοὺς περὶ τῆς πατρίδος αὐτοῦ πυνθάνεσθαι τίς εἴη, τὴν δὲ Πυθίαν εἰπεῖν,

> Ἔστιν Ἴος νῆσος μητρὸς πατρὶς, ἥ σε θανόντα
> Δέξεται. ἀλλὰ νέων παίδων αἴνιγμα φύλαξαι.

Τὸν δὲ ἀκούσαντα περιΐστασθαι μὲν τὴν εἰς Ἴον ἄφιξιν, διατρίβειν δὲ περὶ τὴν ἐκεῖ χώραν. *Cùm acceſſiſſet ad Delphos de patria ſua ſciſcitatum , & quiſnam ipſe eſſet , & Pythiam reſpondiſſe,*

> *Inſula Ios matris patria eſt, quæ colliget oſſa*
> *Exanguis, ſed enim puerorum ænigma caueto.*

Hæc cum audiſſet acceſſum in Ion retardaſſe , & circa ea loca moras traxiſſe. Plutarchus nobis vberius vaticinij reſponſum conſeruauit. Γενόμενος δὲ ἐν ἡλικίᾳ, καὶ δόξαν ἐπὶ Ποιητικῇ κεκτημένος ἤδη, ἐπηρώτα τὸν Θεὸν τίνων τε εἴη γονέων , καὶ πόθεν , ὁ δὲ ἀνεῖλεν οὕτως.

> Ἔστιν Ἴος νῆσος μητρὸς πατρὶς, ἥ σε θανόντα
> Δέξεται. ἀλλὰ νέων ἀνδρῶν αἴνιγμα φύλαξαι.

Φέρεται καὶ ἕτερος Χρησμὸς τοιοῦτος:

> Ὄλβιε καὶ δύσδαιμον, ἔφυς γὰρ ἐπ' ἀμφοτέροισιν,

Πατρίδα

Πατρίδα δίζηαι, μητρὸς δέ τοι, οὐ πατρός ἐστι,
Μητρόπολις ἐν νήσῳ ἀπὸ Κρήτης εὐρείης
Μίνωος γαίης, οὔτε σχεδὸν, οὔτ᾽ ἀπὸ τηλοῦ:
Ἐν τῇ σῇ μοῖρ᾽ ἐστὶ τελευτῆσαι βιότοιο,
Εὖτ᾽ ἂν ἀπὸ γλώττης παίδων μὴ γνῷς ἐπακούσας
Δυσξύνετον σκολιοῖσι λόγοις εἰρημένον ὕμνον
Δοιὰς γὰρ ζωῆς μοίρας λάχες. τὴν μὲν ἀμαυρὰν
Ηελίδων ὄσσων, τὴν δ᾽ ἀθανάτοις ἰσόμοιρον,
Καὶ ζῶν, καὶ φθίμενος, φθίμενος δ᾽ ἔτι πολλὸν ἀγήρως.

id est: *Adultus iam, & poëticâ arte nomen consecutus de parentibus, & patria Deum consuluit, isque sic respondit,*

Insula Ios matris patria est, vita hæc quoque functum
Accipiet. Sed tu iuuenile ænigma caueto.

Alterum quoque oraculum tale fertur.

Felix, & miser, ad sortem es quia natus vtramque,
Perquiris patriam: Matris tibi, non Patris extat
Patria in vndoso iacet hæc ponto insula, Creta
Non adeo vicina, & non longè vsque remota.
Hic te fata tua cogent decedere vita,
Cum pueri ignotis obscurum ambagibus olim
Sermonem inuoluent, teque hunc euoluere poscent.
Quippe duplex vitæ fatum tibi contigit: orbum
Luminibus, superis musa immortalibus æquat:
Post mortem te vita manet secura senectæ.

Incerta hæc. nec minus dubia, quæ sequuntur, quidquid Oliuerius Arziganensis in Valerium Maximum dicat, qui postquam dixisset in Io Insula tumulatum, subdit, *cum in aliis de Homero sit magna dissensio, de morte tamen conuenire;* sed neque in hoc conueniunt. Martianus Capella in

la in nupt. Philolog. lib. 6. eum in Naxo ſepultum, ait. Ioannes Tzetzes in ora Arcadiæ, cum piſcatorum ænigma non potuiſſet diſſoluere,

Τοιάδε τῷ Ομήρῳ δὲ ἡ τελευτὴ συνέβη:
Ην προχρησθὲν αὐτὸν θανεῖν ὅταν ἠρωτημένος
Οὐ δυνηθῆ τὸ αἴνιγμα ἐκεῖνο ἐπιλῦσαι
Πένης τελῶν δὲ ὁ ἀνὴρ καίγε τυφλὸς ἐκ γήρους,
Τὰ μυθικὰ ληρήματα τίς γὰρ φρονῶν ἐγγράφοι
Α πανταχοῦ διήρχετο τὰς χώρας τῆς Ελλάδος
Λέγων αὐτοῦ ποιήματα δεχόμενος ἐντίμως
Εἰς δ' ἀρκαδίην ξενισθεὶς παρὰ τοῦ Κρεωφύλου
Περιπατήσων ἔρχεται περὶ τὴν παραλίαν
Ως δ' εἶπεν: Ανδρες ἁλιεῖς Αρκαδες ἔχομέν τι;
Οἱ δ' ἀπεκρίθησαν αὐτῷ περὶ φθειρῶν λαλοῦντες
Ως οὓς εἷλον οὐκ ἔχουσιν, ἔχουσι δ' οὓς οὐχ εἷλον
Υπέστρεφε λυπούμενος ὡς μὴ νοήσας τοῦτο,
Πηλοῦ δ' ὄντος ὠλίσθησε, καὶ κεκρουκὼς εἰς πέτραν
Κλᾶται πλευρὰν τὴν δεξιάν, καὶ τελευτᾷ τριταῖος.

Id eſt:

Talis autem Homero vitæ exitus contigit.
Erat illi præuaticinatum tum mortem oppetiturum, cum interrogatus
Non poſſet ænigma illud diſſoluere.
Verùm cum eſſet pauper, & cęcus ob ſenectutem,
Fabuloſa namque deliramenta, quis prudens ſcripto tradet?
Per omnia loca, & Vrbes Græciæ vagabatur,
Recitans propria poëmata, ideoque honorificè accipiebatur.
Sed in Arcadia à Creophylo hoſpitio exceptus
Obambulaturus deſcendit in littus maris.
Cum verò dixiſſet, Viri Piſcatores Arcades habemus aliquid? *Illi*

Illi responderunt Homero de pediculis verba facientes,
Quos cepimus non habemus, quos non cepimus, habemus.
Reuersus est mœrens, tamquam qui illos non intellexisset.
Et in luto lapsus, & in saxum offendens
Latus dextrum fregit, & post tres dies extinguitur.

Hoc Tzetzes licet in historia nouum videatur, habuit tamen à Nazianzeno orat. 1. in Iulianum: *Laudes insuper in Homero discendi amorem circa Arcadicam quæstionem, vt in Aristotele philosophiam, & diutinam moram, ad Eurypi fluxus, & refluxus, seu reciprocationes, quibus vterque occubuit.* Idem narrat Nonnus Abbas in Collectione, seu expositione prophanarum historiarum, quarum meminit Gregorius Nazianzenus in prima aduersus Iulianum inuectiua: *Homerus poeta profectus in Arcadiam, quæ Peloponnesi regio est, incidit in piscatores quosdam, qui pediculos à corporibus suis excutiebant. Cumque ex ipsis quæsiuisset: viri Arcades, qui piscandi artem profitemini, aliquidne cepistis: illi hoc carmine responderunt,*

Liquimus acceptos, non captos ferre necesse est.

Quo quidem versu hoc volebant, se pediculos eos, quos ceperant occidisse: quos autem capere nequiuerant, vestibus suis ferre. Quod quidem ænigma cum Homerus non intellexisset, exiguo tempore illic versatus, mœrore oppressus est. Ferunt autem editum fuisse Homero oraculum, tum ipsi vitæ finem fore, cum

propositum

propositam quæstionem soluere non potuisset. VVolfgangus Lazius rerum Græcarum libro 2. scribit Homerum in Chio Insula diem obiisse extremum: sic enim scribit de Chio: *Celebratur eadem insula, & in Homeri morte* &c. Et: *Historia de Homero sic habet, vt Philostratus adnotauit: Cum ex Smyrna Homerus, in qua natus fertur, fortè in Chium nauigasset, incidens in piscatores, eos interrogauit, ecquid cepissent. Responderunt illi ænigmate: quæcumque cepimus, non habemus, quæ verò non cepimus ea habemus, pedunculos, quibus vestes purgauerant intelligentes. Hoc ænigma cum soluere Homerus inquireret, mœrore animi contabuit, ac obiit in Chio ciuitate insulæ cognomine LXXX. nauium capace.* Nescio tamen vndenam sua hauserit Gyraldus, ridenda sanè, & ex Gyraldo Spondanus, *Inconstans hac in re Plinius: nam alicubi quidem in Io, alicubi in Scyro tumulatum scribit, Solinus in Chio.* Constans enim hac in re videtur Plinius, qui eius sepulchrum in Io non in Scyro ponit: & Solinus Ion, non Chion appellat, vt infrà videbitur. Neque hisce melius Sebastianus Munsterus Cosmograph. lib. 4. cap. 52. cum referat, *Scyrus insula clara Homeri sepulchro.*

Sed missa hæc, communior eorum fuit opinio, qui in Io insula Homerum mortuum, & ibidem sepultum tradunt. Scylax Caryandensis in Periplo, Πρὸς πόντα Ἴος λιμήν, ἐν ταύτῃ Ὅμηρος τέθαπται. Herodotus, τελευτήσας δὲ ἐν τῇ Ἴῳ αὐτοῦ ἐπ' ἀκτῆς ἐτάφη ὑπό τε τῶν συμπλεόντων, καὶ τῶν πολιτέων, ὅσοι ἐν διαλογῇ ἐγένοντο αὐτῷ, καὶ Ελεγεῖον τόδε ἐπέγραψαν Ἰῆται ὕστερον χρόνῳ πολλῷ ὡς ἤδη ἥ τε ποίησις

ἐξεπεπλώκεε, καὶ ἐθαυμάζετο ὑπὸ πάντων. Οὐδὲ Ομήρου ἐστιν.

Ενθάδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει
Ανδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Ομηρον.

id est: *Extinctus vero in Io Homerus à comitibus suis, atque ciuibus, qui ex Vrbe in colloquium cum eodem venerant, in littore ibidem honorificè sepultus est. Cuius sepulchro multo post tẽpore Ienses vbi poesis eius iam publicata ab omnibus celebraretur, huiusmodi inciderunt carmen elegiacum, quod Homeri non est,*

Condit humus caput hæc sacrum qui versibus arma
Fortia diuinis heroum ornauit, Homerum.

Chronographus Anonymus Mis. Θνήσκει ὁ Ομηρος ἐτῶν γεγονὼς ἐννήκοντα περὶ Ιωνία [lego, Ιῳ τῇ νήσῳ] καὶ Επίγραμμα ἐν τῷ τάφῳ τούτου γράφονται. Ενθάδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν, &c. *Moritur Homerus annos nonaginta natus in Io insula, & in tumulo epigramma illud inscribunt; Hîc sacrum caput, &c.* Pausanias, Δεικνύουσι δὲ Ιῆται καὶ Ομήρου μνῆμα ἐν τῇ νήσῳ, καὶ ἑτέρωθι Κλυμένης, τὴν Κλυμένην μητέρα εἶναι τὴν Ομήρου λέγοντες. *Ostendunt verò Ietæ & Homeri sepulchrum in Insula, & alio loco Clymenes, Clymenem matrem Homeri fuisse asseuerantes.* Proclus de vita Homeri. Περὶ δὲ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ λόγος τις φέρεται τοιοῦτος. Ανελεῖν φασὶν αὐτῷ τὸν Θεὸν χρωμένῳ περὶ ἀσφαλείας τάδε.

Εστιν Ιος νῆσος μητρὸς πατρὶς, ἥ σε θανόντα
Δέξεται. ἀλλὰ νέων ἀνθρῶν αἴνιγμα φύλαξαι.

Λέγουσιν οὖν αὐτὸν εἰς Ιον πλεύσαντα διατρίψαι μετὰ Κρεωφύλου, γράψαντα δὲ Οἰχαλίας ἅλωσιν τούτῳ χαρίσασθαι, ἥτις νῦν ὡς Κρεωφύλου περιφέρεται. Καθεζόμενον δὲ ἐπί τινος ἀκτῆς θεασάμενον ἁλιεῖς προσειπεῖν αὐτοὺς

τοὺς καὶ ἀνακρίναι τοῖς δὲ τοῖς ἔπεσιν.

Ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης θηρήτορες ἦρ' ἔχομέν τι;
Ὑποτυχόντα δὲ αὐτῶν ἕνα εἰπεῖν,

Οὓς ἕλομεν λιπόμεσθ', οὓς οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα.

Οὐκ ἐπιβαλλόντος δὲ αὐτοῦ διελέσθαι τὸ αἴνιγμα ὅτι ἐπ' ἰχθυΐαν καταβάντες ἀφήμαρτον. Φθειρισάμενοι δὲ ὅσους μὲν ἔλαβον τῶν φθειρῶν ἀποκτείναντες ἀπολείπουσιν, ὅσοι δὲ αὐτοὺς διέφυγον, τούτους ἀποκομίζουσιν. Οὕτω δὲ ἐκεῖνον ἀθυμήσαντα συμβῆναι ἐπιέναι τοῦ χρησμοῦ ἔννοιαν λαβόντα, καὶ οὕτως ὀλισθέντα περιπλασθαι λίθῳ, καὶ τριταῖον τελευτῆσαι. *De eius morte talis sermo circumfertur. Tradunt eum, cùm pro sua incolumitate à Deo sciscitaretur, responsum accepisse,*

Insula Ios matris patria est, quæ colliget ossa
Exanguis: sed enim puerorum ænigma caueto.

Narrant itaque eum, cum Ion aduenisset apud Creophylum commoratum, Oechaliæ excidium à se conscriptum illi donasse, quod nunc quasi Creophyli esset manibus hominum teritur. cum vero in littore sedens quiesceret, piscatores, quos viderat salutans, hisce carminibus compellat:

Viri ex Arcadia Venatores, an habemus aliquid?

Ex illis vnus sic respondit,

Quæ cepimus, amisimus, quæ non cepimus portamus.

Cum ænigmatis mentem non potuisset deprehendere, ad piscationem namque referebat, illi de pediculis loquebantur, captos siquidem occisos amiserant, portarent verò secum eos omnes, qui aufugerant, mœrore confectus cogitabundus discessit oraculi sententiam considerans, sicque lapsus in saxum offendit, & tertium post diem obiit. Auctor Certaminis Home-

rici, Ἀναμνησθεὶς δὲ τοῦ μαντείου ὅτι τὸ τέλος αὐτοῦ ἥκει τοῦ βίου ποιεῖ τὸ τοῦ τάφου αὐτοῦ ἐπίγραμμα. Ἀναχωρῶν δὲ ἐκεῖθεν ὄντος πηλοῦ ὀλισθῶν, καὶ πεσὼν ἐπὶ τὴν πλευρὰν τριταῖος ὥς φασι, τελευτᾷ, καὶ ἐτάφη ἐν Ἴῳ. Ἔστι δὲ τὸ ἐπίγραμμα τόδε:

Ἐνθάδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν, &c.

Recordatus itaque oraculi, & finem vitæ proximam tenens, inſcriptionem tumuli facit. Inde ſecedens in luto lapſus, & in latus procumbens poſt tres dies, vt fama eſt, moritur, ſepultuſque eſt in Io. Inſcriptio autem illa eſt.

Condit humus caput hæc ſacrum, &c.

Et nota hunc auctorem aſſerere Epigramma illud ab Homero, antequam moreretur, compoſitum quod expreſsè negat Herodotus, qui ait multo poſt tempore cum poëſis Homerica maximo cum honore publicaretur, hoc carmen ab Ienſibus fuiſſe inciſum. Et conſentit Suidas, Ἐκ δὲ τῆς ἀσθενείας ταύτης συνέβη τὸν Ὅμηρον τελευτῆσαι ἐν τῇ Ἴῳ, οὐ παρὰ τὸ μὴ γνῶναι τὸ παρὰ τῶν παίδων λεχθὲν καθάπερ οἴονταί τινες, ἀλλὰ τῇ μαλακίᾳ, καὶ ἐτάφη ἐν τῇ Ἴῳ ἐπ' ἀκτῆς, καὶ ἐπέγραψαν οἱ Ἰῆται ἐπίγραμμα. *Accidit autem vt Homerus ex eo morbo moreretur in Io, non quod minus poſſet intelligere, quæ à pueris eſſent dicta, vt quidam putant: ſed morbo, & ſepultus eſt in Io in littore, cui Ietæ hanc Inſcriptionem addiderunt: Condit humus*, &c. Auctor Anonymus vitæ Homeri. Πλανηθέντα δὲ τὸν Ὅμηρον ἐν Ἰθάκῃ πολὺν φασὶ διατρίψαι χρόνον, καὶ πολλὰς χώρας ἀμείψαντα ὕστερον ἐν Ἴῳ τῇ νήσῳ τελευτῆσαι, ἐκ τοιᾶς δὲ αἰτίας. Καθημένου γὰρ ποτὲ τοῦ Ὁμήρου ἐν αἰγιαλῷ τυφλοῦ αὐτοῦ ὄντος, αἰσθάναι φασὶν ἁλιεῖς παρερχομένους πρὸς οὓς εἶπεν.

Ἄνδρες

Ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης. τοὺς δὲ ἀποκριθέντας εἰπεῖν. Οὓς ἕλομεν. Τὸ δὲ λεγόμενον ἐστὶ τοιοῦτον. Ἐπειδὴ γὰρ οὐδὲν ἧσαν ἔχοντες τότε ἐξ ἁλιείας ἐφθειρίζοντο. καὶ οὓς μὲν ἔλαβον ἐκ τῶν φθειρῶν φονεῦσαι, καὶ μὴ ἔχειν, οὓς δὲ οὐκ ἔλαβον ἐν τῇ ἐσθῆτι περιφέρειν. Οὐ νοήσας δὲ τὸ λεγόμενον ἀπὸ θλίψεως ἐτελεύτησεν ἐν Ἴῳ τῇ νήσῳ. Ἔθεψαν δὲ αὐτὸν μεγαλοπρεπῶς οἱ Ἰῆται χαράξαντες ἐπὶ τῷ τάφῳ τὸ ἐπίγραμμα τοῦτο παρ' αὐτοῦ ζῶντος ἐπιγεγραμμένου εἰς αὐτὸν. *Erro autem Homerus, vt fertur, Ithacæ multo tempore commoratur, & per varias vrbes peregrinatum tandem in Io Insula hanc ob causam vitâ functum fuisse tradunt. Nam cum aliquando Homerus luminibus orbatus in littore sederet, & piscatores inde gradientes persentisceret eos interrogauit. Viri ab Arcadia. Piscatores responderunt. Quęcunque accepimus. Carminis sententia est. Cum enim illi tunc nihil possiderent post piscationem pediculos venabantur, & quos ipsi accepissent, occisos cum non haberent, non se habere, quos non acceperant, eos in vestimentis circumferre dixerunt. dictum cum non percepisset Homerus mæstitiâ vitam finiit in Insula Io, quem magnificè admodum Ietæ sepelierunt, epigrammate quod ille sibi viuus composuerat, in lapide exciso.* Et alius Φασὶ δὲ αὐτὸν ἐν Ἴῳ τῇ νήσῳ διὰ λύπην ἀποκαρτερήσαντα τελευτῆσαι, διὰ τὸ μὴ λῦσαι τὸ ζήτημα τὸ ὑπὸ τῶν ἁλιέων αὐτῷ προτεθέν. Ὁ μὲν γὰρ ἐπιστὰς ἤρετο: Ἄνδρες ἀπ' ἀρκαδίης. οἱ δὲ ἀπεκρίναντο: Οὓς ἕλομεν. Ἐπιγέγραπται δὲ ἐν τῷ μνήματι αὐτοῦ: Ἐνθάδε τὴν ἱερὰν. *Ferunt ipsum in Io Insula mœrore obrutum vitâ excessisse, quod quæstionem sibi à Piscatoribus propositam soluere nesciisset. Ipse namque occurrens interrogauit: Viri ab Arcadia. Piscatores responderunt,*

Quæcumque cepimus.Inſcriptum eſt & in eius ſepulchro hoc Epigramma.Hîc ſacrum,&c.Strabo lib.10. τούτων δ' ἴσον ἑκάστη ἀπέχει νησίδιον Ἴος, ἐν ᾧ κεκηδεῦσθαί φασί τινες τὸν Ποιητὴν Ὅμηρον. *His æquè diſtat Inſula Ios, in qua ſepultum ferunt nonnulli Homerum poëtam.*Plinius lib. 4. cap. 12. *Ios à Naxo viginti quatuor mill. paſſ. Homeri ſepulchro veneranda,longitudinis vigintiquinque mill. antea Phœnice appellata.* His fortè ambiguis verbis Plinij lapſus eſt Martianus Capella, qui in Naxo ſcribit mortuum Homerum,& tumulatum.Solinus cap. 17. *Ios Homeri tumulo cæteras antecedit.* Alcæus Meſſenius in Epigrammate:

Ἡρώων τὸν ἀοιδὸν Ἴῳ ἔνι παῖδες Ὅμηρον
    Ἤκαχον ἐκ Μουσέων γρῖφον ὑφηνάμενοι.
Νέκταρι δ' εἰάλιαι Νηρηΐδες ἐχρίσαντο,
    Καὶ νέκυν ἀκταίῃ θῆκαν ὑπὸ σπιλάδι.
Ὅττι Θέτιν κύδηνε, καὶ υἱέα, καὶ μόθον ἄλλων
    Ἡρώων, Ἰθακοῦ τ' ἔργματα Λαρτιάδεω.
Ὀλβίστη νήσων πόντῳ Ἴος, ὅττι κέκευθε
    Βαιὴ Μουσάων ἀστέρα καὶ Χαρίτων.

Id eſt, cultiſſimâ ſodalitij mei Saluij Angriſani interpretatione:

Abſtulit Heroum cantorem Griphus Homerum
    Mirè intortus, Ios qua iacet in pelago.
Nectare perfuſum Nereides inde marina
    Texerunt corpus littoreo lapide.
Ille etiam Thetim, & natum, Heroumque labores
    Concinit, atque Ithaci facta operoſa ducis.
Parua licet, pelagi felix Ios inſula, namque
    Muſarum ſidus continet, & Charitum.

Antipater Sidonius:

Τὰν μερόπων πειθὼ, τὸ μέγα στόμα, τὰν ἴσα Μούσαις
 Φθεγξαμέναν κεφαλὰν, ὦ ξένε, Μαιονίδεω,
Α δ᾽ ἔλαχον νασῖτις Ἰος πιλάς. οὐ γὰρ ἐν ἄλλᾳ
 Ἱερὸν, ἀλλ᾽ ἐν ἐμοὶ πνεῦμα θανὼν ἔλιπεν.
Ω νεῦμα Κρονίδαο τὸ παγκρατές, ᾧ καὶ Ολυμπον
 Καὶ τὰν Αἴαντος ναύμαχον εἶπε βίαν:
Καὶ τὸν Ἀχιλλείοις Φαρσαλίοισιν Εκτορα πώλοις
 Οστέα Δαρδανικῷ δρυπτόμενον πεδίῳ.
Εἰ δ᾽ ὀλίγα κρύπτω τὸν τηλίκον, ἴσθ᾽ ὅτι κεύθει
 Καὶ Θέτιδος γαμέταν ἀβραχύβωλος Ἰκος.

Id eſt:

Flexanimum, muſiſque parem, linguaque potentem,
 Hoſpes, Ios ſcopulo contego Mæonidem.
Non aliam tanto dignatus munere terram,
 Hic ſacram liquit mortuus ille animam:
Hac Iouis horrendos nutus, hac dixit Olympum,
 Prælia pro tranſtris hac Telamoniadæ.
Hac & Achillæis raptatus vt Hector equabus
 Omnia Dardanico fregerit oſſa ſolo.
Parua autem tantum ſi celo; nonne maritum
 Et Theſidos glebarum indiga condit Icos.

Agnoſcis, mi Lucide, verſionem tuam. Macte vir ingenio. Proprios Græcorum Theſauros, ac flores elegantiſſimis hiſce muſis tuis etiam Latinis auribus fac communes. Paulus Silentiarius:

Ενθάδε Πιερίδων τὸ σοφὸν στόμα, θεῖον Ομηρον
 Κλεινὸς ἐπ᾽ αἰγιάλῳ τύμβος ἔχει σκοπέλῳ.
Εἰ δ᾽ ὀλίγη γεγαυῖα τόσον χάδεν ἀνέρα νῆσος
 Μὴ τόδε θαμβήσῃς ὦ ξένε δερκόμενος,
Καὶ γὰρ ἀλητεύουσα κασιγνήτη ποτὲ Δῆλος
 Μητρὸς ἐπ᾽ ὠδίνων δέξατο Λητοΐδην.

Hæc ita verti poſſent.

Hîc, os Pieridum, diuus tumulatur Homerus,
Qua Nereus ſcopulum ſpumeus vrget aquis.
Quiſquis ad hæc oculos iacis hoſpes, ne tibi mirum,
Quod capiam tam ingentem inſula parua virum;
Nam ſoror & Delus fluitans per cærula quondam
Latonæ occuluit ſola puerperium.

Et cum de Io ſit ſermo M. Varronis epigramma ex primo libro de imaginibus quod Homeri imagini appoſuit, vt patriam Homeri indicaret, refertur à Gellio lib. 3. cap.11. Id ita ſe habet. *M. Varro libro de imaginibus primo, Homeri imagini hoc epigramma appoſuit.*

Capella Homeri candida tumulum indicat
Quod ariete mortuo faciunt ſacra.
Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν Ὁμήρου:
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφῶν, Σαλαμὶν, Χίος, Ἄργος,

Ἀθῆναι. Hoc, inquam, epigramma explicandum eſt.

Hieronymus Magius Miſcellan. lib. 3. cap. 1. ait, multis obductum tenebris, longêque difficillimum hoc eſſe epigramma: dicit ſe inſudaſſe quærendo, quonam pacto ad Homeri patriam indicandam Varronis diſtichon faceret. Demum ſuſpicatur ideo dictum, mortuo ariete fieri Homeri Manibus ſacrum, vt vaga Homeri natura, & patriæ ipſius obſcuritas, ac incertitudo induceretur, quod hoc animal rei plurimum congruere videretur. Probat hiſtoriâ Liberi Africam oppugnantis, cui errans aries ex inſperato aquam oſtendit apud Hyginum. Ideoque optimè

mè Poëtas finxiſſe Phrixum, & Hellem in exilium eiectos, vt vagarentur à matre fuiſſe arieti impoſitos. Ad hæc Arietis ſignum obſcurum eſſe traditur, ideoque, vt refert Hyginus, triangulum ſuper caput eius poſitum, vt illius ſplendore, quo loco eſſet aries non admodum conſpicuus ſignificaretur. Homerum verò fuiſſe vagum, & peregrinum, ex vitæ eius lectione, Pauſania, & Epiphanio manifeſtum eſt; ita vt eius etiam parentes ignorauerit antiquitas, & Homerus ipſe, qui de hac re Apollinis oraculum conſuluiſſe dicitur. Præterea Aries quadrat Homero, quia quemadmodum aries cœleſtis inter ſigna cœleſtia, & terreſtris in grege, Columella lib. de Hort. de Ariete,

Signorum, & pecorum princeps caput efferet vndis; ita etiam Homerus princeps Poëtarum ſemper habitus eſt. Et Varronis teſtimonio, ariete apud Romanos principatus ſignificabatur, Plutarchi ſupremus locus. Ideo Iſocratis ſepulchro inſculptus fuerat Aries, qui ſignificatus ex Hilario communis eſt etiam Hebræis. Dicitur Candida quia marmorea fingebatur, neque hic occultum aliquod, ac latens indicabat. Sed aliis etiam alia indicaſſe hiſtoria compertum eſt. Aliquando idem Magius in ea fuerat ſententia, vt his verbis Homerus Syrus fuiſſe indicaretur ob Syrias capras præcellentes, ac in pretio habitas. Verum hæc opinio quam firmitatem habeat, ſuperius examinauimus.

Chriſtophorus Bethicus longa commentatione, quam Franciſcus Luiſius lib. 2. Parergon

cap. 17. magni fecit, & Magius ibidem refert, hoc epigramma exponere conatus fuit. Ea autem fuit propter Arietis ſignum cæcum, & obſcurum lumen, Homeri cæcitatem obſcuritatemque ſignificari, eiuſque nomen abſtruſum. Capellam Mathematici in trigeſimo Arietis gradu collocant, influentem mentis concuſſionem, animique vertiginem, quo fit, vt quos Horoſcopo inuadit, rerum ij facile ſatagant, & mendicando ſollicitentur, vexenturque quod vſuueniſſe Homero, ænigmate piſcatorum manifeſtum fit, licet alij aliter ſentiant. Et quemadmodum Diis animalia illis infeſta ſacrificabant, ſic & hanc capellam Homero infenſiſſimam, cuius vertigine, vt pleriſque placuit, periit. Et conſtruendum eſt. Hoc indicat tumulum Homeri, quod faciunt ſacra capella candida, ariete mortuo, id eſt, mactato. Et ea ſententia, Hoc indicat eſſe tumulum Homeri, cuius eſt ſtirps dubia, quia faciunt ei ſacra ſacrificio ancipiti. Sed quomodo hi verſus ad rei ſeriem ſpectant, quæ de Homeri ſolo natali aliquid, vt afferatur, requirit?

Quinctinus Acanthius ait poſteriorem verſiculum corruptum eſſe, & pro *Ariete*, *Ietæ* legendum, cum ſatis conſtet in Io Inſula Homerum obiiſſe, illíque Ienſes ſepulchrum conſtruxiſſe. Huic correctioni plaudit Magius, multique alij; certum enim videtur, & nos ſupra oſtendimus Ienſes Homero mortuo, & ſepulchro illius carmen feciſſe; nec difficile eſt inuentu apud Auctores, Aras propè ſepulchra conſtrui

ſtrui conſueuiſſe. Quare legendum putant *Ara lete*, vel *Ara letæ*?

Adhuc hæc correctio non ſatisfacit, quippe *Ara* illa neſcio quomodo inuita Minerua per vim intruſa ſententiæ mentem non vſquequaque aperit: quin ſententiam ipſam veluti obſtaculo interſectam planè fluentem impedit, reflectitque. Quis enim vnquam facere mortuo ſacra ara, vel aræ audiuit? Quare diligẽtius verba Varronis examinanda. Et vt concedamus Magio, & Bethico, aliiſque ſi qui ſunt, Varronem in epigrammate, quod imagini Homericæ appoſuit, Homeri patriam indicare voluiſſe, ideoque à Gellio relatum, vt quid de ea Varro ſenſerit, nobis innoteſceret, adhuc nihil obſtat, quin claram, apertamque Varronis ſententiam habeamus. Dixerat ergo Gellius plurimas Vrbes pro Homero maxima diſſenſione decertaſſe. Optimè illud quidem. Quid Varro de eo dixerit? Epigrammate illo, quod imagini appoſuit, nobis aperuit. Quod fuit epigramma? Illud,

Capella Homeri candida hoc tumulum indicat.
Quod ariete mortuo faciunt ſacra.
Επτὰ πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν Ομήρου,
Σμύρνα, Ρόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶν, Χίος, Αργος,
Αθῆναι.

Hoc totum fuit Epigramma Varronis. caue illud diuidas, diſtichonque Latinum à Græco ſeiungas. Varronis is mos fuit, Latinæ Orationi ſæpiſſimè Græca committere, & ſententiam, quæ minus feliciter Latinis verbis cadere videbatur, Græcis expoſuit: vt magis variè, venuſtè, auctéque

que Orationem totam intexeret. Quare & hoc epigramma Latinis ſimul & Græcis carminibus abſoluit:quo nobis ſuam de Homeri patria opinionem palam fecit; Quæ certa erant pro certis, quæ dubia,pro dubiis aſſerens. Itaque Epigrammatis ſignificatus ille erit. Viator ſiue huius imaginis ſpectator,hic,quem intueris tumulum, Homeri eſt:argumento ſit capella candida, idque ea ratione, quod Ietæ, apud quos dicitur ille tumulatus, dum ſacra Homero faciunt,nonniſi capella faciunt. Ideoque ſecundum carmen variis male habitum, namque *Ariete* legi,verſus ratio, *Ara*, vel *Aræ leta* ſententiæ non patitur, ita corrigo, *Quod*, vel, *Quoi capra Ietæ mortuo faciunt ſacra*, Sic enim in primo verſu dicti rationem reddit. Quare capella candida indicat Homeri tumulum? Quia Ietæ capella Homero faciunt ſacra. Itaque de tumulo Homeri, ac morte, quæ pro certis Varro ipſe habebat expoſitis, ad incerta procedit; & ait ſe nihil certi ſtatuere poſſe,cum ſeptem ſint Vrbes,quæ pro eo contendant, quas ipſe diſticho Græco numerauit; ne vt ille alter de Homero dicebat, aliquid firmum decernens, vel certum, quod ipſe non habebat εἰπών, ἕξει τὰς ἄλλας δυσὶ ἀπεχθομένας. Inania ergo ſunt, quæ pro inuenienda patria Homeri, à iam dictis de ariete hinc inde petita adducuntur; cum non in eo, vt ipſi malè ſibi autumant, Homeri patria lateat. Quare ergo Ietæ Homero mortuo capella faciunt ſacra? Ab Ietis ipſis potes petere, quorũ inſtituti ratio nondum liquet: ſi liqueret ad rem noſtram minimè faceret.

ret. Dicas, si placet, ideo id fieri quia Homerus Apollini, Musisque gratissimus, & Apollini Capris albis auratis sacrum fieri Græco ritu consueuisse demonstrat Liuius lib. 5. Decad. 3. sic etiam Ioui Deorum primo Capræ immolabantur, vt Aristoteles lib. 5. Ethicor. & Herodotus in Euterpe testantur. Quare non incongruum erit Poëtarum principi iisdem capris immolari. Sed rationem sui facti Ietæ ipsi secum habeant.

Sic item certum est, Varronem scripsisse Χῖος, non Ἴος. Quamuis enim, vt nos etiam superiùs notabamus, nonnulli Homerum Ietem statuerent, quæ opinio cum dubia satis, non sibi constaret, tamen Varro, quod etiam verisimilius est, communiorem in hac re sententiam secutus Chium posuit, cum distichon illud nonnisi ad aliorum distichorum normam, quæ de patria Homeri tractant, probabile sit, composuisset, nec vnquam omisisset Chion, cuius in asserendo sibi Homero, ea iura sunt, vt cæteris omnibus antecedat, sicut etiam nec alias omisit, quæ in hac re sunt potioris iuris: Et ridiculi omninò essent, si qui rationes Chiorum, cum Ietarum de patria Homeri, vel solum conferre auderent. Accedit plurimorum Manuscriptorum, eorumque antiquissimorum fides, qui Χῖος, non Ἴος legunt. Et existimo mutationis huius originem non aliunde ortam, quam à praua huius epigrammatis Varroniani intelligentia. Qui cum ex illius sententia Ietem Homerum concluderent, non potuerunt sibi parcere, quin etiam in disticho Græco, in quo non erat, intruderent. Pessimam, pessimorum

ſimorum hominum audaciam,qui cum auctorum dicta, hebetes ipſi ingenio, ac infelici, non intelligant,ad perniciosam,quam ſibi fingunt,opinionem audacter,verbis immutatis, vel additis, vel detractis,diſtrahunt,ſicque ſeriem orationis peruertunt,vt nuſquam ad primam illam, quam auctor ſcripſerat, formam reſtitui ſpes vlla ſit. Ideo deinceps felicioribus ingeniis prouincia illa incumbit,vt quæ illi deprauarunt, non ſine maximis vigiliis reſtituant. Pereant fanatici iſti homines cum ſuis malè feriatis correctionibus, in perniciem tantum Reipublicæ literariæ nati.

SMYRNÆI ITEM SVVM ESSE confirmant, Meletis, & Critheidis Nymphæ filium. Ortelij inſcitia. Alij eum apud Meletem fluuium natum patre Mæone. Hinc Meleſigenes, & Mæonides. Poteſt dici etiam à Mæonia. Smyrnæi vt Homerum ſibi ciuem aſſererent Homeræum extruxerunt, nummumq́; Homericum dictum publicarunt. Hæc tamen non vſquequaque probant. Zoili propter maledicentiam in Homerum à pluribus mors accelerata.

CAP. XII.

ADEST iam vrbs Aſiæ nobiliſſima, quà Odæis, quà Gymnaſiis, quà porticibus, qua

quâ omni ſtructura platearum, ac domorum ſpectabilis Smyrna fœcundorum ingeniorum altrix, & Homerum non vulgaribus repetit rationibus. Plutarchus, Ομηρον τοίνυν Πίνδαρος μὲν ἔφη Χῖον τε, καὶ Σμυρναῖον γενέσθαι. *Homerum itaque Pindarus dixit Chium, & Smyrnæum fuiſſe.* Auctor Homericæ Vitæ. τὸ γένος κατὰ μὲν Πίνδαρον Σμυρναῖος. *Genere ſententiâ Pindari Smyrnæus.* Chium cur tacuerit, cum alij dicant, ipſe non quæro. Suidas, Οἱ μὲν γὰρ ἔφασαν Σμυρναῖον, οἱ δὲ Χῖον. *Alij enim dixerunt Smyrnæum, alij Chium.* Gellius, *Alij Colophonium, alij Smyrnæum.* Cicero, *Smyrnæi ſuum eſſe confirmant.* Scylax Caryandenus in Periplo, Καὶ Σμύρνα ἐν ᾗ, lego ἐξ ἧς Ομηρος ἦν, Φώκαια καὶ λιμήν. *Et Smyrna, ex qua Homerus fuit, Phocæa, & portus.* Proclus, Οἱ δὲ Χῖον, οἱ δὲ Σμυρναῖον, οἱ δὲ Ἰήτην, οἱ δὲ Κυμαῖον. *Alij Chium, alij Smyrnæum, alij Ietem, alij Cymæum.* Euſtathius in Procemio Iliad. Ἐστι γὰρ κατὰ τὴν τῶν ποθούντων ἔφεσιν, καὶ Ἰήτης, καὶ Σμυρναῖος, καὶ Ἀθηναῖος, καὶ Αἰγύπτιος. *Secundum vniuſcuiuſque deſiderium eſt, & Ietes, & Smyrnæus, & Athenienſis, & Ægyptius.* Epigram.

Χῖος ἔφυς; Οὐ φημί. τί δὲ Σμυρναῖος; Ἀπαυδῶ.
Chius es? Nequaquam. Quid porrò, Smyrnæus? inficiar.

Et aliud,

Οὐχὶ πέδον Σμύρνης ἐλοχεύσατο θεῖον Ομηρον.
Non ſolum Smyrnes parturiit diuinum Homerum.

Antipater,

Οἱ δὲ καλὰν Σμύρναν, οἱ δ' ἐνέπουσι Χίον.
Alij pulchram Smyrnam, alij dicunt Chium.

Silius lib. 4.

Mantua

Mantua Musarum domus, vsque ad sidera cantu
Euecta Andino, & Smyrnais æmula plectris.

Ioannes Tzetzes:

Ὁ Ὅμηρος ὁ πάνσοφος ἡ θάλασσα τῶν λόγων,
Πλὴν γέμουσα τοῦ νέκταρος οὐχ ἁλμυρῶν ὑδάτων,
Ἑπτὰ πατρίδων λέγεται τυγχάνειν ἀμφιβόλων,
Ἑπτὰ πατέραν γέννημα, καὶ τούτων ἀμφιβόλων.
Σὺ δὲ Σμυρναῖον γίνωσκε τὸν Ὅμηρον ὑπάρχειν.

Et alibi,

Ἑτέροις Βαβυλώνιος, Χῖος δοκεῖ τοῖς ἄλλοις
Ἰήτης, Κολοφώνιος, Σμυρναῖος, Ἀθηναῖος,
Σὺ δὲ Σμυρναῖον γίνωσκε τὸν Ὅμηρον τυγχάνειν.

Id est,

Homerus omniscius mare sermonum,
Sed plenum nectaris non salsarum aquarum,
E septem patriis dicitur esse ambiguus.
Septem Patrum fœtum, & illis ambiguis:
Tu verò Smyrnæum agnosce Homerum esse.

Et alibi,

Aliis Babylonius, Chius videtur aliis
Ietes, Colophonius, Smyrnæus, Atheniensis.
Tu verò Smyrnæum agnosce Homerum esse.

Ausonius in Mosella.

——— Quod si tibi Dia Mosella
Smyrna suum vatem, vel Mantua clara dedisset,
Cederet Iliacis Simois memoratus in oris,
Nec præferre suos auderet Tibris honores.

Aristides Rhetor monodia in Smyrnam. Ὦ πάντα ἀνόμοια τοῖς πρότερον τὰ μὲν ἀρχαῖα Κουρήτων χοροὶ, καὶ τροφαὶ, καὶ γενέσεις Θεῶν, καὶ Πέλοπες διαβαίνοντες ἐνθένδε, καὶ Πελοπόννησος ἀποικία, καὶ Θησεὺς οἰκιστὴς τοῦ ὑπὸ τὸν Σίπυλον τόπον, καὶ Ὁμήρου γοναὶ, καὶ ἀγῶνες, καὶ τρόπαια

τρόπαια, καὶ νίκαι παρὰ τοῖς ἄρχουσιν. *O quàm sunt omnia prioribus dissimilia! Antiqua quidem erāt illa, Corybanthum Chori, educationes, ac natales Deorum, Pelopes hinc transeuntes, Peloponnesus Colonia, Theseus conditor locorum sub Sipylo, Homeri ortus, certamina, trophæa, victoria apud summos Principes.* Et in epitaphio Alexandri. Καὶ μὴν εἰ Ὅμηρον Σμυρναίοις παρέχεται, καὶ Παρίοις Ἀρχίλοχον, καὶ Βοιωτοῖς Ἡσίοδον, καὶ Κίοις δὲ Σιμωνίδην, καὶ Στησίχορον Ἱμεραίοις, καὶ Θηβαίοις Πίνδαρον, καὶ Μιτυληναίοις Σαπφὼ καὶ Ἀλκαῖον, καὶ ἑτέροις ἑτέρους τινὰς φέρει φιλοτιμίαν. Τὰς γὰρ Ἀθήνας ἐῶ τανῦν. Εἴπου καὶ ὑμᾶς μέγα φρονεῖν εἰκὸς ἐπὶ τῷ τούτους ἅπαντας κοσμήσαντι, καὶ δείξαντι. *Quin imo si Smyrnæis Homeri, Pariis Archilochi, Bœotiis Hesiodi, Ceis Simonidis, Himeræis Stesichori, Thebanis Pindari, Mitylenæis Sapphonis, & Alcæi, aliisque populis aliorum virorum ortus gloriosus fuit, Athenas enim nunc omitto, vos etiam merito de illo, qui hos omnes exornauit, & patefecit, iactare vos potestis.* Idem innuit orat. Panathenaica Εἰ δὲ δεῖ καὶ τοῦ Ὁμήρου μνησθῆναι, μετέχει καὶ ταύτης τῆς φιλοτιμίας ἡ πόλις, οὐ μόνον διὰ τῆς ἀποίκου πόλεως, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ἡ φωνὴ σαφῶς ἐνθένδε. *Tum etiam Homericæ laudem sibi Vrbs vindicat, non tam Coloniæ gratia, quam quod illius sermo vester est.* In quem locum Scholiastes, Σμυρναῖος Ὅμηρος. Σμύρνα δὲ Ἰωνικὴ πόλις. Ἴωνες δὲ Ἀθηναίων ἄποικοι, ἧς Ἀριστείδης ἐν τῇ Σμύρνης Μονῳδίᾳ φησὶ Θησεὺς οἰκιστὴς γέγονε ταύτης. *Smyrnæus Homerus. Smyrna verò Ionica Vrbs. Iones Atheniensiū colonia cuius vt Aristides in monodia de Smyrna dicit, Theseus cōditor fuit.* Quāuis alius ἄποικον πόλιν ad Chion, & Colophona detorsit, vnde Homerus

esse dicitur. Αποίκου πόλεως τὴν Χίον φησὶν ἢ Κολοφῶνα, ὅθεν Ομηρος εἶναι νομίζεται. Αποικος δὲ αὕτη Αθηναίων. καὶ τοῦ Ομήρου. Καὶ γὰρ καὶ οὗτος ἀττικίζει εὐθὺς ἐν τῷ πρώτῳ στίχῳ λέγων Πηληϊάδεω, ἀττικὸν γάρ ἐστιν, ὡς τὸ Μενέλεω. *Coloniæ Chium, vel Colophonem intelligit, unde Homerus esse existimatur. Colonia vero ea fuit Atheniensium. Et Homeri. More enim ipso primo versu Atticorum loquitur* Πηληϊάδεω *dicens; quod Atticum est, sicut & illud* Μενέλεω. C. Iulij Solinus Polyhistoris cap. 43. *Smyrna unde præcipuè nitet, Homero vati patria extitit, qui post Ilium captum anno ducentesimo septuagesimo secundo humanis rebus excessit, Agrippa Siluio Tyberini filio Albæ regnante anno ante Vrbem conditam centesimo sexagesimo.* Nec dissimili sententia Epigramma in Pisistratum:

> Ημέτερος γὰρ ἐκεῖνος ὁ χρύσεος ἦν πολιήτης
> Ηνπερ Αθηναῖοι Σμύρναν ἀπῳκίσαμεν.

hoc est,

> *Noster erat ciuis Vates, namque aureus ille,*
> *Mopsopidæ Smyrnam si coluistis aui.*

Smyrna namque Atheniensium colonia, quam ipsi Homeri patriam fuisse fatebantur. Plutarchus item in Sertorio: Δυοῖν δὲ εὐωνύμων τοῖς εὐωδεστάτοις φυτοῖς πόλεων Ιου, καὶ Σμύρνης τὸν ποιητὴν Ομηρον, ἐν ᾗ μὲν γενέσθαι λέγουσιν, ἐν ᾗ δὲ ἀποθανεῖν. Ion, & Smyrna duarum nobilissimarum plantarum vrbes, altera protulit, altera Homerum sepeliuit, vt narrant. Hæc elegãtissimè imitatus est M. Antonius Casanoua Epigrãmate de Homero.

> *An Smyrna est, quæ te nascentem excepit Homere?*
> *Anne fuit vatem, quæ tumulauit Ios?*

Altera

Altera nomen habet Violæ, tenet altera Myrrhæ,
Fata tuum his decorant ortum, obitumque locis.
Quid magis est, quod te diuine deceret Homere,
Quàm nasci in Myrrha, decidere in viola?

Hinc manifestè colligitur error Stephani Nigri Præfat. in Homerum, qui ex Plutarcho loco Ios, Chios per nefas obtrudit. *Plutarchus in Sertorij vita de ortu, atque obitu Homeri hoc refert: Chios, & Smyrna opulentissimarum ciuitatum nomina habent, quarum in altera natus est Homerus, in altera decessit.* Libro item 4. Antholog. epigram. cap. 31. Incertus:

Νεῖκος Ἀριστείδης Ἰάδων κατέπαυσε πολήων
Τὸ περὶ Ὁμηρείης εἶχον ὑπὲρ γενεῆς.
Φασὶ γὰρ πᾶσαι, Σμύρνη τέκε θεῖον Ὅμηρον,
Ἡ καὶ Ἀριστείδην ῥήτορα γειναμένη.

id est: ex Interpretatione Andreæ Baiani.

Lis Ab Aristida periit, quæ ingentis Homeri
De Patria Ioniis Vrbibus ante fuit.
Namque omnes perhibent Smyrnam peperisse Poëtam,
Quæ quoque Aristiden Rhetora digna tulit.

Et cap. 28. εἰς Σωτήρια ἐν Σμύρνῃ.

—— ἐκ ῥαθίων γὰρ
Τερπωλὴν ἀκόρητον ἐν ἄστει θῆκεν Ὁμήρου.

Vbi ἄστυ Ὁμήρου Smyrnem vocat.

Dubitauit Themistius Orat. 19. Περὶ τοῦ μὴ δεῖν τοῖς τόποις, ἀλλὰ τοῖς ἀνδράσι προσέχειν. Καὶ ἐγὼ τὰ Ὁμήρου ἔπη, εἴτε ἐν Χίῳ αὐτὰ ἐποίησεν, εἴτε ἐν Σμύρνῃ τῶν Ἀθήνησι γινομένων ἁπάντων προτιμῶ τε, καὶ πλεῖστου ἀναγινώσκειν ἐθέλοιμι. *Et ego sanè nunc versus Homeri, siue in Chio, siue Smyrnæ illos fortè fecerit,*

omnibus, qui Athenis ipsis compositi fuêre, priores habeo, ac legere malim. Sed de sent entia Themistij inferius dicemus. Tanti enim prudentissimi, ac eruditissimi viri auctoritate, Homerus, quicquid alij dicant, Chius est. Et ex recentioribus Federicus Vrbini Dux in Musæo suo ornatiore, inter præstantium virorum imagines Homero subscripsit, vt Natan Chytræus in Variorum in Europa itinerum deliciis, & Franciscus Svveertius Antuerpiensis in selectis Christiani orbis deliciis tradunt. *HOMERO Smyrnæo, cuius poesim ob diuinam disciplinarum varietatem omnis ætas admirata est; assecutus nemo. Gratitudo* P. Elias Vinetus not. in Mosellam Ausonij. *Smyrna Vrbs Ioniæ Patria Homeri vt Mantua Virgilij. Tamen*

Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν Ὁμήρου, &c. Philetius lib. de Poëtis antiquis in Theocrito:

Quantum Smyrnæi magno lætantur Homero,
Hesiodo quantum nobilis Ascra suo.
Culta Syracusiæ tantum quoque mœnia terræ
Simichida campis Siculis ora tuis.

Laurentius Pignorius Symbol. Epistol. epist. 48. ad Hieronymum Alcandrum. *Neque sanè decebat Musas non habitare Smyrnę, quæ patria Homero fuit, parentibus Melete amne, & Critheide Nympha, vt quidem habent nummi veteres, & Philostratus cum Arnobio.* Paulus Merula Carmine in Agathiam:

Lares mihi Smyrnæ paterni, quę suum
Ciuem esse Homerum principem vatum omnium
Princeps probauit olim, & ante cæteras,
Quę iniuerant certamen, vrbis Gręcię.

Petrus

Petrus Halloix not. in vitam S. Polycarpi cap. 1. de Smyrna. *Sed laus maior, quamuis & hæc profana, quod Homerum Poëtam, & Aristidem hunc ipsum Oratorem tulerit. Ac Homerum quidem tametsi multi sibi arrogant iuxta illud apud Gellium* Ἑπτὰ πόλεις, &c. *tametsi inquam multi populi Homerum sibi ciuem arrogent, tamen eum sibi præcipuè vindicant Smyrnæi, teste, vt dixi, præter complures alios Strabone lib. 14. Geographic. vbi inter alia sic de Smyrna,* Ἐστὶ δὲ καὶ βιβλιοθήκη, &c. *De templo meminit & Cicero in Orat. pro Archia. Huc facit & illud Lucani lib. 9. de bello Ciuili.*

Inuidia sacræ Cæsar ne tangere famæ,
Quantum Smyrnæi durabunt Vatis honores
Venturi me téque legent: Pharsalia nostra
Viuet, & à nullo tenebris damnabitur æuo.

Vbi per Smyrnæum vatem *intelligit Homerum. De Aristide verò iuniore, & æquali S. Polycarpi testatur hoc subiectum Epigramma antiqui, sed incerti Auctoris in eius statuam* Νεῖκος ἀεισίδεης ἰδέων, &c. Hæc respexisse videtur Augustinus Beatianus in lacrymis de funere Petri Bembi ad Cosmum Medicem;

Vnica & euadat Florentia regia Phœbi
Vnde petant quibus ora rigent sitibunda Poëtæ
Flumina, quæ Smyrna hausit, quæ Mantua postquam
Hausit, Cygnæos ausa est emittere cantus.

Et nescio quis in eundem:

Hic tantùm Musis fastus afflauit Hetruscis,
Mantua quæ tacuit, Smyrnáque docta silet.

Simon item Lemnius Emporicus præfatione in

Odysseam ad Annam de Montmoranci Equitem Auratum:

Smyrnæi campos miratur Græcia Vatis,
Hoc etiam obstupuit decolor Indus opus.

Smyrnæum quoque facit Virgilius Caracciolus in compendio descriptionis Vniuersi in prima tabula Asiæ. Ioannes Brodæus not. in tertium epigram. cap. 25. *Quin verò Smyrnæus fuerit, si tamen grauissimum est multitudinis testimonium, non ambigo: licet Chij numisma ferirent, in cuius postica parte Homeri facies erat insculpta, Lesbij olim Sapphus effigiem, hodie Mantua Virgilij in nummis exprimit.* Angelus Politianus grandi sanè cothurno, sed lepidis Poëtarum fabellis Homericos apud Smyrnæos natales sic exornauit, in Ambra,

Hermæo prætenta sinu fuit inclyta quondam
Vrbs toti prælata Asiæ, Bœbeius illam
Coniugis extinctę monimentum nobile Theseus
Esse dedit Smyrnes, artemque in monte locauit
Prospectantem vndas semel, & sua tecta tuentem,
Quo flet mœsta silex Niobe, Niobesque sepulchrum.
Hîc placido fluit amne Meles, auditque sub altis
Ipse tacens antris meditantes carmina cycnos.
Hæc vatem eximium tellus, ita sancta vetustas
Credidit, hæc illum dias in luminis oras
Prima tulit, Pater Aonij Deus incola luci
Ductare assuetus Thiasos, sacrisque sororum
Responsare choris, & pars contendere Phœbo, &c.

Eum Melete fluuio, qui ipsius vrbis mœnia lambens in mare influit, & Critheide Nympha natum,

natum, & ab eo Melesagoram dictum asserunt. Certamen Homericum, Καὶ πρῶτοί γε Σμυρναῖοι Μέλητος ὄντα τοῦ παρ' αὐτοῖς ποταμοῦ, καὶ Κριθηΐδος Νύμφης κεκλῆσθαι φασὶ πρότερον Μελησιγένη. ὕστερον μέντοι τυφλωθέντα Ὅμηρον μετονομασθῆναι διὰ τὴν παρ' αὐτοῖς ἐπὶ τῶν τοιούτων συνήθη προσηγορίαν. *Et primi quidem Smyrnenses à Melete, qui prope Vrbem fluit, & Critheide Nympha dicunt prius Melesigenem vocatum: cum deinceps oculos amisisset, Homerum denominatum propter communem apud illos vsum loquendi.* Et inferius: Μαίονος δὲ θυγατρὸς, καὶ Μέλητος τοῦ ποταμοῦ Ὅμηρον. *Mœonis verò filiæ, & Meletis fluuij Homerum.* Philostratus in Melete. Τί οὖν αἱ Μοῦσαι δεῦρο; τί δὲ ἐπὶ ταῖς πηγαῖς τοῦ Μέλητος; Ἀθηναῖοι τὴν Ἰωνίαν ὅτε ἀπῴκιζον, Μοῦσαι ἡγοῦντο τοῦ ναυτικοῦ ἐν εἴδει μελιττῶν. Ἔχαιρον γὰρ τῇ Ἰωνίᾳ διὰ τὸν Μέλητα, ὡς Κηφισοῦ, καὶ Ὀλμειοῦ ποτιμώτερον. Ἐντεύξῃ μὲν οὖν αὐταῖς καὶ χορευούσαις ποτὲ ἐνταῦθα. Νυνὶ δὲ γένεσιν τῷ Ὁμήρῳ αἱ Μοῦσαι κλώθουσι, Μοίραις δοκοῦν. καὶ δώσει διὰ τοῦ παιδὸς ὁ Μέλης Πηνειῷ μὲν ἀργυροδίνῃ εἶναι, &c. *Quidnam hæc Musæ? Quid ad Meletis fontes? Cùm Athenienses Ionicas Colonias ducerent, Musæ Classis duces fuêre sub apum specie Ionia namque ob Meletem gaudebat, vt pote qui & Cephisso, & Olmeo sit potu suauior. Ipsis igitur hîc choreas ducentibus, quandoque occurres. Nunc verò Musæ Parcis ita iubentibus Homero ortum nent, & per filium Meles Peneo quidem dabit vt argenteis verticibus sit*, &c. Ortelius in Thesauro Geograph. insulsè nimis ex hac imagine Philostrati notat, *Critheis, fluminis nomen fort sse apud imagines Philostrati in Melete.* Critheis non fontis, aut

fluminis vllius, sed ipsiusmet Homeri matris nomen est, quam Philostratus eo loco introducit. Hanc sententiam sequuti sunt omnes, qui eum Meletis filium vocant. Hesiodus in certamine quoties Homerum alloquitur.

Υἱὲ Μέλητος Ὅμηρε εἴπερ τιμῶσί σε Μοῦσαι.

Fili Meletis Homere si te Musæ honorant.

Et:

Υἱὲ Μέλητος Ὅμηρε θεῶν ἄπο μήδεα εἰδώς.

Fili Meletis Homere Deorum consilia benè noscens.

Epigramma:

Υἱὲ Μέλητος Ὅμηρε, σὺ γὰρ κλέος Ἑλλάδι πάσῃ
Καὶ Κολοφῶνι πάτρῃ θῆκας ἐς ἀΐδιον.

id est:

Nate Meletis Homere ornasti nomine Graios
Æterno, & patriam, qui Colophona tuam.

Nonnus Dionys. lib. 25.

Παμφαὲς υἱὲ Μέλητος Ἀχαιΐδος ἄφθιτε κῆρυξ
Ἱλήκοις. Σέο βίβλος ὁμόχρονος ἠριγενείῃ.

Omnia illustrans fili Meletis Achiuæ immortalis præco
Sis propitius. Tuus liber coæuus ipsi auroræ.

Ioannes Tzetzes:

Σὺ δὲ Σμυρναῖον γίνωσκε τὸν Ὅμηρον ὑπάρχειν
Υἱὸν δὲ δὴ τοῦ Μέλητος ὄντα καὶ Κριθηΐδος.

Tu verò Smyrnæum agnosce Homerum fuisse,
Filium scilicet Meletis, & Critheidos.

Christodorus Copites in Ecphrasi:

Ἵστατο δ' ἄλλος Ὅμηρος, ὃν οὐ πρόμον εὐεπιάων,
Θέσκελον υἷα Μέλητος ἐϋρρείοντος ὀΐω.

Stabat verò alius Homerus, quẽ non ducẽ carminũ
Diuinum

Diuinum filium Meletis penè fluentis existimo. Himerius declamat. εἰς τοὺς Ἴωνας ξένους, dum Ioniæ laudes prosequitur, Ἐκεῖ ποταμοὶ καὶ ποιητὰς γεννῶσαι λέγονται, καὶ τὴν Ὁμήρου φύσιν Μέλητι πάντες χαρίζονται. *Ibi flumina, & Poëtas generasse dicuntur, & Homerum Meleti omnes donant.* Et oratione Propemptica. Ὁ γὰρ δὴ Μέλης οὗτος, οὐ γὰρ δὴ θέμις σιωπῇ παρελθεῖν γλῶσσαν τοσαύτην γεννήσαντα, ἀνίσχει μὲν ἐκ προαστείων τῆς Σμύρνης, &c. *Meles enim hic, neque fas est eum, qui tantam linguam genuit, silentio inuoluere, ex suburbiis Smyrnæ oritur.* Hinc & Meleteæ chartæ; quasi Homericæ. Tibullus lib.4. ad Messalam:

—— Nostri si paruula cura
Sit tibi quanta libet, si sit modò, non mihi regna
Lydia, non magni potior sit fama Gylippi
Posse Meleteas, nec mallem mittere chartas.

Alij non Melete fluuio natum, sed prope Meletem, ideoque Melesigenem dictum. Herodotus: Χρόνου δὲ προϊόντος ἐξελθοῦσα ἡ Κρηθηῒς μετὰ ἄλλων γυναικῶν πρὸς ἑορτήν τινα ἐπὶ τὸν ποταμὸν καλεόμενον Μέλητα, ἤδη ἐπίτοκος οὖσα τίκτει τὸν Ὅμηρον οὐ τυφλὸν, ἀλλὰ δεδορκότα, καὶ τίθεται ὄνομα τῷ παιδὶ Μελησιγένεα ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τὴν ἐπωνυμίαν λαβοῦσα. *Progressu deinde temporis, Critheis cum aliis mulierculis ad festum quoddam egressa iuxta fluuium Meletem, cùm partui iam vicina esset, Homerum peperit, non cæcum, sed videntem: nominauitque eum Melesigenem à fluuio videlicet, prope quem editus esset.* Ephorus apud Plutarchum de Critheide. Φοιτῶσα δὲ αὕτη ἐπὶ τοὺς πλυνοὺς, οἳ ἦσαν παρὰ τῷ Μέλητι, ἀπεκύησε τὸν Ὅμηρον ἐπὶ τὸν ποταμὸν, καὶ διὰ τοῦτο Μελη-

σιγενὴς ἐκλήθη. *Porrò ea cùm ad lauacra, quæ propter amnem Meletem sunt, deambularet, partu Homerum edidit iuxta ipsum amnem: inde Melesigenes filius appellatus.* Et Aristoteles de Mæone. τὸν δὲ ἀγαπήσαντα τὴν κόρην διὰ τὸ κάλλος γῆμαι, ἣν διατρίβουσαν παρὰ τῷ Μέλητι, καὶ συσχεθεῖσαν ὑπὸ τῆς ὠδῖνος, ἔτυχεν ἀποκυῆσαι τὸν Ὅμηρον ἐπὶ τῷ ποταμῷ. *Ab hócque pulchritudinis causa in matrimonium eam adscitam. Hanc cum ad Meletem fluuium commoraretur, partus doloribus circumuentam, ad ipsum fluuium peperisse Homerum.* Proclus: Οἱ μὲν οὖν Σμυρναῖον αὐτὸν ἀποφαινόμενοι Μαίονος μὲν πατρὸς λέγουσιν εἶναι. γεννηθῆναι δὲ ἐπὶ Μέλητος τοῦ ποταμοῦ, ὅθεν καὶ Μελησιγενῆ ὀνομασθῆναι. Δοθέντα δὲ Χίοις εἰς ὁμηρείαν, Ὅμηρον κληθῆναι. *Qui verò eum Smyrnæum esse asserunt, Mæone patre natum affirmant in Melete fluuio; indéque illi Melesigenes nomen fuisse. Porrò cùm Chiis obses datus esset, Homerus cognominatus est.* Iacobus Pontanus in Ouid. Metamorph. lib.2.v.420. *Apud Homerum quoque ad ripas, & flumina quidam pariuntur; vt ipsemet ad Meletem fluuium, ex quo & Melesigenes ei nomen factum.* Patrémque Mæona in eadem Smyrna illi assignant nonnulli. Vide Ephorum, & Aristotelem apud Plutarchum, indéque Mæonides dictus. Antiphilus in Epigram.

Αἱ βίβλοι τίνος ἐστέ; τί κεύθετε; Θυγατέρες μὲν
Μαιονίδου, μύθων δ' ἵστορες Ἰλιακῶν.

Libri cuius estis? Quid absconditis? Filiæ sumus
Mæonidæ, fabularum narratrices Iliacarum.

Philippus:

Ἤ ποτε Μαιονίδαο βαθυκλεὲς οὔνομ' Ὁμήρου

Λήθη

Λήθη γηραλέων ἁρπάσεται σελίδων.

Vel aliquando Mæonidæ longè gloriosum nomen
Homeri
Obliuio senescentium rapiet chartarum.

Antipater Sidonius:

Τὰν μερόπων Πειθὼ, τὸ μέγα στόμα, τὰν ἶσα Μούσαις
Φθεγξαμέναν κεφαλὰν ὦ ξένε Μαιονίδεω.

Flexanimum, Musisque parem, linguáque potentem
Hospes Ios scopulo contego Mæonidem.

Ouid. 3. Amor.

Viuet Mæonides, Tenedos dum stabit, & Ide.

Martialis lib. 5.

Et sua riserunt sæcula Mæonidem.

Hic etiam Mæonius dictus, & eius carmen Mæonium pro Homerico. Ioann. Bapt. Plautius in Persij Sat. 6. vult ita appellatum à Mæone, à quo loco filij educatus est. Et Ioannes Britannicus ibidem ab eodem Mæone, non autem, vt multi putauêre à Mæonia regione. Nam Aristoteles in 3. de Poëtica lib. dicit in Ionia insula: corrigo sic in Io insula. Tandem subdit: *Mæonidem igitur intelliges dictum, siue a vitrico, siue à patre.* Non dubito tamen etiam ab ipsa regione dici posse. Nam cum Colophon, Cuma, Smyrna in Lydia, seu Mæoniæ regioni proximæ sint, non videtur absurdum, Homerum ex illa regione, ex qua genus duxisse existimatur nomen accipere; & certè si Mæonides à Mæone, nullo modo video quare ab eo Mæonius dici posset. Mæonius enim est, qui ex Mæonia, non qui ex Mæone patre; quemadmodum & ex Ionia Homerum

merum Ionium nobis in Meletis imagine Philostratus fecit.

Vt conciuem ſibi Homerum fuiſſe confirmarent, Homereium erexerunt, quod erat porticus quadrata templum habens Homeri, & ſimulachrum. Strabo lib. 14. Ἐστὶ δὲ καὶ βιβλιοθήκη καὶ τὸ Ὁμήρειον στοὰ τετράγωνος ἔχουσα νεὼν Ὁμήρου, καὶ ξόανον, ἀντιποιοῦνται γὰρ καὶ οὗτοι διαφερόντως τοῦ ποιητοῦ. Καὶ δὴ καὶ νόμισμά τι χαλκοῦν παρ' αὐτοῖς Ὁμήρειον λέγεται. *Eſt & Bibliotheca, & Homerium, ſcilicet porticus quadrata, templum habens Homeri, & ſimulachrum. Nam Smyrnæi quoque Homerum ſibi acriter vindicant: & nomiſma quoddam æreum apud eos Homerium vocatur.* Cicero: *Smyrnæi quoque ſuum eſſe confirmant, itaque etiam delubrum eius in oppido dedicauerunt. Permulti alij prætereà pugnant inter ſe, atque contendunt.* Scribunt aliqui apud Fuluium Vrſinum nummum æreum fuiſſe, qui ex vna parte figuram habebat Meletis Smyrnæorum fluuij ſedentis. Fluuius dextrâ lyram tenebat, ſiniſtrâ ramum, & vaſi aquam effundenti innixus cum literis ΜΕΛΗΣ; & altera parte ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ; & in alio eorumdem Amaſtrianorum nummo Homeri effigies, faſciam habens in capite vſitata Homeri figura. Ex alia parte Victoria palmam manu tenens. Fortè vt Smyrnæorũ colonia Smyrnæis in hoc gratificarentur, qui Homerũ illis vindicarent. M. Antonius Muretus Var. lect. lib. 12. cap. 15. de Smyrnæorum nummo hæc habet: *Cuius me loci admonuit, vnumque eius generis æreum nummum perveterem oſtendit idem ille, quem antea nominaui ſummè doctus*

doctus, & summè in amicos officiosus Vrsinus. Non ita tamen insaniam, vt quem ipsi sub Amastrianorum nomine nummum proferunt Homericum illum Smyrnæum esse putem. Ioannes Goropius lib.9. Originum Antuerp. in Venet. & Hyperboreis aliter philosophatur: *Hæc itaque vocabula antiquissimæ Cimbricæ loquelæ monumenta, maiorem in modum nos Homero obligant, & ni fallor arctius Poëtæ deuinciunt, quàm ipsos Amastrianos, qui hæc tria oppida vnâ ciuitate comprehenderunt, & quod illorum nominum, quæ nobis vernacula sunt, non Amastrios fecerit mentionem. Hi tamen quò Poëtæ de vetustissima memoria grati essent, nummum excuderunt, in cuius altera parte Homeri effigies est barbata, & capillos diademate, siue tenui vitula obvinctos habens cum inscriptione* ΟΜΗΡΟΣ. *altera Meles fluuius vrna innixus, & dextra lyram super genu erectam tenens cum inscriptione subtus* ΜΕΛΗΣ, *in circuitu* ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ. *Quanta ambitione Græci homines ex Homeri carminibus quæsiuerint. si variis diuersarum gentium exemplis docere velim, & superuacaneam, & odiosam operam suscepero. Amastris cum ex tribus oppidis, quorum Homerus claram famam ex opere suo per omnium eruditorum aures sparsit, fuerit constituta, ingrati animi notam effugere non potuit, nisi publico signo gratias egisset. Nec est quicquam magis idoneum ad nominis, beneficijq; celebritatem, quam si nummus in memoriam eius excudatur; quoniam is per omnium manus volitat, & omnium oculis obuersatur. Qua de causa Smyrnæi melius de Homero meriti videntur, dum nummum ei sub proprio ipsius nomine*

nomine dedicarunt, quàm dum templum, vel ſtatuam ei erexerunt. Propterea quod ille quouis gentium tranſportaretur. Hæc verò quo ſemel loco ſunt poſita, & conſecrata, eodem ſemper cogantur hærere, illis ſolis ad recordandum vtilia, qui præſentes coràm ea intuentur. Qualis verò hic Smyrnæorum nummus fuerit, quem Homerum vocabant, quando Strabo non adſcripſit coniicere potiùs poſſum, quàm exiſtimare. Quamuis opinor vtraque facie ſimilem Amaſtriano fuiſſe cum inſcriptione Smyrnæorum. Lyra verò, quam Meles dextra tenet, non ſeptem eſt, vel nouem, ſed trium dumtaxat chordarum. Eâdem, ni fallor, ratione, quâ Eumelus Corinthius, atque Ephorus tres tantum Muſas eſſe dixêre: fortaſſe quia tres ſoni Dorius, Phrygius, & Lydius in muſica numerentur &c.

Adde etiam in flumine Melete ſpeluncam à Smyrnæis monſtrari, in qua dicunt Homerum ſua poëmata compoſuiſſe. Pauſanias in Achaicis: Σμυρναίοις δὲ ποταμὸς Μέλης ὕδωρ ἐστὶ κάλλιστον, καὶ σπήλαιον ἐπὶ ταῖς πηγαῖς ἔνθα Ὅμηρον ποιῆσαι τὰ ἔπη λέγουσιν. Præterea contra Homeromaſtiga Zoilum, qui iniuriis, maledictíſque virum illum laceſſebat, acri eius defendendi ſtudio, ſic & verbo, & opere Smyrnæi inuecti ſunt, vt mortis atrociſſimo genere de medio ſuſtulerint, rati Homeri conciuis defenſionem ad nullum alium, quàm ad ſemetipſos pertinere. Vitruuius lib. 7. in procemio: *Inſequentibus annis à Macedonia Zoilus, qui adaptauit cognomen, vt Homeromaſtix vocitaretur, Alexandriam venit, ſuáque ſcripta contra Iliadem, & Odyſſeam comparata,*

rata,

rata, regi recitauit. Ptolemæus verò cùm animaduertisset Poetarum parentem, philologiæque omnis ducem absentem vexari, & cuius ab cunctis gentibus scripta suspicerentur ab eo vituperari, indignatus nullum ei dedit responsum. Zoilus autem cùm diutius in regno fuisset inopiâ pressus summisit ad regem postulans, vt aliquid sibi tribueretur. Rex vero respondisse dicitur, Homerum, qui ante annos mille decessisset, æuo perpetuo multa millia hominum pascere, item debere, qui meliori ingenio se profiteretur, non modò se vnum, sed etiam plures alere posse. Et ad summam mors eius, vt parricidij damnati variè memoratur. Alij eum scripserunt à Philadelpho esse in crucem fixum; nonnulli in eum lapides esse coniectos: alij Smyrnæ viuum in pyram coniectum, quorum ei vtrum acciderit, merenti digna constitit pœna. Non enim aliter videtur promereri, qui citat eos, quorum responsum quid senserint scribentes, non potest coram iudicari.

Quid plura? Frustrà hinc inde argumenta emendicamus. Rem apertam, & claram suo testimonio Homerus certiorem facit. Et dum de Patria Homeri sermo est, si Homerus ipse loquatur, nugæ erunt cæterorum argumenta. Solus ipse Homerus in huiusce rei determinatione reliquis omnibus, ni insanire velimus, potior est. Homerus itaque Cumanorum sententiâ, quâ illi alimenta publica negabantur, vehementer commotus, & calamitatem suam deplorans, inter alia carmina, hæc quoque effudit, quæ in eius vita refert Herodotus:

Οἵῃ μ' αἴσῃ δῶκε Ζεὺς κύρμα γενέσθαι,

Νήπιον

Νήπιον αἰδοίης ἐπὶ γούνασι μητρὸς ἀτάλλων,
Ἥν ποτ' ἐπύργωσαν βουλῇ Διὸς αἰγιόχοιο
Λαοὶ Φρίκωνος, μάργων ἐπιβήτορες ἵππων.
Ὁπλότεροι μαλεροῖο πυρὸς κρίνοντες Ἄρηα
Αἰολίδα Σμύρνην ἁλιγείτονα ποτνιάνακτον.
Ἥν τε δι' ἀγλαὸν εἶσιν ὕδωρ ἱεροῖο Μέλητος,
Ἔνθεν, ἀπορνύμεναι κοῦραι Διὸς, ἀγλαὰ τέκνα,
Ἠθελέτην κλῆισαι δῖαν χθόνα καὶ πόλιν ἀνδρῶν.
Οἱ δ' ἀπανηνάσθην ἱερὴν ὄπα, φημὶ ἀοιδήν.

Id eſt:

Hei mihi quam fatum dat Iuppiter almus iniquum,
Infanti mihi lac veneranda ex vbere matris
Præbuit, Æolicæ Smyrnæ, quam Martia quondam
Gens Phriconitis, certamine fortis equeſtri,
Condidit ad pelagus præterlabente Melete.
Docta Iouis proles mecum hinc digreſſa volebat
Carminibus celebrare vrbem, quam nomine dicunt
Cumam, quoſque viros intra ſua mœnia claudit.
Illi audire ſacræ ſpreuerunt carmina vocis.

Cùm ergo Homerus in his carminibus Smyrnam fateatur eſſe ſuam patriam, abeant cum ſuis rationibus vrbes reliquæ, quæ tantopere eum ſibi ciuem exoptant. Et ſola ſibi Smyrna tanto ciue gratuletur.

Hæc vt vides Lector ab ingenioſis iiſque lepidis hominibus conficta, ad rem arduam probandam ſolidè quidem, & verè ne hilum faciũt.

Fluuio

Fluuiorum,& Nympharum filios non agnoſco; non amplector adſcititios partus. Fabuloſa illa ſunt, veluti fabulæ explodenda. Qui id aſſerit, ſimplicia, ac elumbia ingenia ludit. Fuerit pater eius Mæon, quod adhuc incertum, certè Smyrnæus non erit. Quis id ait? Si rectè conſideres,omnes,vno, vel altero excepto,aliorum dicta referunt. Fuerunt Smyrnæorum conatus maximi. Optarunt ſibi Homerum conciuem. Vt vt potuerunt, moliti ſunt, vt aliis etiam id ita ſe habere credendum traderent. Sed præſumptio illa non adeò in animis hominum inualuit,vt id pro certo affirmarent.Leuis rumor, vel aura in feliciſſima ciuitate, illud tantum profecit, vt Smyrnæus diceretur Homerus;non vt eſſet. Idque alij monimentis conſignarunt aliorum ſententiâ, vel nonnullorum rumore Homerum Smyrnæum fuiſſe. Argumenta, quibus id probaretur, non habuerunt. Fanum Homericum, ſimulacra, nummi,nonniſi præſumptionem illorum probant. Id non negamus. Voluerunt quippe Homerum, licet contra ius, rapere,hoc tantum ad eorum ſummam felicitatem erat reliquum. At non fecêre, vt id, quod non eſſet, fieret, vt ſcilicet eorum ciuis eſſet Homerus. Sed eſto:ſit Smyrnæus, quemadmodum & Argiuus, & Athenienſis, & communis Ionum omnium ciuis, affectu dumtaxat,& merito. Smyrnæis ſic Homerum habentibus non inuidemus: ſcilicet habeant & Indi, & Garamantes,& quiſquis per vniuerſum hunc orbem vbique Solis fruitur luce. Laus ea Homerica

eſt. Homeri miram dignitatem extollit, quâ ſe illi exornare contendunt; At illorum tantùm erit erga Manes illos pius affectus, ſin maxima ambitio, & rerum alienarum per fas, & nefas vſurpatio. Furtum merum. An non crimine Plagij tenentur? Sed tuti ſunt, pœnam non metuunt. Nimis commune omnibus crimen, quod illicitum eſt, fecit vt eſſet licitum. Porrò quæ de Melete fluuio, & Homerico partu conficta ſunt, quem ſenſum, & allegoriam contineant, explicauit Euſtathius in A. Iliad. Μήποτε δὲ διὰ τοῦτο καὶ Μέλητος ποταμοῦ υἱὸν τὸν Ποιητὴν ἐπλάσαντο οἱ παλαιοί. Μέλητος μὲν κατά τινα ἐν τοῖς ἑξῆς φανησομένην παρῳδίαν, ἢ καινοτέραν παρήχησιν διὰ τὴν μελιτόεσσαν ἡδυέπειαν. Ποταμοῦ δὲ διὰ τὸ πολύρρουν τῆς φράσεως, καὶ διὰ τὸ οἷον ποταμηδὸν προβάλλειν τὰς τῶν λόγου ῥοάς. Διὸ καί τις τῶν παλαιῶν καλῶς ἠρώτησε τίς ἀμείνων Ὁμήρου φράσαι, πρὸς ὃν ἀποτείναιτ' ἄν τις θαρρούντως, ὅτι οὐδείς. Innuit etiam Ioannes Tzetzes multis fabuloſis inſperſa fuiſſe, quæ de Homericis natalibus traduntur.

Υἱὸν δὲ δὴ τοῦ Μέλητος ὄντα καὶ Κριθηΐδος
Ἐῶ τὰ μυθωδέστερα γονῆς τῆς τούτου λέγειν.

Id eſt;

Filium verò Meletis, & Critheidos.
Neque enim fabuloſiora de partu illius narrare mihi in animo eſt.

Incerti epigramma de Ariſtide ſanè futile eſt, eiúſque ratiocinatio ἄλογος. Ariſtides Smyrnæus eſt, ergo & Homerus. Non potuit ſcilicet niſi vna eadémque ciuitas lumina iſthæc in

mundum

mundum producere. Sed vidimus maiora Ariſtide lumina, certè maius Homero in ſcientiis lumen vidit nemo, ab aliis vrbibus edita. Neque enim Ariſtides, quamquam & ipſe ſuâ laude, eâque maximâ non caret in Rhetoricis, ſiue docendo; τεχνικώτατος, namque fuit, καὶ πολὺς θεωρήμασι, primas obtinet. Quare qui potuit maius Ariſtidæo ingenium hominibus dare, potuit & Homerum. Erunt igitur Athenæ, vel Stagira, vel Chios, & multæ aliæ patriæ Homeri. Sed miſſa hæc. Ariſtidis patria erit quoque patria Homeri. Sed Smyrnam præter te nullus vnquam ſomniauit patriam Ariſtidis. Et notamentum illud, neſcio cuius, in orat. Ariſtidis Smyrnaicam, principio, in illa, Ὁ μὲν λόγος οὐκ ἐξ ἴσου τῇ τε πόλει, καὶ τοῖς ἄλλοις. Οἱ μὲν γὰρ οὐδὲν ἂν δείξαιεν τοσοῦτον ὅσον εἴποιεν ἄν, ἡμεῖς δὲ οὐδὲν εἴποιμεν ἂν ὅσον δεῖξαι πάρεστιν. Δέον εἰπεῖν τοῖς πολίταις τῇ πόλει εἶπεν. Εἶτα ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς εἷς ἦν τῶν τῆς πόλεως ἐπήγαγεν, ἡμεῖς δὲ οὐδὲν εἴποιμεν ἄν. Inane omnino eſt. Orator enim non ſolùm perſonam oratoris, ſed ſæpe ſæpius ciuium perſonam induit, vt neceſſitudinis nomine dicenda probabiliora reddat. Non ergo Smyrna Homeri patria fuit. Adriani in Myſia non magna ciuitas Ariſtidis patria commemoratur ab omnibus, quos ipſe vidi. A Philoſtrato in vitis Sophiſtarum: Ἀριστείδην δὲ τὸν εἴτε εὐδαίμονος, εἴτε εὐδαίμονα Ἀδριανοὶ μὲν ἤνεγκαν. Οἱ δὲ Ἀδριανοὶ πόλις οὐ μεγάλη ἐν Μυσοῖς. Ἀθῆναι δὲ ἤσκησαν κατὰ τὴν τοῦ Ἡρώδου ἀκμήν. *Ariſtidem ſiue Eudæmonis, ſiue Eudæmona Adriani tulerunt. Adriani vrbs non magna*

in Myſis. Athenæ excoluerunt, cùm Herodes floreret. Suida : Ἀριστείδης Ἀδριανεὺς Σοφιστὴς, Ἀδριανοὶ δὲ πόλις Μυσίας τῆς νῦν Βιθυνίας, Πολέμονος τοῦ Σμυρναίου ῥήτορος μαθητής. *Ariſtides Adrianenſis Sophiſta, Adriani vrbs Myſiæ, quæ nunc Bithynia eſt, Polemonis Smyrnæi Oratoris auditor.* Auctor Argumenti in Panathenaicum neque ineruditus, neque inelegans eos etiam reprehendit, qui Ariſtidem Smyrnæum dicunt, & erroris originem exponit. Ἐγένετο δὲ ἀπὸ Ἀδριανουπόλεως τῆς Ἰονίας, Ἀδριανοὶ γὰρ οἱ πολῖται αὐτῆς λέγονται. Τινὲς δὲ Σμυρναῖον αὐτὸν λέγουσι πλανηθέντες ἀπὸ τοῦ ἐκεῖσε φοιτᾶν τῷ Πολέμονι διδασκόμενον. Ἔπειτα ὅτι καὶ μεγίστην εἰς αὐτὴν εὐεργεσίαν κατεβάλετο. Σεισμοῦ γὰρ κατενεγκόντος αὐτὴν, &c. *Fuit verò ex Adrianopoli Ionica: Adriani namque illius ciues dicuntur: Nonnulli Smyrnæum illum faciunt, decepti quod inde ad Polemonem audiendum proficiſceretur. Prætereà quod magno beneficio Smyrnam ſibi deuinxit, Terræ motu enim ea proſtrata,*&c. Ergo ſi patria Ariſtidis eſt Homeri patria, non iam Smyrnæus Homerus erit, ſed Ἀδριανεύς. Vel ſi ea ratione Homerus Smyrnæus erit, quâ & Ariſtides, Homerus beneficio, & vſurpatione Smyrnæus erit, non naturâ, neque nataiibus, quod nos etiam libentiſſimè concedimus. Nec aliâ ratione reſpondere poſſumus ad id quod ſuprà cap. 9. ex Patria Nicandri Colophoneos, patriam Homeri Colophonem fuiſſe aſſeuerabatur. Quamuis enim plurimorum ſententiâ Nicander Colophonius dicitur, hoc tamen non ita certum eſt, vt de eo ab

aliquibus

aliquibus dubitatum non fuerit. Plerique enim eum Ætolum fecerunt. Νίκανδρος Ξενοφάνους Κολοφώνιος, κατὰ δέ τινας Αἰτωλός. *Nicander filius Xenophanis Colophonius, & secundùm quosdam Ætolus*, Suidas. Et Auctor Anonymus de genere Nicandri id idem ex Dionysij Psalelitæ sentẽtia scribit: Νίκανδρον τὸν ποιητὴν Διονύσιος ὁ Φασηλίτης ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀντιμάχου ποιήσεως Αἰτωλὸν εἶναι φησὶ τὸ γένος. *Nicandrum Poëtam Dionysius Phaselita tradit tractatu de Antimachi Poesi Ætolum genere fuisse.* Videtúrque id affirmare ex diuturna mora, quam in Ætolia habuit. Διέτριψε δὲ ἐν Αἰτωλίᾳ τοὺς πλειόνας χρόνους, ὡς φανερὸν ἐκ τῶν περὶ Αἰτωλίας συγγραμμάτων, καὶ τῆς ἄλλης ποιήσεως, ποταμῶν τε τῶν περὶ Αἰτωλίαν, καὶ τόπων ἐκεῖσε τε, καὶ ἄλλων διαφόρων διηγήσεως. ἔτι δὲ καὶ φυτῶν ἰδιότητος. *Complures annos in Ætolia commoratus est, vt planum fit ex Commentariis, quos de Ætolia scripsit, & aliis carminibus: necnon ex fluuiorum in Ætolia, ibique locorum, & aliorum diuersorum, item plantarum proprietatis narratione.* Si erit ergo Colophonius Homerus eâ ratione, quâ & Nicander Colophonius est, nunquam, vel in ambiguo Colophonius erit.

Coniectura de Zoilo leuis admodum est. In pessimum enim hominem, temeréque oblatrantem contra totius Græciæ benefactorem, omnes, qui stimulo gloriæ eriguntur, officiísque retinendis diligentes acerbè, & penitus, atque animo hostili inflammati, si occasio data fuisset, idem quod Smyrnæi aggressi, crudeliori etiam exitu absoluissent. Sed ipsi pœnas sum-

pſerint,non ideò Smyrnæ natus eſt. Themiſtius auctor eſt Oratione 2.in obitum patris, Heracleotas qui in Ponto habitant Anytum profugum propter Socratis mortem lapidibus obruiſſe, illiuſque rei monimentum ſignum quoddam extitiſſe, quo palam omnibus innoteſceret,& Heracleotarum in Socratem ſtudium, & Anyti in eundem improbitas, Καὶ ἔφυγεν Ἄνυτος ἐκ τοῦ ἄστεος, καὶ αὐτὸν κατέλευσαν διὰ Σωκράτην οἱ Ἡρακλεῶται οἱ ἐν τῷ Πόντῳ, καὶ νῦν δείκνυται ἄνευ τοῦ αὐτόθι σῆμα ἐν τῷ προαστείῳ οὐ μακρὰν θαλάττης οὗ περιέβαλον τὸν Ἄνυτον οἱ Ἡρακλεῶται. Hæc ſic recenſet Petauius: *Et ex vrbe Anytus ceſſit, & poſtremò eumdem propter Socratem Heracleotæ, qui in Ponto habitant, lapidibus obruerunt, hodiéque Anyti ſepulchrum in ſuburbano illic oſtenditur non longè à mari, vbi ab Heracleotis Anytus eſt ſepulchro conditus.* Qui locus,vt obiter etiam hoc admoneam,cùm ſit mutilus, ita reſtituendum iudico, Καὶ νῦν δείκνυται ἄνευ τοῦ σώματος αὐτόθι σῆμα. Neque enim puto infames illas, exoſáſque reliquias ab Heracleotis tumulo quopiam contectas fuiſſe, ſed miſerè diſcerptas, vel in mari proiectas,aut ibidem derelictas, vt beſtiis, alitibúſque præda fierent,& in huius facinoris memoriam cippum, vel columnam, vel ſimile erexiſſe, quòd poſteris factum indicaret. Ideóque Themiſtium vſum eâ voce σῆμα, quaſi eſſet neque τύμβος,neque τάφος, ſed σημεῖον. Ideóne Socrates Heracleotes erit? & ob peſſimè trucidatum Zoilum à Smyrnæis, Homerus Smyrnæus?Sorte ergo ſuâ,atque fortunâ, non animo

aliis

aliis feliciores Smyrnæi fuerunt, quibus præ aliis Homericas iniurias vindicandi facultas facta fuit. Si ipsi etiam vindicarunt, quod dubium omnino est ex eodem Vitruuio, qui mortem eius variè memorat. Addit Suidas: Διὸ αὐτὸν διώξαντες ἐν τῇ Ὀλυμπίᾳ κατὰ τῶν Σκιρωνίδων πετρῶν ὤθησαν. *Quapropter Olympiæ spectatores de Scironiis rupibus præcipitem egerunt.* Quid hîc rursum communem vniuersæ Græciæ pro Homero vindictam, veluti & ipsum Homerum satis audacter tibi arrogas Smyrna? Quid communem gloriam, vnum affectum, vnam in impudentem Homeromastiga conspirationem tibi soli vsurpas? Commune Græciæ decus, quasi indignum sit refugis, non commune, sed tibi proprium, ideóque optimum rata ambitiosâ contentione, è Græcorum omnium visceribus deprædaris? Fac sedulò. Cura probè; in confirmando tibi Homero labori ne parcas: in eum affectus, studia, officia, si quæ potes, potes autem plurima, quia maxima es, etiam præter æquum, confer, insume. Frustrà sumpsisti operam. Tuis hisce Homerus officiis non flectitur. Durus, immitis, inexorabilis, nescio quo fato Smyrnæos odit, quorum etiam nomen exosum est, ita vt cum in diuinis illis operibus ignobilissimarum quandoque meminerit vrbium, tui nullam, etiam cùm se offerret occasio, fecerit mentionem. Rerum quas in Iliade ipse prosequitur, tute ipsa vicina spectatrix, neque ignobilis diiudicabas; Voces, vt ita dicam, strepitúsque bellatorum accepisti auribus, stentoreâque voce, missæque

Peliados ſibilo pertinnire aures tuas ſubſenſiſti. Fortè etiam incommodo tuo ruinam illam Troicam, dum vel in iuuandis Græcorum copiis, vel hoſtium deterrendis, abolendíſque operam impendis,luſtraſti: & tamen Muſis Homericis tacita, in dubio eſt, an ea ætate fueris, an Homero cognita, qui eius patria eſſe vis. Eſto, Troicis temporibus non fueris, Homericis certè fuiſti,ſi in te ille natus eſt. Vndenam ergo tui nominis tam altum ſilentium?Homeri ea videtur opinio,ſalutem patriæ,ac dignitatem poſteriorem debere eſſe dominatione,& domeſticis commodis. Nam maior ei profectò,quàm parenti debetur gratia. Quare licèt ipſi ſilere patriam in animo fuerit, nec cuius eſſet publicare,innato tamen in eam amore, ac propenſione, nunquam illam in ſuis poëmatibns innominatam reliquiſſet. Næ ille omnino ingratus eſſe iudicaretur,niſi eam in hac rerum luce extare quoquo modo, licèt alia occaſione, manifeſtaſſet.In hac re patriæ ſtudium, quàm liberæ voluntatis determinatio potiùs fuiſſet; Tacuit, ſiluit. Dicas tute ipſa quid cauſæ fuerit? Plures hîc adduces,ſed veram illam, Patria non fuiſti, ideò neglecta, ideò cum communi Græcorum gloria, parum illi curæ fiiit, ſi quid haberes commune. Quando igitur ab Homero nulla habes amoris teſtimonia,nullum beneuolentiæ pignus,ne ſola inter Græcas vrbes ludibrio ſis, tanquam cum illis minimè connumerata, ex te ipſa in eum virum, quem tuum eſſe confirmas, omnem quam potes ſolicitudinem adhibe. Sta-

tuas

tuas ſub eius nomine erige,templa extrue,porticus,aras,numiſmata cude; ſpeluncas hoſpitibus oſtende,vbi ille ſua poëmata conſcripſerit, Meletem patrem, fluuium illum tuum, & Critheïda Nympham matrem confinge; Ciues tuos deinceps in teſtimonium voca, quibus Homerum tuum fuiſſe demonſtra. Non id facies, vt inter alias Græciæ vrbes nobiliſſimas, licet etiam tu nobiliſſima ſis, in poëmatibus Homericis locum habeas. Quàm fortunata cæteris rebus fuiſti, abſque hoc vno tui Homerico ſilentio! Non vſquequaque à Deo dilecta es.

Teſtimonium Homericum nulli dubium eſt, controuerſiam hanc de Patria Homeri tollere, ſi carmina illa Homeri eſſent, & non ab Herodoto,vel auctore vitæ illius,vel alio etiam conficta. Nemo ad hunc diem ambigit de fide hiſtorica Herodoti: multa ab eo falſa pro veris narrantur. An non prudentibus ſuſpecta eſt?eóque præcipuè quòd liber ille, an Herodoti ſit, à pleriſque in dubium vertatur. Coniecturam auget, quòd qui de patria Homeri varias diſceptationes in medium attulêre,nullo modo carminum horum meminerunt; quorum omninò meminiſſe operæpretium erat. Neque probabile eſt eos iſthæc vel ignoraſſe, vel non intellexiſſe. Prætereà ſtultum eſſet aſſerere Vrbes tot eruditiſſimas,quæ pro Homero decertarunt, ea latuiſſe, adeò vt nec cui fauebant in confirmationem ſui dicti,adduxerit, & reliquas tam impudenter contra tam manifeſtam declaratio-

nem ſibi ciuem alienum vſurpaſſe: temerè namque egiſſet. Sed cùm omnes continuo diſſidio ab ipſis temporibus Homericis pro aſſerendo ſibi tanto ciue contenderent, manifeſtum eſt illis carminibus, tanquam ſpuriis, fictiſque, & nullius dignationis animum non applicaſſe, applicaturas, ſi pro Homericis iudicaſſent: ac eorum teſtimonium aliquid ponderis habere exiſtimaſſent. Auctoris, & referentis claritas ingenium præcipuarum Græciæ vrbium non obſcuraſſet. Quare nos etiam eorum veſtigiis inſiſtentes flocci facimus, & tãquam leuiſſimas nugas explodimus. Nolo dicere verba illa nimis eſſe ambigua, ac diſtorta, vt quæ ſit vera auctoris ſententia in patria aſſerenda ſua difficile intelligi poſſit. Quæ enim erant illa γούνατα μητρὸς αἰδοίης, *genua matris reuerendæ*, in quibus Iuppiter ἄταλλε, nutriebat, quibus poſtea inconcinna ſententia addit οὓ ποτὲ ἐπύργωσαν λαοὶ Φρίκωνος. *Quam populi Phriconis ædificarunt*. Sanè quid ſibi velit Auctor, nondum capio: quid debuiſſet dicere, iam percipio. Sed modus iſte dicendi neque prudens, neque Homericus eſt, ſed iunioris neſcio cuius ludentis, ſiue potiùs ineptientis à recto, & proprio Græcorum dicendi more deflexus.

CHII

CHII SVVM VINDICANT. *Homeridarum genus quodnam in ea insula? Chiorum in Homerum studium. Seleuci de Homeridis opinio refellitur. Domus item in ea Homerica, in qua habitasse vetus traditio est. Illius elogium. Chiorum Numisma Homericum, vt Homerum sibi assererent. Chius Patria Homeri Argiuorum decreto, & tacitâ Homeri confeßione.*

CAP. XIII.

VNA nobis reliqua est Chios Ægæi maris insula, si Stephano credimus, ἡ περιφανεστάτη πόλις τῶν Ἰώνων. *Celeberrima Ionum vrbs.* Si Straboni, exiguo stadiorum ambitu circumscripta, τὸ ναυτικὸν ἐκέκτητο, καὶ ἀντιποιεῖτο τότε τῆς κατὰ θάλατταν ἀρχῆς, καὶ ἐλευθερίας. *Classem aliquando habuerunt, & Imperium maris, libertatémque attentarunt.* Si Herodoto, pro Græcorum libertate tuenda, pro fide sociis data conseruanda, pessimè ab hoste, contra quem mitum in modum se gesserat, tractata. Si Thucydidi, Græcorum ditissima, Καὶ μόνη μετὰ Λακεδαιμονίους εὐδαιμονήσασα ἅμα, καὶ σωφρονήσασα, καὶ ὅσῳ ἐπὶ τὸ μεῖζον ἐπεδίδου, τόσῳ καὶ ὀχυρώτερον κοσμηθεῖσα. *Et sola post Lacedæmonios simul & beata, & modesta existens, & quò magis crescebat, eò magis modestiæ operam dans, vt magis esset munita.* Hæc, inquam,

inquam, quondam totius Ioniæ belli, pacíſque artibus princeps non minus aliis, ſed validioribus rationibus Homerum fruſtrà ab aliis, & vt ita dicam per vim abreptum, vt ſuum repetít, & vindicatum fouet. Chiorum ergo ſtudium continuum in aſſerendo ſibi Homero expoſuit Cicero, *Chij ſuum vindicant*. Suidas; Οἱ μὲν γὰρ ἔφασαν γενέσθαι Σμυρναῖον, οἱ δὲ Χῖον. *Alij dixerunt fuiſſe Smyrnæum, alij Chium*. Proclus: Καὶ διὰ τοῦτο οἱ μὲν Κολοφώνιον ἀνηγόρευσαν, οἱ δὲ Σμυρναῖον, οἱ δὲ Ἰήτην. *Et propterea alij Colophonium dixerunt, alij Chium, alij Smyrnæum, alij Ietem*. Ioannes Tzetzes, Ετέροις Βαβυλώνιος, Χῖος δοκεῖ τοῖς ἄλλοις, *Aliis Babylonius, Chius videtur aliis*. Epigram. Οὐ Χῖος, οὐκ Αἴγυπτος εὔσπορος, οὐ Κύπρος ἀγνή. *Non Chius, non Ægyptus fœcunda, non Cyprus caſta*. Et, Χῖος ἔφυς; οὐ φημί. τὶ δὲ Σμυρναῖος; ἀπαυδῶ, *Chius es? Nequaquam. Smyrnæus? inficior*. Antipater: Οἱ δὲ καλὰν Σμύρναν, οἱ δ' ἐνέπουσι Χίον. *Alij pulchram Smyrnam, alij dicunt Chion*. Epiphan. Πόσοι πόσα λέγουσι περὶ Ὁμήρου; ἄλλοι μὲν Αἰγύπτιον φάσκοντες, ἄλλοι δὲ Χῖον, ἄλλοι δὲ Κολοφώνιον. *Multi multa dicunt de Homero, alij quidem Ægyptium aſſerentes, alij Chium, alij Colophonium*. Et alij.

Prima eorum ratio valida ſanè, & firma, ſi rationem in hiſtoria ſpectas. Diu poſt Homeri tempora in ea inſula ſucceſſores Homeri, ab eodem Homero, Homeridæ dicti in maxima fuêre exiſtimatione, non minus ac Cypſellidæ Corinthi, Æacidæ Athenis, & Heraclidæ in Poloponneſo. Eorum meminit Plato in Ione,

Ione, καὶ μὴν ἄξιον ἀκοῦσαι, ὦ Σώκρατες, ὡς εὖ κεκόσμηκα τὸν Ὅμηρον, ὥστε οἶμαι ὑπὸ Ὁμηριδῶν ἄξιος εἶναι χρυσῷ στεφάνῳ στεφανωθῆναι. *Et res certè digna est auditu, quàm scitè ego Homerum expoliuerim: vt quidem me dignum maximè censeam qui illo nomine ab Homeridis aurea doner corona.* Isocrates etiam in Helenes laudatione; Λέγουσι δέ τινες τῶν Ὁμηριδῶν, ὡς ἐπιστᾶσα νυκτὸς Ὁμήρῳ προστάξαι ποιεῖν περὶ τῶν στρατευσαμένων ἐπὶ Τροίαν, βουλομένη τὸν ἐκείνων θάνατον ζηλωτότερον, ἢ τὸν βίον τῶν ἄλλων καταστῆσαι. Καὶ μέρος μέν τοι καὶ διὰ τὴν Ὁμήρου τέχνην, μάλιστα δὲ διὰ ταύτην, οὕτως ἐπαφρόδιτον, καὶ παρὰ πᾶσιν ὀνομαστὴν γενέσθαι τὴν ποίησιν. *Quin etiam Homeridarum quidam aiunt eam noctu Homero astitisse, ac mandasse, vt de iis scriberet, qui ad Troiam militassent, quo mors eorum optabilior, quam aliorum vita redderetur: ac poësim eius ex parte quidem Homeri etiam solertia, in primis verò propter Helenam, ita gratiosam, & apud omnes celebrem esse factam.* Vnus ex his in historia satis notus est Parthenius Chius, de quo Suidas, Παρθένιος Χῖος ἐποποιὸς, υἱὸς Θέστορος, ὃς ἐπεκαλεῖτο Χάος. Ὁμήρου δὲ ἦν ἀπόγονος. Ἐποίησεν εἰς Θέστορα τὸν ἑαυτοῦ πατέρα. *Parthenius Chius versificator Thestoris filius cognomento Chaos ab Homero oriundus scripsit de Thestore patre suo.* Strabo lib. 14. Ἀμφισβητοῦσι δὲ καὶ Ὁμήρου Χῖοι μαρτύριον μὲν τοὺς Ὁμηρίδας καλουμένους, ἀπὸ δὲ τοῦ ἐκείνου γένους προχειριζόμενοι, ὧν καὶ Πίνδαρος μέμνηται, ὅθεν περ καὶ Ὁμηρίδαι ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πολλ' ἀοιδοί. *Homerum quoque Chij sibi vindicant argumento Homeridarum, qui à stirpe Homeri sunt: Horum & Pinda*

Pindarus meminit. Vnde & Homeridæ futilium cantores carminum. Certamen Homericum, Χῖοι δὲ πάλιν τεκμήρια φέρουσιν ἴδιον εἶναι πολίτην λέγοντες, καὶ περισώζεσθαι τινὰς ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ παρ' αὐτοῖς Ὁμηρίδας καλουμένους. *Chij rurſum coniecturas aſferunt ciuem ſuum aſſerentes,& adhuc apud eos conſeruari nonnullos ex illius ſtirpe, qui apud eos Homeridæ dicuntur.* Euſtathius in prolegom. Homer. Ἀμφισβητοῦσι δὲ αὐτοῦ καὶ Χῖοι, μαρτύριον προχειριζόμενοι τοὺς καλουμένους Ὁμηρίδας, ὧν καὶ Πίνδαρος μέμνηται. *Contendunt verò de eo & Chij in teſtimonium afferentes Homeridas, quorum etiam Pindarus meminit.* Harpocratio in Lexico: Ὁμηρίδαι. Ἰσοκράτης Ἑλένῃ. Ὁμηρίδαι γένος ἐν Χίῳ, ὅπερ Ἀκουσίλαος ἐν τρίτῃ, Ἑλλάνικος ἐν τῇ Αγλαντιάδι, ἀπὸ τοῦ ποιητοῦ φασὶν ὠνομάσθαι. *Homeridæ Iſocrates in Helena. Homeridæ genus in Chio. Acuſilaus lib.3. Hellanius in Aglantiade è Poëta dicunt nomen traxiſſe.* Locus Iſocratis ille eſt, quem ſuperiùs ſcripſimus. Idem exiſtimauit Crates ἐν Ἱεροποιΐαις. Scholiaſtes Pindari, Ὁμηρίδας ἔλεγον τὸ μὲν ἀρχαῖον τοὺς ἀπὸ Ὁμήρου γένους, *Homeridas antiquitus dicebant eos, qui ex genere Homeri erant.* Et, Ὁμηρίδαι πρότερον μὲν οἱ Ὁμήρου παῖδες. *Homeridæ prius quidem Homeri filij dicebantur.* De Homeridis & præcipuè Chij tractat abundè Eraſmus Schmidius in Nemeon. Pindar. Vide ſis Lector: in aliis Vrbibus, quæ de eo contendunt nec fuiſſe quidem Homerum certum eſt, & inani quadam coniectura ita fuiſſe, recentiores luſit ignara Antiquitas. At Chij vixiſſe, diutiùs commoratum, filios procreaſſe, hæredes, ac

ſucceſſo

ſucceſſores reliquiſſe, familiæ nomen diutius in ea ſola inſula protractum manifeſtum facit. Ciues illius dicimur ciuitatis, in qua familiæ nomen relinquimus. Habes Chij Homeridas ab Homero ipſo genitos, procreatos, & diuturniore tempore conſeruatos; quid patriam quæris? quid natales in ea ipſa ciuitate neges, aliundè ignotos adſciſcis? Homericæ laudis Chios æmula diu relictam ſibi vſu hæreditario gloriam feliciter ſuſtinuit, nec paſſa eſt, aut aliorum nequitiâ, aut ſuâ ignauiâ aboleri. Videor iam mihi videre Senatum illum omnibus officiis Homeridas illos proſequi, & veluti ſua παιδικὰ alere, inſtituere, fouere, ſemper animo ſaucium, ſemper timidum, anxium, ne aliò tranſuolantes diutinam, & natalem ſibi gloriam amitteret. Quantas propterea putas Chiis turbas liuore aliorum, vel inuidiâ excitatas: cautam ſatis, fortiter munitam omnibus adactis machinis non poſſunt proſternere; non poſſunt à fide illa, & ſtudio amouere. Quid ergo tentant? Dicunt, Homeridas illos non ab Homero dictos, ſed ab aliis neſcio quibus ὁμήροις pignoribus: neque gloriam conantur ſufferre tantùm, ſed & ignominiam impingunt. Quondam Dionyſiacis Chiorum mulieres furore percitæ cum viris in contentionem veniunt: ne pactiones initæ frangerentur ὅμηρα quædam, ſiue pignora inuicem ſibi tradiderunt. Eorum ſucceſſores ab Homeris illis Homeridæ dicti ſunt. Lepidum ſanè inuentum. Idem Harpocratio, Σέλευκος δὲ ἐν δευτέρῳ περὶ Βίων, Ἁμαρτάνειν φησὶ, Κράτητα

νομίζοντα

νομίζοντα ἐν ταῖς Ἱεροποιΐαις Ὁμηρίδας ἀπογόνους εἶναι τοῦ Ποιητοῦ. Ὠνομάσθησαν γὰρ ἀπὸ τῶν Ὁμήρων, ἐπεὶ αἱ γυναῖκες ποτὲ τῶν Χίων ἐν Διονυσίοις παραφρονήσασαι εἰς μάχην ἦλθον τοῖς ἀνδράσι, καὶ δόντες ἀλλήλοις ὅμηρα νυμφίους, καὶ νύμφας ἐπαύσαντο, ὧν τοὺς ἀπογόνους Ὁμηρίδας λέγουσιν. Iam Chij omnes Homeridæ dicendi erunt. Sed quis Seleucum hunc Acuſilao, Hellanico, Crateti, Straboni, aliiſque præferret, niſi iniquus eſſe velit? Non me fugit præterea in alium quoque vſum Homeridarum nomen tranſlatum, in eos ſcilicet, qui Homeri carmina per vices decantabant, & tandem Ῥαψῳδοί dicti ſunt. Suidas; Ὁμηρίδαι οἱ τὰ Ὁμήρου ὑποκρινόμενοι. Οἱ δὲ γένος ἀπὸ τοῦ Ποιητοῦ ὀνομασμένον ἐν Χίῳ. *Homeridæ, qui Homeri carmina repræſentant. Alij genus à Poëta in Chio ſic dictum.* Vide quæ adnotauit Scholiaſtes Pindari Nemeon. 2. & alij.

Adde Chiorum officia in Homerum non cum eiuſdem vita extincta fuiſſe, quin oblatâ occaſione ſplendidiùs exarſiſſe. Nam cùm Scindapſus Homericus ſeruus, debita in Homerum obſequia, ac iuſta poſt mortem non exſoluiſſet, ſed quaſi neglectum corpus illud incombuſtũ reliquiſſet, à Chiis mille drachmis mulctatus fuit, Ptolemæus Hepheſtio in excerptis apud Photium ex Hypermene hiſtorico: Ὑπερμένης ἐν τῷ περὶ Χίου φησὶ γενέσθαι θεράποντα Ὁμήρου Σκινδαψὸν ὀνόματι, καὶ τοῦτον ζημιωθῆναι ὑπὸ Χίων χιλίας δραχμὰς, διὰ τὸ μὴ καῦσαι τελευτήσαντα τὸν δεσπότην. *Hypermenes in ſua de Chio narratione, Homeri famulum fuiſſe refert, Scindapſum nomine,*

húncque

húncque mille drachmis à Chiis mulctatum, quod herum mortuum non exuſſiſſet. Hinc collige, Lector, Homericas facultates apud Chios non fuiſſe exiguas, nec contemnendas, ſed ita auctas, vt & famulum haberet, qui tantâ pecuniâ mulctari potuit. Quare minimè audiendi ſunt, vt hoc etiam obiter hîc admoneam, qui Homerum adeò inopem conſtituunt, vt cibum lucrandi causâ, ciuitates Græcas circumire, poëmata ſua canere neceſſe illi fuerit: vt inter alios innuiſſe videtur Dio Chryſoſtomus Orat. 47. habitâ in Patria. Ἁ μοι δοκεῖ διανοηθεὶς Ὅμηρος οὐ μόνον ποιητὴς ἀγαθὸς ἂν ἀλλὰ καὶ τῷ τρόπῳ φιλόσοφος τὸν ἅπαντα ἀποδημεῖν χρόνον, ὥστε μηδένα γνῶναι τὴν πατρίδα αὐτοῦ. Καὶ μᾶλλον ὡς ἔοικεν αἱρεῖσθαι πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς προσαιτῶν λαμβάνειν, καὶ ταῦτ' ὡς μαινόμενος, ἢ οἴκοι διάγειν. *Quæ mihi animaduertiſſe videtur Homerus, cùm non ſolùm bonus poëta eſſet, ſed & moribus Philoſophus: atque adeò omne vitæ tempus peregrè exegiſſe, vt nemo illius patriam cognoſcat: maluiſſéque, vt veriſimile eſt, quinque & viginti drachmas mendicando accipere, atque hoc, vt mente captus, quàm domi degere.* Et orat. 11. Troica, Πρῶτον μὲν οὖν φασὶ τὸν Ὅμηρον ὑπὸ πενίας τε, καὶ ἀπορείας προσαιτεῖν ἐν τῇ Ἑλλάδι. *Primum igitur aiunt Homerum ob inopiam, & egeſtatem mendicaſſe in Græcia.* Et Ioannes Tzetzes Carmine de educatione Filiorum,

Ὅμηρος αὐτὸς ἡ θάλασσα τῶν λόγων,
Τυφλὸς, προσαιτῶν ἦν ἔχων τροφὴν μόλις,
Ἄλλων τροφώντων οὐδὲ ζῆν ἐπαξίων.

Homerus ipſe mare ſermonum, cæcus, mendicans,

vix cibum possidebat, cum aliis abundè, ac lautè suppetat, qui nec viuere quidem digni sunt. Famulum enim habuit, cuius meminit hic Hypermenes, Seneca Consolatione ad Heluiam cap. 12. *Vnum fuisse Homero seruum, tres Platoni, nullum Zenoni, à quo cœpit Stoicorum rigida, ac virilis sapientia, satis constat.* Et Ioannes Tzetzes:

> Καὶ δοῦλος δὲ τῷ ποιητῇ κλῆσιν ὑπῆρξε Βύκκων,
> Ὃν Βύκλωνα, καὶ Φλάσκωνα παίζων ὁ Τζέτζης λέγει.

Id est,

> *Et seruus etiam Poëtæ nomine Bycco fuit,*
> *Quem Byclonem, & Phasconem ludens Tzetzes dicit.*

Et famulum, cui nummorum facultas ea fuit, vt pensionem tantam potuerit soluere. Magnam Chiorum in Homerum beneuolentiam, & liberalitatem! Licet ipse existimem Homero in patria ipsa nihil defuisse, sed fortunæ muneribus, quemadmodũ & naturæ commodis abundasse: & diuini illius ingenij fœtus non inopem, & miserrimam, sed familiam bonis omnibus opulentam demonstrant. Idem ante me etiam animaduerterat Proclus de vita Homeri. Φαίνεται δὲ γῆρας ἐκλελοιπὼς τὸν βίον. Ἡ γὰρ ἀνυπέρβλητος ἀκρίβεια τῶν πραγμάτων προβεβηκυῖαν ἡλικίαν παρίστησιν. Πολλὰ δὲ ἐπεληλυθὼς μέρη τῆς οἰκουμένης ἐκ τῆς πολυπειρίας τῶν τόπων εὑρίσκεται. Τοῦτο δὲ προσυπονοητέον, καὶ πλοῦτον πολλὴν περιουσίαν γενέσθαι, αἱ γὰρ μακραὶ ἀποδημίαι πολλῶν ἀναλωμάτων δέονται, καὶ ταῦτα κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους οὔτε πάντων πλεομένων ἀκινδύνως, οὔτε ἐπιμισγομένων ἀλλήλοις πῶς τῶν ἀνθρώπων ῥᾳδίως. Id est:

Videtur

Videtur autem senectute vitam finiisse. Exquisita enim ad summum rerum disquisitio prouectam ætatem indicat. Multas verò partes terræ visitasse, accurata locorum experientia testatur. Illud etiam animaduertendum est, diuitiis abundasse. Longæ namque peregrinationes, multis expensis indigent, & illis temporibus præcipuè, cum sine periculo quocumque adnauigandi facultas non esset, nec inter se homines facili negotio coirent. Vide etiam Dionis. orationem Troicam.

Secunda ratio desumi potest à vico quodam Bolisso proximo in eadem insula, qui ad hæc tempora nomen tam amicum, & carum seruat Homeri. Homeri enim dicitur, ídque non alia ratione, nisi quod, vt ipsi iam traditione verissimâ per manus à patre filio in vniuersum tradita, Homeri ibi incunabula, vitæ progressus, ac potior vitæ pars transacta fuerit. Conuenientibus veluti arcanum ostendunt rudera quædam, ac muros temporis edacitate consumptos, iam nutantes, & tantum non inopina quadam materiæ dissoluendos laxatione. Ibi vitam egisse Homerum tradunt. Vt hoc audiui, dum essem Chij, confestim Homeros versus aduolaui: ingressus vicum, à magistratu quæsiui, vt mihi Thesaurum tam antiquum recenter ostenderent. Ducunt hilares, commonstrant. Vt vidi, loci illius aurâ, atque antiquitate commotus, memor illius tubæ, cui tantum debent omnes nationes, & præcipuè Græcia tota, à me ipso distractus steti, præsentem Græciæ calamitatem, effusis etiam lacrymis commiseratus sum. Adue-

nerat vnà mecum eiuſdem viſendi deſiderio motus N. N. lepidum ſanè caput, ac feſtiuum. Seruire numeris, longius etiam contexere carmen, ſi liceret: acutus, & promptus ad delicias, ad Veneres, ad omnia. Tunc ille quaſi furens, eroſos illos muros amplexatus, exoſculatur: Felix ſolum (quantùm poterat voce contendebat, quaſi vniuerſus orbis exaudiret) feliciſſima rudera, regiis ipſis, aulicíſque ſumptuoſis machinis deſiderabiliora, quolibet mihi theſauro potiora, ſeptem orbis ſpectaculis admirabiliora. Leui vnius æſtus marini impetu vrbes, & inſulæ ſunt abſorptæ, præcipiti montium decurſu tot regum diademata, tot Heroum inſignia, tot magnorum hominum, eorum etiam, quos Deos ſuos putauit, & adorauit antiquitas Coloſſi, quaſſata atque diſtracta conciderunt. Nihil eſt ſub hoc cœlo, quod non pulſetur ruinis. Tu, ſic duras adhuc ab Homero ipſo annis ferè ter mille penè inexpugnabilis.

—Non Iouis ira, nec ignis,
Non potuit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.

Felix ſolum, feliciſſima rudera, quæ ſpirans illud eloquentiæ ſimulacrum, doctrinarum omnium fontem, omnibus, qui poſt eum ſermonis vſum, ac rationis habentibus, vt bene loquerentur, benéque ratiocinarentur, exemplar vnicum à cœli, & temporum incommodis immunem, ac liberum conſeruaſtis. Quam mihi inuidiam concitatis, quàm iſto meo pectore, iſto animo vellem defenſum. Hîc fortè poſt nocturnas illas vigilias, poſt tot exantlatos labores

res in diſponenda,vel componenda Iliade quieſcebat: hîc ceruical fortè erat: hîc defeſſum caput declinabat; illuc diſtenti pedes reſpiciebant. Vbi,vbi calamus ille, vbi chartæ illæ ſæpius lenitis literis conſpurcatæ, ſericis, aureiſque pannis æquiparandæ, occludebantur. Hîc primum aſſurgentem Solem excipiebat, illic occidentem venerabatur. Felix ſolum, feliciſſima rudera, felices vos homines, quibus hæc continuò aſpicere ac frui poſſe datum eſt. Plura conantem dicere,& raucum quiddam ſonantem riſus noſter, ex improuiſo ortus compreſſit. Hortamur, vt elogio locum exornet; quæ dixerat non ad dignitatem Homericæ tubæ dicta,ſi quid prætereà haberet,ediceret. Addimus currenti calcaria: tunc ille: Puriſſimum iſtum Muſarum hortulum, cum tempore ipſo, atque antiquitate decertantem ne conſpurcetis: ne ſedem Gratiarum polluatis. Seruate vobis, ſeruate vniuerſo orbi ab omni iniuria intactum, ſi fieri poteſt, diuinum opus. Huc nonniſi Muſarum alumnis aditus ſit. Longè ſint pecora, longè ſint ſordes. Lapis ſi quis ceciderit, ſuo loco, ſed cau tè reſtituatur. Cæmenta ipſa, quæ tempus extorquet, quando in aurea vrna conſeruari nō poſſunt, in vno angulo, ſed modeſtè reponantur.Puluis iſte literarius ne malè abeat, cauete. Araneas,ſi quæ fuerint,pluma,ſed leniter dimouete. Semel in anno hederâ, myrto, laurôque coronate;floſculis terrā aſpergite; vino libate.Si quis cōtrà temerario auſu iuſſa hæc noſtra violarit,illi aquâ,ignique interdictū eſto.

Sit flagri reus,& mortis : ſit quidquid vbique
Pœnarum potis eſt ferre, patique reus.
Sit reus,& pluſquam mortis : ſit quidquid in omni
Inueniſſe potes crimine ſupplicij.

Animanti bruto, & venenoſo hic minimè pateat,nullus locus ſit.Si fuerit intra horam, medium diſrumpatur.Non vobis regna,

Lydia,non magni potior ſit fama Gylippi.

Nondum finis ; & nos diſtraximus vel inuitum. Ille nouis oſculis , atque iteratis amplexibus Homerio ſalutato, domi ſe recepit. Quid hîc referre ſuſpiria ? quid lacrymas ? quid motus, quibus ille per totam noctem omnes inquietauit ? Summo manè lauro, hederâque collectis locum coronauit. Non diu & in Vrbem venimus.

Ergo ad hunc diem in Inſula Chio ſigna habitationis Homericæ perdurant,& perpetua traditio,Homerum ibi natum,enutritum,ac Chiorum pueros inſtituiſſe. Quod ſatis probabile redditur,cùm hiſtoria comprobatum etiam ſit Homerum in Boliſſo altero proximo ibi pago, quandoque diuertiſſe,literaſque docuiſſe.Herodotus in vita Homeri, Ἀναλαβὼν οὖν αὐτὸν ὁ Γλαῦκος ἤγαγε πρὸς τὸν δεσπότην. Διὰ λόγων δὲ ἰὼν τῷ Ὁμήρῳ ὁ Χῖος εὑρίσκει ἐόντα δεξιὸν, καὶ πολλὸν ἔμπειρον. Ἔπειθέ τε αὐτὸν μένειν, καὶ τῶν παίδων ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι. Ἦσαν γὰρ τῷ Χίῳ παῖδες ἐν ἡλικίῃ. Τούτους οὖν αὐτῷ παρατίθησι παιδεύειν. Ὁ δὲ ἐποίησε ταῦτα, καὶ τοὺς Κέρκωπας, καὶ Βατραχομυομαχίαν, καὶ Ἐπικιχλίδας, καὶ τἆλλα πάντα ὅσα παίγνιά ἐστιν, Ὁμήρου ἐνταῦθα ἐποίησε παρὰ τῷ Χίῳ ἐν Βολισσῷ, id eſt;

Quibus

Quibus non grauatim assentiens Homerus, Caprarium sequitur. Hic Chius Glauci herus vbi in colloquium cum Homero venisset, reperissetque hominem esse cordatum, multaque rerum peritia instructum cœpit suadere ei, vt apud se commoraretur, liberorumque, quos habebat Adolescentes, formandorum curam susciperet. Ille accepta conditione, pueros sibi concreditos erudiuit. Interim Cercopas, Batrachomyomachiam, Epicichlidas, & alia omnia quæcumque iuuenilia, ludicraque eius extant apud Chium illum condidit in Bolisso. Et Stephanus de Vrbibus: Βολισσὸς πόλις Αἰολικὴ ἐπ' ἄκρου Χίου πλησίον. Θουκυδίδης Βολίσκον αὐτὴν καλεῖ ἐν ὀγδόῃ. Καὶ φασίν, ὅτι Ὅμηρος ἐν τούτῳ τῷ πολίσματι τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο, ὡς Ἔφορος. *Volissus vrbs Æolica in montanis propè Chium. Thucydides Boliscum illam vocat lib. 8. Aiuntque Homerum in hoc oppido moras duxisse, vt Ephorus tradit.*

Tertia ratio est numisma Chiorum, in quo ex vna parte Homerus, ex alia Sphinx insigne illius vrbis excussum erat. Iulius Pollux lib. 9. c. 6. Οἱ Μιτυληναῖοι μὲν Σαπφὼ τῷ νομίσματι ἐνεχάραττον, Χῖοι δὲ Ὅμηρον, Ἀσις δὲ παῖδα δελφῖνι ἐποχούμενον. Δαρδανεῖς δὲ ἀλεκτρυόνων μάχην. *Mitylenæi Sapphonem in nummis imprimebant. Chij Homerum, Asis puerum Delphino inuectum, Dardanis Gallorum pugnam.* Mitylenæi, vt ciuem suam Sappho exornarent, assererentque ciuem suam, Chij vt Homerum. Et eodem modo Homerus Chius erit, ac Sappho Mitylenæa. At certum est Sapphonem esse Mitylenæam, ergo erit certum, & Homerum esse Chium. Alexander ab Alexandro lib. 4. cap. 15.

Apud Chios ænea moneta fuit, cui nomen Homerus. In quem locum Andreas Tiraquellus: *Pollux vbi ſupra, Strabo lib.* 14. *Homerum, inquit, poëtam Chij maximè ſibi vindicant, vnde & nummus quidam æneus apud eos Homerus vocatur.* In quo memoriæ lapſu, quæ de Smyrnæis Strabo tradit, ipſe refert ad Chios. Et apud Fuluium Vrſinum æreus nummus erat, in cuius vna parte erat Sphinx Chiorum inſigne cum inſcriptione ΧΙΩΝ: in altera Homerus ſedens, & librum manu tenens cum literis ΟΜΗΡΟΣ. Ioſephus item Scaliger Animaduerſionibus in Euſebij Chronicon. *Sphinx Græcorum differt à Sphinge Ægyptiaca, quòd illa ſit capite velato ſine alis, Græca capite nudo, capillis compoſitis, pennata. Ægyptias multas vidimus tam marmoreas, quàm in marmoribus ſculptas Romæ. Græcam habes in nummis Chiorum, quorum inſigne erat Sphinx, vt Carthaginienſium ἵππου προτομὴ, Rhodiorum roſa, Siciliæ tricrurium, Duo numiſmata Chiorum apud antiquarios viſuntur æreum, & argenteum. In ærei altera ſuperficie eſt Sphinx alata racemum pede ſiniſtro anteriore tenens, in altera ſuperficie σκαπάνη luctatorum cum inſcriptione, Λαμπρὸς Χῖος, nimirum Lamprus παλαιστὴς erat. Et ex ligone oſtendit ſe lucta viciſſe Olympia, vt de Milone Theocritus dixit.*

Ὤχετ' ἔχων σκαπάναντε, καὶ εἴκατι τουτόθε μᾶλα.

In argentea nummi altera ſuperficie eſt Homeri caput cum titulo ΟΜΗΡΟΣ, *in altera Sphinx pennata, & titulus* ΧΙΩΝ. *apparet planè, vt diximus, Chiorum inſigne Sphinga fuiſſe.* Sed de Chiorum

inſignibus

insignibus alibi commodiore loco nos etiam fusiùs dicemus. Hæc ratio, quamuis in Smyrnæis leuis est, in Chiis tamen non minimum habet momenti. Nam præter hoc numisma habent alias rationes sanè graues, quibus & hæc, quæ per se quibusdam futilis esse videretur, fulcitur. Homeridarum dumtaxat familia, Domus Homeri, Vicus Homeri dicti, & quæ inferius addentur grauissimorum hominum testimonia, & quod maximum est in hoc negotio, ipsius Homeri. Illud etiam hîc obiter adnotandum non Chium solum, & Smyrnam ad ciuem suum sibi asserendum numismate, in quo effigies vindicandi, & nomen vrbis exsculptum cernebatur, vsas fuisse in ea antiquitate, sed posterioribus etiam temporibus ab aliis id ipsum vsurpatum, vt videmus satis manifestè in nobilissima Parthenope, quæ complures abhinc annos, vt litem, quæ ab aliis moueri poterat de ciue suo sancto Ianuario Præsule Beneuentano, penitus dirimeret, nummum cudit, in cuius vna parte Diui Ianuarij effigiem, & nomen; alia nomen suum exculpsit: idque nobis, qui nihil nisi sapientia, Antonius Caracciolus Clericus Regularis in Historica demonstratione, de patria sancti Ianuarij repręsentauit: & ante eum Franciscus Antonius Purpura I. C. præstantissimus, & nunc Montis Marani Præsul in Responso pro Monachis Basilianis contra Cassinates pag. 24. expressit. *Extant nummi ærei, quorum nonnulli apud me seruantur, in altera quorum parte adest D. Ianuarij Effigies, & Latinis literis nomen, altera Græcis.*

literis ΝΕΑΠΟΛΙΣ. Hoc argumentum nisi aliunde quid obstat, nec leue nec futile iudicabitur. Numismata enim sic visa non priuatim sed publicè per manus omnium etiam exterorum volitant, ingentique astu ab eruditioribus conquiruntur, quibus cum omnes acquieuerint, nec vel verbo, vel scripto edito contradixerint, manifestè animorum omnium etiam prætendentium tacitus consensus in re illa, de qua agitur, asserenda concluditur. Quî enim fieri potest, in eo dissidio, vt vno sibi causam asserente, & victoriam signo illo publico veluti buccinâ promulgante, alter cum eo decertans, sciens taceat, nec hiscere audeat?

Vnus, quod ipse sciam, Alcidamas Rhetor nescio quis, vt refert Aristoteles 2. Rhet. cap. 23. temerè satis tot in Homerum officia Chios ideò contulisse fatetur, non quod ciuem suum assererent, defenderentque sibi propria ab vsurpantibus, sed quod hominem carum, & eruditum, siue sapientem honore afficerent, more aliarum gentium, quæ sapientes honorare suescunt. En verba, καὶ ὡς Ἀλκιδάμας, ὅτι πάντας τοὺς σοφοὺς τιμῶσι. Πάριοι γοῦν Ἀρχίλοχον καίπερ βλάσφημον ὄντα τετιμήκασι. καὶ Χῖοι Ὅμηρον οὐκ ὄντα πολίτην, καὶ Μιτυληναῖοι Σαπφῶ, καίπερ οὖσαν γυναῖκα, καὶ Λακεδαιμόνιοι Χίλωνα τῶν γερόντων ἐποίησαν, ἥκιστα φιλόλογοι ὄντες, καὶ Ἰταλιῶται Πυθαγόραν, καὶ Λαμψακηνοὶ Ἀναξαγόραν ξένον ὄντα ἔθαψαν, καὶ τιμῶσιν ἔτι καὶ νῦν. καὶ Ἀθηναῖοι τοῖς Σόλωνος χρησάμενοι νόμοις εὐδαιμόνησαν, καὶ Λακεδαιμόνιοι τοῖς Λυκούργου. καὶ Θήβησιν ἅμα οἱ προστάται φιλόσοφοι ἐγένοντο, καὶ εὐδαιμόνησεν ἡ πόλις, id est.

Et

Et vt Alcidamas, quod omnes ſapientes honorant. Parij igitur Archilochum, quamuis maledicum honorarunt, & Chij Homerum, qui non erat ciuis, & Mitylenæi Sapphonem, quamuis eſſet mulier, & Lacedæmonij Chilonem in Senatorum numerum receperunt, cum eſſent minimè ſtudioſi eruditionis. Et Itali Pythagoram, & Lampſaceni Anaxagoram, qui peregrinus erat, ſepeliuerunt, & honorant etiam nunc, & Athenienſes Solonis vſi legibus felices fuerunt; & Lacedæmonij legibus Lycurgi; & Thebis ſimul atque præſides Philoſophi electi ſunt, & felix fuit ciuitas. Ergo dicto Alcidamantis Homerus Chius minimè fuit, licet à Chiis honoratus. Etſi cõcederem verum eſſe, apud omnes ſapientes in honore eſſe, quod ſanè dubium eſt, & confeſſione omnium apud pauciſſimos id in vſu eſſe, pro certo habeatur, Alcidamantis tamen argumentatio nihil concludit, cum adducta ab ipſo exempla omnia, ſaltem maior eorum pars aliud nobis innuant. Neque enim Parij Archilochum, & Lacedæmonij Chilonem, & Sappho Mitylenæi, & alij alios maximi fecerunt, quod ingenio, omnîque doctrina præſtarent. Nam non deerant alij, qui iis artibus æquè, ne plus addendo nonnullorum manes offendam, valerent, quibus honos ſimilis deferendus videbatur; ſed quod ciues ſuos, etſi in aliis rebus non ita perfectos, in ſcientiarum tamen artibus ac prudentia, præter alios abſolutiſſimos experirentur. Ideoque aliis nationibus, quæ ſummos viros ſe habuiſſe gloriabantur, inferiores eſſe iudicarentur, inuito ſæpe ſæpius genio, quo ſimiles artes aduer

aduerſabantur, ciues ſuos multis officiis collatis, minimè aliis viliores eſſe demonſtrarunt. Parij ergo Archilochum quamuis maledicum, Sappho Mitylenæi licet fœminam, Chilonem, & Lycurgum Lacedæmonij, licet ſapientiæ minimè animum aduerterent, & Solonem Athenienſes. omnes ciues ſuos (de Anaxagora, ac Pythagora alia ratio eſt) honore debito affecerunt. Solîne Chij, nullum, qui ſaperet, habuerunt, quem colerent? & plurimos habuiſſe, ſi hiſtoriæ fides vera eſt, hiſtoria ipſa comprobatur, ſed aliunde auocato immortales, ac ſingulares honores decernunt? Non potuit id eſſe. Quare fraus Alcidamantis in eo eſt, Homerum Chiis eripit, vt Smyrnæis, ſiue aliis Ciuitatibus Aſiæ, ex quibus ipſe genus ducit, concedat. Et tamen alterius vrbis iura in Homero ſibi vindicando leuiora ſunt. Tollatur Chiis, reliquæ vrbes ſibi Homerum aſſerendo non ita ἄλογοι iudicabuntur. Quin imò argumento Alcidamantis Homerus Chius eſt, quod ita efformo. Parij Archilochum, quamuis maledicum, Mitylenæi Sappho quamuis fœminam, Lacedæmonij Chilonem & Lycurgum, quamuis rerum, quas illi profitebantur, ignari, Thebani Philoſophos, & Athenienſes Solonem, omnes ciues ſuos, quia ſapientes, in pretio habuêre: ergo & Chij ciuem ſuum Homerum virum ſapientiâ præclariſſimũ ſummis honoribus, ac officiis complexi ſunt. Quem ſi ciuis non fuiſſet, honoraſſent quidem ſed vt ſapientem, nec ita ſtuduiſſent, vt reliquas vrbes cultu ſimili anteuerterent. Pythagoræ

verò

verò multa ſunt in Italos beneficia. Anaxagoræ mortuo, ne impij eſſent Lampſaceni iuſta perſoluerunt. At nihil ſimile de Homero in Chios commemoratur. Ideo reliquum eſt, eos, vt Chium, & ciuem ſuum, honoraſſe.

Quarta ratio primo quidem intuitu non ita grauis: verùm ſi penitiùs conſideretur maxima illa quidem eſt, ab hiſtoria ipſa petita. Certamen quippe Homericum tradit Argiuorum Senatus conſulto Homero, quia de illis optimè in Iliade eſſet loquutus, munificis donis excepto, & æreâ ſtatuâ illi erectâ certis die, menſe, & anno ſacrificium decretum fuiſſe. Quod cum illis non videretur ſatis, aliud ſacrificium quinquennale Chium mittendum. τῶν δὲ Ἀργείων οἱ προεστηκότες ὑπερβολῇ χαρίεντες ἐπὶ τὸ ἐγκωμιάζεσθαι τὸ γένος αὐτῶν ὑπὸ τοῦ ἐνδοξοτάτου τῶν Ποιητῶν, αὐτὸν μὲν πολυτελέσι δωρεαῖς ἐτίμησαν, εἰκόνα δὲ χαλκῆν ἀναστήσαντες ἐψηφίσαντο θυσίαν ἐπιτελεῖν Ὁμήρῳ καθ' ἡμέραν, καὶ κατὰ μῆνα, καὶ κατ' ἐνιαυτὸν, ἄλλην θυσίαν πενταετηρίδα εἰς Χίον ἀποστέλλειν. *Argiuorum primates maximo elati gaudio, quod genus eorum à glorioſiſſimo poëta celebraretur, eum magnificis donis cohoneſtarunt; & æreâ ſtatuâ erectâ determinarunt ſacrificium Homero offerre ſecundum diem, & menſem, & annum, aliudque ſacrificium quinquennale Chium mittere.* Dic ſodes, quænam cauſa Argiuos impulit, vt eo decreto ſtatuerent Homero etiam Chij ſacrificandum? Dignitas Vrbis non potuit, quæ licet maxima eſſet, erant nihilominus in Græcia nobiliores, excellentiores, Argiuis viciniores; multæ etiam aliæ ob

Deorum

Deorum delubra, & frequentem Græcorum Senatum augustiores, sanctiores. In quibus si sacrificium factum fuisset, maior vtique Homeri laus emersisset. Et Chios insula parui circuitus spatio circumscribitur, ita non poterat cæteras alias suas magnitudine anteuertere. O prudens Argiuorum Senatus, intra domesticos parietes habes πολυχρύσους Μυκήνας, vnde etiam Homerus Μυκηναῖος audiri meruit; proximam Athenarum arcem venerandam, quæ etiam sibi Homerum asserunt, & adhuc decertãt, ad eas sacrificium mittendum. Delos ipsa Apollini sacra, Rhodos Colosso spectabilis, vel Smyrna Æolensium colonia minimè erant Chio postponendæ. Caue ne hoc sacrificio Homerum ipsum, cui gratus esse conaris, excrucies, ac reliquas Orbis vrbes reddas infensas. Tantúmne Chij honor tibi cordi est? Prudentissimum hoc Argiuorum Senatusconsultum, non vnius, aut alterius, qui & affectibus vinci, nec modum sibi in extollenda Chio præscribere poterant, sed omnium ciuium vnanimi consensu firmatum, quid aliud nobis, quàm Homerum esse Chium innuit, quando neglectis cæteris vrbibus Chion solam elegit, in quam quinquennale mitteret sacrificium? Cùm de Homero ageretur, & res illius tractaretur, non ad externos, & aduenas, sed ad amicos, & conciues recurrendum erat. Noluit paternos Homeri manes, noluit auita illius simulacra, ac Deos protectores, si sibi sacrificium soli reseruasset, offendere. Voluit sacrificio etiam Chij peracto, quo se aliena sibi non vindicare quodammodo

dammodo fatebatur, infenſos placare. Et certum huius argumentum à quonam potius, vel melius habere potuit, quàm ab Homero ipſo, præſente tunc ad omnia, & laudante, & plaudente. Cuias eſſet Homerus carminum illorum auctor, vt non tantum illi, ſed & patriæ, ita vti meritus erat gratiam, & haberent, & referrent, ab Homero ipſo ſæpius ſciſcitantes extorquent. In tanta rerum neceſſitate vinci paſſus eſt; nec potuit quod ſuæ debebatur patriæ in alienarum vrbium honorem exſoluere. Quare patriam, pro qua, ſi ea frui liceat, mortem oppetēdam eſſe ſæpius enunciarat, aperit, & Argiuis manifeſtat. Chius ſum; Honos, ſi quis eſt, Chiis tribuendus. Chion quæ me genuit, ac fouit, & in qua maiorum meorum, quæ reliqua ſunt requieſcunt, collatis beneficiis, ac meritis officiis honorate. Argiui igitur eo ipſo audiente, & laudante ſacrificium quinquennale Chium mittendum edicunt. Ἐψηφίσαντο θυσίαν ἐπιτελεῖν Ὁμήρῳ καθ' ἡμέραν, καὶ κατὰ μῆνα, καὶ κατ' ἐνιαυτόν. ἄλλην θυσίαν πενταετηρίδα ἐς Χίον ἀποστέλλειν. *Determinarunt ſacrificium Homero offerre ſecundum diem, & menſem, & annum; aliudque ſacrificium quinquennale Chium mittere.* Quis autem ſit hic mos Græcorum καθ' ἡμέραν; καὶ μῆνα, καὶ κατ' ἐνιαυτὸν pleniſſimè egimus tractatu de temporum antiquorum, & præcipuè Græcorum menſura.

HOME

HOMERVS CHIVS EST, *auctoritate Simonidis, Pindari, Theocriti, Euthymenis, Constantini Imperatoris, Themistij, Claudiani, Pauli Silentiarij, aliorúmque recentiorum.*

CAP. XIV.

QVINTA ratio, quæ in historiæ fide asserenda potissima est, erit magnorum Virorum non minùs recentiorum, quàm antiquissimorum auctoritas, qui vno ore omnes Homerum Chium fuisse confitentur.

Primum inter eos locum obtinet Simonides. Plutarchus, Σιμωνίδης δὲ Χῖον. *Simonides autem Chium*, Et Vitæ Homericæ Auctor. κατὰ δὲ Σιμωνίδην Χῖος. *Vt opinatur Simonides, Chius.* Id autem affirmauit carmine Elegiaco de breuitate vitæ apud Stobæum.

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι μένει χρῆμ' ἔμπεδον αἰεί.
Ἓν δὲ τὸ κάλλιστον Χῖος ἔειπεν ἀνήρ.
Οἵηπερ φύλλων γενεὴ τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.

Quod ita vertebat Georgius Buchananus:

Rebus in humanis nulla est constantia certa,
Veridico Vates, Chius vt ore canit.
Non minus est foliis hominis gens fluxa caducis.

Certè nullus alius est hic vir Chius, siue Vates, qui foliis genus hominum comparauit, quàm ille, cuius erit carmen illud,

Οἵηπερ φύλλων γενεὴ τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.

At

At ille verſus Homericus eſt ex ζ. Iliados deſumptus. Ibi enim Hippolochus ad Diomedem:

τυδείδη μεγάθυμε τίη γενεὴν ἐρεείνεις.
Οἵηπερ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.

Erit ergō ſecundum antiquiſſimi Poëtæ Simonidis, qui non multo poſt Homerica tempora vixit,ſententiam,Homerus Chius.

Secundus Pindarus:Plutarchus, Ομηρον τοίνυν Πίνδαρος μὲν ἔφη Χῖον τε καὶ Σμυρναῖον γενέσθαι. *Homerum itaque Pindarus dixit, Chium, & Smyrnæum fuiſſe.* Vbinam Smyrnæum vocarit nobis non conſtat. Illa quæ ipſe habet Nemeor. 2. Οθεν περ καὶ Ομηρίδαι ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πόλλ' ἀοιδοὶ. *Vnde,& Homeridæ ſutilium carminum,vt plurimum cantores.* Ad Chios refert Strabo lib.14. Αμφισβητοῦσι δὲ καὶ Ομήρου Χῖοι, μαρτύριον μὲν τοὺς Ομηρίδας καλουμένους ἀπὸ τοῦ ἐκείνου γένους προχειριζόμενοι. ὧν καὶ Πίνδαρος μέμνηται. Οθενπερ καὶ Ομηρίδαι ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πολλ' ἀοιδοὶ. *Homerum quoque Chij ſibi vindicant argumento Homeridarum, qui è ſtirpe Homeri ſunt, Horum & Pindarus meminit,Vnde & Homeridæ ſutilium carminum, vt plurimum cantores.* Vide Euſtathium in Prolegomenis Homericis.

Tertius erit Theocritus antiquiſſimus item, & vetuſtiſſimus ſcriptor. Is enim in Dioſcuris Homerum vocauit Chium vatem.

——— Φίλοι δ' ἐπὶ πάντες ἀοιδοὶ,
τυνδαρίδαις, Ελένᾳ τε, καὶ ἄλλοις Ηρώεσσιν,
Ιλιον, οἳ διέπερσαν ἀρήγοντες Μενελάῳ.
Υμιν κῦδος ἄνακτες ἐμήσατο Χῖος ἀοιδὸς

Ὑμνήσας Πριάμοιο πόλιν, καὶ νῆας Ἀχαιῶν,
Ἰλιάδας τε μάχας, Ἀχιλῆά τε πύργον ἀϋτῆς.

Id eſt,

Tyndaridis, & Helenæ, & aliis Heroïbus,
Qui Troiam exciderunt , auxilium ferentes Menelao,
Vobis, ô Reges, gloriam peperit Chius Vates
Carmine celebrans Vrbem Priami, & naues Græcorum,
Et prælia Iliaca, & Achillem turrim belli.

Et in Thalyſiis,

Ὡς μοι καὶ τέκτων μέγ᾽ ἀπέχθεται, ὅστις ἐρευνῆ
Ἶσον ὄρεος κορυφᾷ τελέσαι δόμον Ὠρομέδοντος,
Καὶ Μοισᾶν ὄρνιχες, ὅσοι ποτὶ Χῖον ἀοιδὸν
Ἀντία κοκκύζοντες ἐτώσια μοχθίζοντες.

Nam & fabrum valde odi, qui conatur
Extruere domum tam altam , quàm eſt vertex montis Oromedontis,
Et Muſarum aues , quæcumque contra Chium vatem
Ex aduerſo ſtridentes incaſſum laborant.

Non alio ſenſu , quàm Iſocrates orat. Panathenaica, dum Philolacon ille ſingulare Iſocratis, reconditumque artificium explicat ingenioſè omnino, ac eleganter. Infert inter cætera, reliquos Oratores ſuis declamatiunculis, ſcriptis ab Iſocrate orationibus longiùs abeſſe, quàm ab Homeri gloria illi , qui in eodem poëſis genere elaborarunt. Καὶ προσδοκῶντας ἐπὶ παρακρούσονται τοὺς τοιούτους, ἐνάμιλλους τοὺς αὐτῶν γεγενῆσθαι, τοῖς ὑπὸ σοῦ γεγραμμένοις. κακῶς εἰδότες, ὅτι πλεῖον ἀπολελειμμένοι τῶν σῶν εἰσὶν, ἢ τῆς Ὁμήρου δόξης , οἱ περὶ τὴν

αὐτὴν

αὐτὴν ἐκείνῳ ποίησιν γεγονότες. *Quique ſperant ſi vulgus hominum deceperint ſuas declamatiunculas, cum ſcriptis à te orationibus poſſe contendere: ignari nimirum ſe longius abeſſe ab excellentia tua, quàm gloria Homeri vincuntur illi, qui in eodem genere poëſis elaborarunt.* In locum Theocriti Zacharias Calliergus Scholiaſtes, Ἠγουν ἀπέχθονται πλεῖστον ἐμοὶ, καὶ οἱ ὄρνιθες τῶν Μουσῶν πάντες τουτέστιν οἱ Ποιηταὶ, ὅσοι πρὸς τὸν ποιητὴν Χῖον, ἤτοι τὸν Ὅμηρον ἀπεναντίας ᾄδοντες ὁμοῦ, ἀντὶ τοῦ ἐρίζοντες. μάταια μοχθοῦσιν, ἀντὶ τοῦ ματαιοπονοῦσιν. Et Daniel Heinſius Theocrit. Lect. cap. 12. poſt nouam ab eodemmet interpretationem tentatam, ſubdit, *Nihil ſuauius, aut vrbanius, quam ita vocare Poëtarum omnium Principem.* Neque aliud innuiſſe Theocritum ex his veriſimile eſt, cum Ionicum appellauit Homerum,

——— Εσιγάθη δ' ἂν ὑφορβὸς
Εὔμαιος, καὶ βουσὶ Φιλοίτιος ἀμφ' ἀγελαίαις,
Εργον ἔχων, αὐτός τε περίσπλαγχνος Λαέρτης
Ειμὴ σφᾶς ὤναζαν Ιάονος ἀνδρὸς ἀοιδαί.
Silentio etiam obrutus eſſet bubulcus
Eumæus, & Philætius circa boues armentales.
Opus habens, ipſeque magnanimus Laërtes;
Niſi eos iuuiſſent carmina viri Ionici.

Nec alia mente, nec ſenſu Diotogenes Pythagoræus lib. de Regno, Homerum poëtam Ionicum appellauit, nempe vt Chiis quemadmodum & Theocritus ab aliis fruſtra arreptum ciuem reſtitueret ſuum. Χρεστὸς δὲ διὰ τὸ εὐεργετικός τε ἦμεν, καὶ ἀγαθοδότας, ὅπως δὴ καὶ λέγεται ὑπὸ τῷ Ιωνικῷ ποιητᾷ, ὡς κ' εἴη Πατὴρ ἀνδρῶν τε, Θεῶν τε.

Benignus est vt qui beneficia conferat, & bona distribuat, vnde ab Ionico Poeta rectè pater appellatur hominum, Deûmque. Et Chium primum locum inter Ionias vrbes habuiſſe certum eſt in hiſtoria, & nos ſuperiùs indicauimus.

Euthymenes in Chronicis, quem ſequutus eſt etiam Archemachus in 3. Euboicorum, vt refert Clemẽs Alexandrinus lib. 1. Stromatum, Homerum tempore Acaſti in Chio Inſula natum tradidit, Εὐθυμένης δὲ ἐν τοῖς Χρονικοῖς συνακμάσαντα Ησιόδῳ, ἐπὶ ἀκάστου ἐν Χίῳ γενέσθαι περὶ τὸ διακοσιοστὸν ἔτος ὕστερον τῆς Ιλίου ἁλώσεως, ταύτης δὲ ἐστὶ τῆς δόξης, καὶ Αρχέμαχος ἐν Εὐβοϊκῶν τρίτῳ, ὡς εἶναι αὐτόν τε, καὶ τὸν Ησίοδον, καὶ Ελισαίου τοῦ Προφήτου νεωτέρους. *Euthymenes autem in Chronicis dicit eum floruiſſe cum Heſiodo tempore Acaſti, & natum fuiſſe in Chio circiter annum ducenteſimum poſt Troiam captam. In hac autem ſententia eſt & Archemachus in tertio Euboicorũ*, &c. Hos laudat Guilandinus de Papyro pag. 70. *Archemachus in 3. Euboicorum, & Euthymenes in Chronicis dicunt eum floruiſſe cum Heſiodo, tempore Araſti, & natum fuiſſe in Chio circiter annum ducenteſimum poſt Troiam captam.*

Conſtantinus Imperator Epiſtola ad Porphyrium Optatianum, quæ præfigitur eiuſdem Porphyrij Panegyrico eidem Conſtantino dicto. *Si tantum pondus, & grauitas ſpectarentur in carmine, & Græca poſt Chium, Mæoniumve vatem; & Latina poſt ruſticum Mantuanum eloquentia ſiluiſſet.* Id innuit, mea ſententia Homerus Chius eſt. Non temerè dico, & certè ſcio, quod ſine controuerſia tale eſt, cum tamen ab aliquibus id in dubio

dubio verti noui, ne pluribus, vbi verbis opus non est, agam, ex aliorum ſententia Mæonius ſit, id namque parum ad rem noſtram facere videtur. Neque enim eodem momento Chius, & Mæonius eſſe potuit, & conſtat apud probatos Authores cum in Oratione particulæ diſiunctiuæ adduntur, *ve, vel, aut*, quod ante illas enunciatum eſt, haberi aut certius, aut notius, ſaltem ex mente ipſius enunciantis. Cic. de diuinat. *Omnia, quæ fiunt, quæve futura ſunt.* enunciauit præſentia tamquam notiora, futura tamquam minus certa. Idem de natura Deorum. *Beſtiæ quæ in Rubro mari Indiave gignuntur.* Præpoſuit Indiæ mare Rubrum tamquam magis cognitum. Hoc ipſum patet cum particula *vel.* Cicero pro Ligario: *Cuius ego induſtriæ, gloriæque faueo vel propter propinquam cognationem, vel quod,* &c. Cognationem prius expoſuit tamquam rem magis è ſuo ſenſu, & quæ illi beneuolentiæ officium certius ſuaderet. Idem cum particula *aut.* 1. Philipp. *Res ipſa aut me ipſum, aut alium quempiam inuitabit, aut dehortabitur.* De ſe ipſo enuntiat, tamquam de re ſibi magis explorata. Cum verò Authores per huiuſmodi particulas ſecundò additas enunciare volunt aliquid magis certum, cõſueuêre illis ſubiungere particulam *potius*, aut huic ſimilem. Cic. ad Q. Fratrem. *Sunt iſta quidem vel magna, vel potius maxima.* Hoc potiſſimum confirmatur ex doctrina Diomedis antiquiſſimi Grammatici, qui de particula *aut* poſt primam enunciationem ſemel addita, ita loquitur ad noſtram ſententiam aptiſſimè, tamquam illa indi-

cet rem minus certam. *Aut si semel pronuncietur, diminutiua est, & gradum habet ad inferiora tendentem: vt dicimus eum librum volo, aut pretium, vt si liber quem potissimum volo, minimè reddatur, tu quod secundum pretium.*

Themistius, cuius singularis amor, & studium Philosophiæ, ac veritatis ab omnibus prædicatur, & βασιλεὺς τῶν λόγων non immeritò audiit à Nazianzeno, Orat. 19. Περὶ τοῦ μὴ δεῖν τοῖς τόποις, ἀλλὰ τοῖς ἀνδράσι προσέχειν, quamuis videretur nihil certi statuisse, Κἀγὼ τὰ ἐκείνου ἔπη εἴτε ἐν Χίῳ αὐτὰ ἐποίησεν, εἴτε ἐν Σμύρνῃ, τῶν Ἀθήνησι γενομένων ἁπάντων προτιμῶ τε, καὶ πλείστου ἀναγινώσκειν ἐθέλοιμι. *Et ego sane nunc versus Homeri siue in Chio, siue Smyrnæ illos fortè fecerit, omnibus, qui Athenis ipsis compositi fuêre, priores habeo, ac legere malim.* Inferius tamen apertissimè Chion Homeri patriam fatetur. Et vt rationis Themistianæ vis melius intelligi possit, repetam altiùs eius verba, Ἀλλ' οὐδὲν ἴσως κωλύει, τὰ παρ' ἑτέροις ἀρχὴν λαβόντα, πλείονος σπουδῆς παρ' ἄλλοις τυγχάνειν. Ἐπεὶ καὶ Κωμῳδία τὸ παλαιὸν ἤρξατο μὲν ἐκ Σικελίας, ἐκεῖθεν ἤστην Ἐπίχαρμός τε, καὶ Ἄμορφος, κάλλιον δὲ Ἀθήναζε συνηυξήθη. καὶ τραγῳδίας εὑρεταὶ μὲν Συκιώνιοι, τελεσιουργοὶ δὲ Ἀττικοὶ Ποιηταί: σὺ δὲ τὸν μὲν Δία τὸν Φειδίου τὸν Ὀλυμπιάσι θεασάμενος, οὐ δεήσῃ τῆς Ἀττικῆς πρὸς τὸν Φειδίαν θαυμάσας. τὰ δὲ Πλάτωνος ἐνταῦθα ἔχων δημιουργήματα, οὐκ ἀγασθήσῃ τὸν δημιουργὸν τῶν ἀγαλμάτων, εἰ μὴ καὶ τὴν πατρίδα αὐτοῦ, καὶ τὴν οἰκίαν καταμάθῃ; ἔπειτα καὶ ἐν Χίῳ σοὶ πεδευτέον ἂν εἴη διὰ Ὅμηρον, καὶ διὰ Ἡσίοδον ἐν Ἄσκρῃ, καὶ διὰ Πίνδαρον ἐν Βοιωτίᾳ. Πῶς δὲ Σθάγειραν ἀτιμάσεις τὸν Σθαγειρίτην γινώσκων;

γινώσκων; πῶς δὲ τὴν Κύπρον ὅθεν ἦν Ζήνων ὁ Κιττιεύς, id eſt, *Sed nequicquam fortaſſe obſtat, quo minus quæ apud alios principium habuerunt apud alios maiori ſtudio fuerint exſculpta. Quando & Comœdia quondam in Sicilia cœpit. Vnde & Epicharmus, & Amorphus fuerunt. Athenis tamen maius incrementum eſt nacta. Tragediæ inuentores Sycionij extitêre, atque illam ſuis numeris perfectam reddiderunt Attici Poëtæ. Tu autem Iouem Phidiæ opus, quando Olympiæ vides minimè Atticæ indigebis, quo Phidiam admireris. At verò cùm Platonis hîc opera habes, nunquid auctorem talium ſignorum non ſuſpicies, niſi patriam eius, lareſque domeſticos recognoſcas? Atqui hoc argumento in Chio tibi inſtitutio capienda Homeri cauſa, in Aſcra Heſiodi, in Bœotia Pindari: Quid? nunquid Stagiram nobis probro aliquo afficies, licet non videris, cum ipſum Stagiritam noſcas? Num Cyprum, vnde Zeno Cittienſis ortus?* En vt vides nullam illuſtrium virorum patriam perquirendam, dummodo monumenta habeas, & traditas ab illis diſciplinas æquè bene poſſis haurire extra illorum patriam, & Lares. Nam ſi patria auctoris perquirenda eſſet, Chion eſſet adnauigandum, vt Homeri inſtitutionem capeſſas, Aſcram vt Heſiodi, Bœotiam vt Pindari. Licet enim nullus talium virorum patrias, quod ipſas non nouerit, neque ad illas permearit, probro afficiet, non erit tamen eruditionis cauſa ad illas commeandum, dum alibi eorum diſciplina in promptu ſit. Quemadmodum ergo Heſiodi patria Aſcra, Pindari Bœotia, Stagira Ariſtotelis, Zenonis Cypros, Phidiæ, & Platonis

Athenæ communi omnium ſuffragio eſt, ita & Homeri Chios, ad quam minimè adnauigandum, vt Homericum ingenium recognoſcas. Non enim apud quos principium res habuêre, ab iiſdem etiam exculta ſunt. Neque Patriæ ſemper ſuorum ciuium ſtudia æmulatæ ſunt, ſed quandoque apud exteras nationes maiora incrementa illa ſtudia nacta ſunt, quare non in patria, ſed vbi florent, captanda.

Claudianus Epigrammate ad Probinum, quamuis aſteriſcus nebulam infundat, ego tamen omni pignore, dicebat ad me acris cenſor Ioannes Argolus, ſanam eſſe lectionem contenderim. Ait ſe Poëta ad ſcribendum Probino viro ſpectatiſſimo modò verecundari, modò impelli ab amore ad audendum, adductis ſubinde verſiculis:

Fors iuuat audentes, Chij ſententia vatis
Hac duce non dubitem, te reticente loqui.

Vbi pro *Chij* in margine *Priſci* legitur. At Claudianus Chium vatem intelligit Homerum, qui ſententiam eam antè expreſſerat Odyſſ. η.

—— Θαρσαλέος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων
Ἔργοισιν τελέθει.

Quod maximè, vt credam, adducor ſimilitudine exemplorum: nam vt Claudianum compellandi Probinum per literas, vt pote virum principem pudor retinebat, ita & Vlyſſem ſiſtendi ſe coram rege Minoo, ex quo trepidum Pallas excitat. Vnde fit, vt omnino de Homero ibi intelligi debeat. Nam ſi reponatur vox *Priſ-*

ci,

ci,& Virgilius cum illa ſententia ſua, *Audentes fortuna iuuat*,indicatur,cur priſcus vates ſit Virgilius Claudiano præſertim nõ video : *Ego enim*, vt cum ſcriptore Dialogi de Oratoribus ſentiam,*cùm audio antiquos, quoſdam veteres, & oiml natos intelligo,ac mihi verſantur ante oculos Vlyſſes, & Neſtor*, non Petrarca, aut Boccatius.

Octauus Paulus Silentiarius elegans ſanè ſcriptor,nec contemnendus Homerum pertinaciter Chiis ipſis aſſerit in epigrammate.

Οὐδ' ἔιμε χρύσειον ἀπὸ ῥαιστῆρος Ομηρον
Στήσῃ τε φλογέαις ἐν Διὸς ἀστεροπαῖς.
Οὐκ εἰμ' ὐδ' ἔσομαι Σαλαμίνιος ὐδ' ὁ Μέλητος
Δημαγόρου. μὴ ταῦτ' ὄμμασιν Ἑλλὰς ἴδοι.
Ἄλλον ποιητὴν βασανίζετε τ' ἀμὰ δ' ἡ Μῦσαι,
Καὶ Χίος Ἑλλήνων παισὶν ἄεισατ' ἔπη.

Hoc eſt,Fauſto Sabæo Interprete:

Non ſine me ex auro fuſo ſtatuetis Homerum,
Hîc vbi fulmineus Iuppiter irradiat.
Non Salaminus ero,nec ſum natuſque Meletis
Demagori. Hoc oculis Græcia non videat.
Quærite vatem alium. Nam vos mea metra canetis,
O muſæ, atque Chios pignoribus Danaûm.

Vt vides Lector, Silentiarius ad hoc incumbit,vt Homerum nobis in Chio Inſula procreatum perſuadeat.Probare, & planum facere nititur, Homerum non fuiſſe Salaminium, ſed omnimodè Chium. In Manuſcripto antiquiſſimo, qui è Palatina in Vaticanam Bibliothecam allatum eſt,in quo Corona Meleagri, Philippi, & Agathiæ ſylloge epigrammatum Græcorum

à Constantio Cephala in capita secundum materiam reducta hoc Silentiarij epigramma sub nomine ἀδήλȣ, vel Alcæi Mitylenæi legitur, Ἄδηλον, οἱ δὲ φασὶν Ἀλκαίȣ Μιτυληναίȣ. *Ignotum, nonnulli tradunt, Alcæi Mitylenæi.* Quod si verum est, & verum esse tanti Codicis fide mihi persuadeo, Auctor, qui Chiis Homerum vindicat, multò, Paulo Silētiario, qui sub ætate Iustiniani scribebat, longéque antiquior est, ideoque & grauior, & fide dignior, & ad patriam Homeri comprobandam aptior; plus enim in historia antiquitati tribuimus, quæ vt rei gestæ vicinior, & fraude ac malitiâ hominum, siue etiam amore, & odio minus corrupta, & primâ illâ viuendi ratione simplicior rerum successus veriùs aperit, ac posteris tradit. Alcæum verò Mitylenæū Pittaco vni è septem Græciæ sapiētibus Olympiade XLII. temporibus Crœsi Lydorum regis ἀντιπολιτεύσασθαι, ideoque vetustissimum esse trita res in historia est. Quare cum in hoc epigrammate ad aliorum differentiam addatur illud, *Mitylenæi* non incongruè quis dixerit auctorem huius epigrammatis esse vnum ex nouem Lyricis, quos Græcia ante alios admirata est; ideoque hoc epigramma conscripsisse tunc cùm primum industria, ac diligentia Pisistrati Homerica poësis in vnum coaluit, dispersa anteà, &, vt ita dicam, τεταραγμένη. Tunc enim cum nouitate, ac præstantia rei omnes excitarentur, auctorémque admirarentur, & vitio gentis humanæ vnusquisque talis Poëseos opificem sibi vindicaret, & patriam aliis, quam vellet, ediceret,

ediceret, orationeque tum proſâ, tum verſâ etiam publicaret; Alcæus ſtupore, & impudentiâ nonnullorum commotus, teſtatam aliis, à ſe voluit eſſe hoc epigrammate veritaté, & Chiis teſtimonio ſuo, licet alij oblatrarent, & pertinaciter contenderent, ciuem Homerum reſtituit. Quod ſolum Alcæi teſtimonium ſexcentis Silentiarij gratius mihi, & Chiis accedet. Verùm cum iam nonnullos videam, & teſtimonio, & coniecturæ obſiſtere, illis vtcumque ſatisfaciam, & dicamus errore ſcriptoris id factum eſſe, vt pro Meſſenio, vel aliquo alio Mitylenæi obtruderetur. Quare auctoritas non erit tam antiqua, nec ſcriptoris teſtimonium tam certum recipi debet. Eſto hoc. Rem accuratius diſcutiamus, & breuiter. Epigrammatum Auctores Alcæi, quorum copia in Coronis Meleagri, & Philippi, & ſylloge Agathiæ omnibus facta eſt, duo tantum eſſe poſſunt, Alter Mitylenæus hic, de quo diximus, alter Meſſenius. Alcæum ité Meſſenium ſatis vetuſtum nobis inſinuat auctoritas Meleagri Gadareni, qui ſub vltimo Seleuco floruit, & epigrammata illa concinnauit, hic ſiquidem dum auctores, ex quibus epigrammatum coronam adornauit, recenſet, Alcæi huiuſce meminit carminibus ad Dioclem:

Ἀλκαίου τε λάληθρον ἐν ὑμνοπόλοις ὑάκινθον
Καὶ Σαμίου δάφνης κλῶνα μελαμπέταλον.

Et ſeries ipſa temporum, qua comperitur Alcæum Meſſenium ætate Philippi Regis Macedonum anno Vrbis conditæ D L. vel circiter deuicti, cui ipſe ſæpius oblatrat, & Victori Flami-

nio

nio blanditur. Alcæorum varietatem adnotauit etiam neſcio quis in eodem Codice in illud Epigramma lib. 3. Ἡρώων τὸν ἀοιδόν. Οὗτος ὁ Ἀλκαῖος οὐκ ἦν ὁ Μιτυληναῖος ὃς ἦν ἐν τοῖς χρόνοις Πιττακοῦ. *Hic Alcæus non eſt Mitylenæus, qui tempore Pittaci floruit.* Nec me fallit in editis in hoc epigrammate legi Ἀλκαίου Μεσσηνίου. Hinc notatoris iudicium veriſſimum eſt. Quæ ergo Mitylenæi non erunt, certè Meſſenio tribuenda ſunt, cui ſolo Alcæi nomine pleraque in iſta farragine tribuuntur, vt legenti ſingula, ne diutius hîc moremur, patebit. Si quis itaque per vim, inuitiſque Muſis omnibus epigramma hoc denegabit Alcæo Mitylenæo, Meſſenio omnino tribuet, neceſſe eſt. Ergo Alcæus etiam hic ab Alcæo illo Lyrico, Mitylenæôque diuerſus, ſane multis annorum Paraſangis, cùm ille bello Macedonico ante Chriſti tempora ferè C C. annos, Silentiarius poſt Chriſtum natum tempore Iuſtiniani annos ad minus D L. floreret, antiquior fuit Silentiario, & fide pro ſua antiquitate dignior, vt iam diximus. Nullus verò, quod ipſe ſciam, præter vnum Ioannem Brodæum epigramma hoc Silẽtiario tribuit, qui qua coniectura id fecerit, ignoro. Quamuis enim epigramma Pauli Silentiarij hoc Οὐδ' εἶμε, ſine titulo auctoris ſubſequatur; non ideo tamen neceſſariò Pauli eſt; ſolet enim in vnoquoque epigrammate auctoris nomen, dummodo certum ſit, repeti, vel addi illud, Αὐτοῦ, vt reliqua epigrammata percurrenti videre eſt. Quare fucum nobis fecit Brodæus, qui id Paulo inſcripſit.

Ex

Ex recentioribus Alexander Rainaldus Bibliothecæ Vaticanæ Custos Iconomachiæ lib.2.

Nec centum geminæ tantum fulsêre per orbem
Magnanimo Thebæ Alcide, aut Minoia tellus
Dictæo tantum se iactat Rege; supremis
Quantum pulchra Chios natalibus, auro, & ære,
Ac laribus fastisque, ac quinquennalibus aris
Altiloqui Vatis nitidum super extulit oras
Argiuas caput, vt resonans, memorabile, & altum
Stirpis Homeriacæ seruet per secula nomen.

Andreas Argolus in nouarum cœlestium motuum Ephemeridum ex Tychonis Brahe obseruationibus introductione, in Appendice Catalogi Ciuitatum pro differentia Meridianorum. *Chios insula patria Homeri.*

Angelitta Scaremuccia in Belisario Cant.13. de Cosmo Iosandræ filio sermonem habens,

In lui splendea gran forza, alto consiglio
Sempre à Cesar serb' incorrotta fede.
E per l'otio Schiuar leggendo apprese,
Quanto il vecchio di Chio mai scrisse, ò intese.

Antonius Brunus in Tribus Gratiis in Thalia, vbi Nicolai Peretti Archiepiscopi Sipontini scripta celebrat:

Tolse il gran Re de Persi al cieco oblio
E del età, se non del foco a i danni,
Troia ch' ordisce à morte eterni inganni
Dal gran Cieco descritta, Argo di Scio.

Et lib. cui nomen dedêre Veneres, ode in Homeri effigiem, quæ in Museio Vrbinatium Ducis asseruabatur.

Dell' odorata Scio
Questi è'l Cigno sourano.

Augustinus Mascardus Epicedio in funere Benedicti Iustiniani S. R. E. Cardinalis.

Te quibus heu lacrymis Ægei filia Nerei
Iam patribus regnata tuis Chios inclyta flebit?
Felix prole Chios, seu cum nutricibus auris
Educat, Iliacos qui dura per arma labores
Explicat, & Phrygibus fatalem cantat Achillem
Seu cum Romano natum se destinat ostro.

Bartholomæus Tortolettus ode ad Gasparem de Simeonibus orantem de laudibus Hieronymi Alcandri.

Quin ipse Chius de tumulo tuis
Homerus imo assurgit honoribus;
Delectat & magnum Maronem
Consimilem reperisse laurum.

Benedictus Falcus in descriptione Neapolis, & eius territorij. *E'l uin di Scio, anticamente detta Chios, doue nacque Homero.*

Cyriacus Anconitanus ex Elogio in Homeri sepulcro insculpto contendebat, id satis esse argumento Homerum non Smyrnæum extitisse, sed Chium, vt refert Fräciscus Philelphus epist. ad eundem illius sententiam, quamuis de patria, & ætate Homeri nihil certi apud Auctores inueniri asserat, ipse etiam Philelphus neque probat, neque omnino reprobat.

Erasmus Schmidius discursu de Insula Atlantica vltra columnas Herculis, quæ America hodie dicitur. Postquam recitasset carmina Homeri ex primo Odysseæ de Æthiopibus, eaque exami

examinasset, subdit: *Homero Chio addam alium Homerum Mantuanum Virgilium, qui sexto Æneidos, &c.*

Flauius de Flisco Bellisarij lib. 3.

Fouebat vafram vafro sub pectore vulpem
Tirtimus, & falsis lauabat fletibus ora
Non Chius Arginis Vates sic pinxit Vlyssem.

Franciscus Bracciolinus in vltima editione sui poëmatis Heroïci sub titulo: *Croce racquistata:*

E la candida Scio fra tutte loro
Auentatrice d' orride sarisse
Scio dou' hebbe radice il grand' Alloro
Ch' eresse Achille, e tenne à bada Vlisse;
E tale è'l suon de la sua tromba d' oro,
Ch' illuminò gl' estinti, è cieco visse:
Nessun fù pari à quel valore antico
Riuo di gloria, e di tesor mendico.

Franciscus Rugerius lib. 1. Carminum.

Offert vina Chios, quæ iurat Homerica; Vates
Hæc bibite, & vestro in pectore Homerus erit.
Addite aquam, vobis cautus nascetur Vlysses:
Pellite aquam, fortis nascitur Æacides.
Ah procul hinc aqua, si sapitis; mera vina bibantur,
Et merus in vestro pectore Homerus erit.

Et rursum:

Rura Chios celebrat generoso fœta Lyæo,
Rure suburbano conspicienda solo;
Vendicat illa sibi memorandi nomen Homeri,
Quo tumet æternùm ciue superba Chios

Musam

Musam hic pampineis in prælia duxit habenis,
Mæonius caneret cum fera bella senex.
Magnanimum Æaciden dum parturit ore tonanti
Non alio grauidum nectare pectus habet.
Si fas ergo sua metiri prole parentem,
Si fas è riuo noscere fontis aquam;
Heroas quanti Græcos fuit inter Achilles,
Tanti hic Græca inter vina Lyæus erit.

Franciscus Saccus Hippicion lib. 2. De Vincentio Iustiniano verba faciens:

Thracis enim rabie sceptro deiectus auito,
Hellespontiaco linquit regnata Tyranno
Littora, & Ægæas sua quam Chios asperat vndas,
Mæoneque illa suo, natôque superbit Homero,
Ausoniamque petit, veterisque cacumina Bassi.

Gaspar de Simeonibus in Panegyri Austriaca.

—— Ægæo Delos circumflua Nereo
Et Samos, & fidibus Lesbos fœcunda canoris,
Et Phœbæa Chios Thetidi gratissima sedes,
Æternum qua diua sui transmisit Homerum
Laudibus Æacidæ.

Gilbertus Cognatus annotationibus in Dial. Luciani, Simyli, & Polystrati. *Chios insula maris Ægæi, quæ habet* 28. puto 128. *milliaria in circuitu, vnde, & laudatissima mastice adfertur, & Homerus vates Chius est dictus.*

Gregorius Portius de Patria Homeri, ad Leonem Allatium.

Patria quæ fuerit Vatis perquiris Homeri,
Et quæ magniloquum protulit ora virum?

Promptus

Promptus amice Leo, quæ ſit ſeptentia, promam.
Eſt Chius, Chiis natus, & ortus auis.
Nunc Colophon, nunc Smyrna, Pylos, nunc Argos, Athenæ
Ceſſent pugnantes. Fert decus omne Chios.

Idem in Effigie marmorea ad Cardinalem Burgheſium.

Non ſi adoratâ Chios alma Lauro
Verticem cingat, vel Apollinaris
Mantuæ Cygnus, loquar auſpicato
Carmine digna.

Et Præfatione in Clio Barberinam: *Quamquam eſt ea Barberinæ Gentis maieſtas, vt in eius vnius laudes, omnes ſuas, non Methymna ſolum, & Venuſia Lyras; ſed Chios etiam, Mantuaque tubas optent impendere.*

Guilielmus Xylander annot. in Plutarch. libel. de Homero. *Cæterum de patria Homeri, quamquam ſit magna ſcriptorum diſſenſio; tamen Chium fuiſſe ferè pronunciari poteſt. Non admodum verſus moror, qui ſine auctore à Gellio referuntur, de ſeptem Vrbibus Homerum ſibi vindicantibus. Chiũ fuiſſe Theocritus in Thalyſiis, & Dioſcuris,* &c.

Henricus Stephanus ad Marcum, & Ioannem Fuggeros fratres.

Hi ſi tuliſſent Ilio quondam pedem
Præoccupaſſent Nireo
Chij Poëtæ ſplendidum præconium.
Sed oris eius gratia
Seris merebat ſi cani nepotibus
A Vate vatum principe.

Hieronymus Genuinus inter alia, hoc quo-

que de Homeri Patria Anagrammate lusit. *Homerus Poëta Iliados,& Odyssea Auctor. Mire vates.ô decus, ô sola Chij patria laus.*Vel sic: *O Chio erudita patria laus, solus emicas.*

Ioannes Argolus in suo Polyphemo Græco.

——— Ὃν βελλῷ δεινὸς τετύφλωκεν Ὀδυσσεὺς
Ὕστατον, ὃν τυφλὸν φῶς Ἑλλάδος ἐστιν Ὅμηρος,
Ὅνπερ ἔδωκε Χῖος, μεγάλων μήτηρ Χῖος ἀνδρῶν.

Ioannes Iacobus Busciardus in Periegesi maris Ægæi, ad quam inuitat Petrum Gassendium.

Ἐνθάδε Διονύσου οἶκον, καὶ πατρίδ' Ὁμήρου
Καλλιγύναικα Χίον βλέψεις.

Iacobus Philippus Thomasinus in Petrarcha rediuiuo cap. 24. de patria illius ambigua loquens. *Sed neque insolens admodum, quod de summorum virorum patria dubitatum fuerit omni sæculo, vt mittam alios, Homero vetustas variam pro sua ambitionis astu finxit patriam, quem tamen in Chio insula natum censet potior eruditorum pars, cui libens subscribo.*

Lucas Holstenius Amburgensis:

Οἰνοπότης μὲν Ὅμηρος ἐλέγχεται οἶνον ἐπαινέων
  Αἰνίζων δὲ καλλὴν πατρίδα δεῖξε Χίον.

Laudibus arguitur vini vinosus Homerus,
  Seque probat Chium laudibus ipse Chij.

Et de Poëseos speciebus dissertatione ad Academicos Humoristas Romæ pleno Purpuratorum Patrum Senatu habitâ, Homerum non semel *Chium Poëtam* nuncupauit.

Nicolaus Villanus in Capitulo Italico, in quo de Corcyra Insula tractat.

O miseri

O miseri Feaci antichi Heroi
Se tal vita viueste allora, quando
Il grand' orbo de Scio cantò di voi.

Et discursu Italico de Poësi ioculari: *Ma per essermi venuto all' orecchie con la voce di alcun Homero, non del vostro, ô Signor Allacio, da Scio, ma di vn orbo di questo paëse che aquita delli antichi Rapsodi le poësie de nostri Toscani al sono della sua ribeca ne va cantando.* Et in Parechesi item Italica ad Antonium Brunum, & Leonem Allatium.

Tu, Leon, ch'il petto honesto
D'Atenea Pallade onusto
Tornar fai la Grecia in Roma
Canterai con la tua rima
Le veraci altere lodi
De tuo' Chij paterni lidi.
Scioglierai l' antico nodo
E dirai ch' in questo nido
Il gran Cigno delle Muse
L'alto Homero iuanni mise;
E qui vide il primo lume;
Bench' il ver menzogna lime.

Petrus Castellus tractatu de Incendio Montis Vesuuij pag. 48. & 56. Homeri testimonio vtens, Chium nominat.

Petrus La Sena in Cleombroto, siue tractatu, De iis, qui in aquis pereunt, cap. 8. in quo inter alia Varronis Distichon apud Gellium de patria Homeri contra Luisinum, & Magium exponitur. *Sensus Varronis est, Ariete mortuo fieri Homero sacra: & tamen capella candida eius tumulum indi-*

cat. Sed quid hoc ad Patriam Poetæ denotandam? inquies. Liceat ingenij periculum facere; sitque satis, si à me non adeò inepta, & propudiosa effutiantur. Ænigma de Homeri patria in capella candida est: qui Græcè interpretabitur, illud percipiet. Niuis albedinem Latini candidum aiunt; vt niueus etiam pro candido vsurpatur: αἶγα χιονικὴν *si dixeris; &, vt fieri in Inscriptionibus assolet, si punctatim per capitales litteras scribas,* Α Ι Γ. Χ Ι. *annon Homeri Patria prodibit, id est* Αἰγεῖα *videlicet* Χῖος, *qua Ægeo mari alluitur, Chius?* Αἰγεῖον, *vel* Αἰγαῖον πέλαγος *cur dictum sit, docet Plinius, inquiens,* Ægæo mari nomen dedit scopulus, inter Tenedum, & Chium, verius quam Insula; Æx nomine, à specie Capræ, quæ à Græcis ita appellatur, repentè in medio mari exiliens. *Solinus hoc saxum Antandrum nominat, quod procul visentibus Capræ simile credi ait. Festus sic inquit,* Quod crebræ in eo sint insulæ quæ procul aspicientibus Caprarum imaginem, &c. *Quidquid sit hoc verissimum, quod idem Varro habet,* A Capris nominauerunt Ægæum Pelagus. *Chius autem Insula, vt ex Metrodoro, & Cleobulo Stephanus scriptum reliquit* ἀπὸ τῆς χίονος *à niue, siue, quod idem est, ab eiusmodi nominis Nympha appellatur. Habet etiam laudatum candorem marmor, quod Chium vocatur, &c Capella igitur candida siue ex Chio marmore in tumulo Homeri posita, siue niueo candore nitida Chium referebat, suique nominis notione, ac ipsa imagine, vt Ægæum mare, sic non aliam, quam quæ in eo pelago insignis erat, Insulam denotabat. Chius igitur Homerus; & in Varronis Epigrammate res olim*

olim contentiosè pugnata; necessario obuelamento prudentissimè designatur. An non ego omnium confidentissimus sum, hanc palæstram aggredi ausus, quę sciam in ea ὀλυμπιονίκην desudasse Leonem Allatium, Virum emeritum, cuius studiis vetus, recensque Græcia plurimum debet, imo quotquot vbique gentium bonas litteras amant?

Idem in Propylæo sui operis de Homeri Nepenthe effigiem Poëtæ ex Fuluij Vrsini de Imaginibus libro delineandam curauerat; & cum olim Chij nummos cuderent, expressa in iis Homeri facie, illam circulo inclusam ad numismatis speciem figurauerat, adiectâ, vt ipse mihi sæpius retulerat, ex Veteri Codice M.S. olim Iani Parrhasij Viri eruditissimi hac ad orã Græcâ inscriptione Ο ΠΑΝΤΑ ΕΙΠΩΝ, ΚΑΙ ΠΑΝΤΑ ΝΟΗΣΑΣ ΧΙΟΣ ΟΜΗΡΟΣ. Quam imaginem & ἐπιγραφὴν Ludouicus Prost, qui librum illum de Nepenthe suis typis Lugduni euulgauit, vel compendij sui causa, vel quod magis sua insignia typographica ex re sibi viderentur, supprimendas existimauit.

Philippus M. de Misenensibus, siue Misnensibus Germaniæ populis à Mysis nuncupatis carmine ad Georgium Fabritium.

Χῖος ἀνὴρ ἔθνος Μυσοὺς ἀπέφηνε δίκαιον.
Καλλίστη δ' ἀρετῶν ἐστὶ δικαιοσύνη.
Μαρτυρέειτε καὶ ἱμπειροὺς πολέμοιο γενέσθαι.
Ξυνὸν ἡ δικαιοσύνη καρτερίᾳ ἀγαθόν.

Ea ita vertit Fabritius:

Chius Homo Mysos cultores prodidit esse
Iustitiæ, qua nil pulchrius orbis habet.

Testaturque acres homines, bellique peritos.
Quantum ornant fortes pectora iusta viros.

Nos quoque elegia de Natalibus Homeri Græcè sic lusimus:

Μυρία δ' αὖ θύσουσιν ἀφαρπάξασθαι θανόντα
Ἄστεα, καὶ καλέσει σφωΐτερον ναέτην.
Αὐτοῖς ἐμφυῶτ' ἀδεῶς αὐτόχθονα. τόσσον ἄρ' εὖχος
Τοσσατίων φθιμένου ἐξετίναξε φρένας.
Ῥώμη παμβασίλεια, Κύπρος, Λυδίη τε, Μυκῆναι,
Αἰγύπτιαι Θῆβαι, Λευκανὶς Ἰταλίας.
Θεσσαλίη, Γρυνοί, Κεγχρεαί, Κνωσσός τε Μινώη.
Ταῖς οὐδ' ἠβαιὸν ἐμφροσύνης γε μέτα.
Πασάων δὲ πρώτισθαι ἑὸν ποθέουσι πολίτην,
Ἐν δ' ἔριν ἀντήβουσ' αἰὲν ὀρινομένην,
Αἱμυλίοισι λόγοισι, νόου θ' εὑρήμασι καινοῖς,
Τοῖς παίζουσ' ἀφρόνων ἠπεδανὴν κραδίην.
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶν Πύλος, Ἄργος,
Ἀθῆναι.
Κύμη, ἠδ' Ἰθάκη Λαρτιάδαο πάτρη.
Ταὶ δὴ οὐδέν γ' ἀπόναντο ποθητύος, ἣν τρέφον αὐταί.
Δὴ γὰρ δὴ Μοιράων ἄλλ' ἐπέκρηνε λίνα.
Καὶ Χίοις χαρίζαντο φέρειν τόσον ἄνδρα πολίτην,
Πρῶτον ὅταν νήσου εἰν ἁλὶ πῆξαν ἕδρας.
Τοὔνεκά μιν Χῖον καλέουσι, καλεῖ δὲ καὶ αὐτὸς
Αὐτὸν Χῖον ἑῆς μνησάμενος πατρίδος.

Ideſt, Andrea Baiano Interprete:

Innumera post fata fluent te prendere gentes,
Et patrio Ciuem constituisse solo.
Lis erit, & quisque indigenam, natumque probabit,
Tantus in exanimo corpore viuet honos.
Orbis apex Vrbs alma, Mycenæ, Lydia, Cypros
Et Phariæ Thebæ, Lucanis Ausoniæ.

Thessalaque

Thessalaque Vrbs, Gryni, Cenchræ, Minoïa Gnossos
Barbara consiliis mens quibus orba fuit.
At super hoc primi ante alios certamina ponent,
Vllis non vnquam dissoluenda modis.
Dulcisonis verbis, & acuta indagine mentis,
Queis stultum eludi corda pusilla solent.
Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Pylos, Argos, Athenæ,
Cuma Ithaceque solum nobile Lartiadis.
Attamen hi quæ animo nutribant vota, sorores
Ducere fatali non statuêre colo.
Namque dedêre Chio, tantū vt iactaret alumnum
Cùm primum Ionio conditur ipsa mari.
Vnde Chio nomen patrios quin ritè penates
Commeminit, dum se Chion, & ipse vocat.

Addentur alij inferiùs; Melchior Guilandinus, Vincentius Opsopæus, Paulus Manutius, Gulielmus Xylander, Iulius Salinarius, Gabriel Naudæus, & Sibylla, quos vide.

Arduum est, & ab omni humanitate alienum tot, ac tantos viros de Republica literaria, déque humano genere benè meritos, quorum & acumen ingenij, & in rebus perquirendis, ac diiudicandis miram solertiam, animique candorem plusquam ingenuum admirata est antiquitas, & ad hunc diem admirantur viri probi, tamquam mendaces eiicere, eorumque dicta tamquam falsitatis suspecta damnare. In aliena causa quod probabilius erat, vel verisimilius ipsi iudicabant, in medium attulerunt, non odio aut amore pulsi, sed veritatis studio. Tamquam Homero ætate proximiores, quæ Homeri erant, vel

ipſi ſcire, vel à ſcientibus auditu accipere poterant, idque tradere poſteritati. Aliena in ſui commodum ſuffurari, rapere externa, vt rem propriam potiorem faciant, abiectorum hominum, non magnorum ingeniorum: At quæ alterius ſunt, contra ius fáſque auferre, vt externo concedas, ac vindices, næ viliſſimorum crimen eſt. Quis ergo, ſi id verum non eſſet, tantos Viros Smyrnæis detraxiſſe, quod Smyrnæorum erat, dediſſéque Chiis, quod alienum, affirmabit? Erit ergo validum argumentum probatiſſimorum hominum teſtimonio, ac auctoritate firmatum. Quo Chiis Homerus concedendus.

HOMERVS SVA CONFESSIONE Chius est. Quare hymnum in Apollinem scripserit? De Homericis hymnis dubitatio. Cynæthus Chius Οἰκεῖν, Οἶκος, Οικεία, *apud* H*omerum sæpissimè ad exprimendam patriam poni. Iulij Scaligeri fœda* ἀνιστορησία. *Ionem Tragicum Chium, ab Ione Ephesio Rapsodo longè diuersum: in eo* Hy*mno patriam exposuisse suam* H*omerum eruditissimorum hominum testimonio comprobatur. Ioannis Spondani hallucinatio.* Hy*mnos, qui sub* H*omeri nomine circumferuntur Homeri scriptoris Iliados esse demonstratur. Pausanias expositus.*

Cap. XV.

Sexta ratio non aliunde quam ab ipso Homero petitur, quæ modum omnem disputationis dissoluit, & quæstionem aperit. Ipse enim Homerus de se, & sua patria sermonem habens, se Chium esse testatur. Quid erit ergo in hac re clarius? apertius? in Hymno, quem in honorem Apollinis apud Delios cecinit, ad Latonem, Dianam, & Apollinem, siue etiam ad Musas orationem dirigens, illis indicat, vt quærentibus palam facerent Auctorem hymni, & dicit eum esse cæcum, & οἰκεῖν in Chio petrosa.

Αλλ' ἄγε δὴ Λητὼ μὲν Απολλόν τε, Αρτέμιδι ξὺν
Χαίρετε δ' ὑμεῖς πᾶσαι, ἐμοῖο δὲ καὶ μετόπισθε
Μνήσασθ' ὁππότε κέν τις ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Ενθάδ' ἀνείρηται ξένος ταλαπείριος ἐλθών.
Ω Κοῦραι τίς δ' ὔμμιν ἀνὴρ ἥδιστος ἀοιδῶν
Ενθάδε πολεῖται, καὶ τέῳ τέρπεσθε μάλιστα;
Υμεῖς δ' εὖ μάλα πᾶσαι ὑποκρίνασθε ἀφ' ὑμέων
Τυφλὸς ἀνὴρ οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ.
Τοῦ πᾶσαι μετόπισθεν ἀριστεύουσιν ἀοιδαί.
Ημεῖς δ' ἡμέτερον κλέος οἴσομεν ὅσσον ἐπ' αἶαν
Ανθρώπων στρεφόμεσθα πόλεις εὖ ναιεταώσας.
Οἱ δ' ἐπεὶ δὴ πείσονται ἐπεὶ καὶ ἐτήτυμόν ἐστιν,
Αυτὰρ ἐγὼν οὐ λήξω, &c.

Id eſt:

Sed Age ô Latona, Apolloque cum Diana
Saluete vos omnes, mei autem & poſtea
Memores ſitis, quando vtique aliquis terreſtrium hominum.
Hic roget hoſpes ærumnoſus veniens:
O puellæ quis autem vobis vir ſuauiſſimus Poëtarum
Hic verſatur, & cauſa cuius maximam capitis voluptatem?
Vos valde benè reſponderitis à nobis,
Cæcus vir, habitat autem Chium ſaxoſam,
Cuius omnes in pretio poſtea erunt cantiones.
Nos autem noſtram laudem feremus quantum ad terram
Hominum verſamur vrbes bene habitatas.
Deinde id illi credent, quoniam & verum eſt,
Verum ego non deſinam, &c.

His carminibus manifeſto auctorem carminis cæcum

cæcum fuiſſe,& in Chio Inſula habitaſſe habemus. Et vt exiſtimo, nec puto me meam hanc opinionem fallere, hymnum hunc Homerus conſcripſit,cùm animo anxius doleret ſe à Theſtoride Phocenſe nequiſſimo homine deceptũ; qui Homeri carmina ſubrepta Græcis ciuitatibus veluti propria venditabat. Nam Theſtorides,cùm plurima ab Homero dictata, atque communicata,vt ait Herodotus,deſcripſiſſet,relicta Phocæa Chium conceſſit, vbi carminibus diuulgatis non tantùm laudem egregiam,ſed & fructum non vulgarem ſibi parauit; vbi id præſciuiſſet Homerus maximo ſtudio Chium properauit. Suo aduentu Theſtoridem conſcientiæ crimine pauidum diſpulit. Non ita tamen Homerus quieuit,ſed aſſiduè curis moleſtiſſimis diuexabatur, ægrè ferens peſſimum hominem, ac plagiarium adhuc per Græciam vagari abſque eo,quod puniretur:incumbebatque vt omnibus patefaceret auctorem carminũ ſe eſſe,non Theſtoridem.Hinc abreptâ occaſione Deli,vbi conuentus omnium Græcorum, & planè vniuerſalis,in hymno,qui recitari coram omnibus debebat,nomen quod iam & antea ſibi tacendum fore cenſuerat,occultat,at rem, & patriam Auctoris aliquo modo,& dubiè publicat. Ait enim feſtiuiſſimorum carminum ſcriptorem eſſe cæcum,& in Inſula Chio habitare.Et hoc ſatis ſibi eſſe ſi per Græciam euulgaretur, Οἱ δ' ἐπειδὴ πείσονται, ἐπεὶ καὶ ἐτήτυμον ἐστὶν. *Deinde quando illi credent; quoniam & verum eſt.* Non nugas ſcilicet damus,non ſciolos fallimus, id quod dicimus

verum eſt. Quare vel ſola huius rei vulgatione Theſtorides ipſe contumeliis onuſtus, prouinciam malè contra nos machinandi deſeret. Nos diu ſopitam noſtram gloriam, & alterius nequitia deturbatam reparabimus. Quare non eſt, quod de cætero res meas ſilentio inuoluam; palam fiat omnibus me cæcum eſſe, & Chij habitationem habere.

Moroſus neſcio quis dicet: Quid nobis falſa pro veris obtrudis? Primum concedimus Homerum Chij commoratum, quod etſi Homerica auctoritas nulla eſſet, adhuc concederemus. Habitatio quid ad patriam? mora quid ad natales? Romæ nunc habito, tu Coloniæ, Venetiis ille, ideone ego Romanus, Colonienſis tu, Venetus ille dicendi erimus? Ne rectam auctoris ſententiam malâ interpretandi libidine peruerſam, auerſam agas.

Alterum item eſt. Malè quæ Homerica non ſunt, pro Homericis dicendis. Hymni qui præ manibus ſunt, ſub Homeri nomine, licet dictione, ſententiâ, ac modo Homerici ſint, non tamen Homerici erunt, quaſi ab Homero conſcripti. Multorum literatorum calculo ab Homericis eiiciuntur. Et præcipuè hic hymnus in Apollinem, quem nunc laudas auctoritate Scholiaſtæ Pindarici Cynæthi cuiuſdam Chij, non Homeri eſt. En eius verba, Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ οἱ ῥαψῳδοὶ οὐκέτι τὸ γένος εἰς Ὅμηρον ἀνάγοντες. Ἐπιφανεῖς δὲ ἐγένοντο οἱ περὶ Κύναιθον, οὓς φασι πολλὰ τῶν ἐπῶν ποιήσαντας ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ὁμήρου ποίησιν. Ἦν δὲ ὁ Κύναιθος Χῖος, ὃς καὶ τῶν ἐπιγραφομένων Ὁμήρου ποιημάτων τὸν

εἰς

εἰς Ἀπόλλωνα γεγραμμένον Ὕμνον λέγεται πεποιηκέναι. Οὗτος οὖν ὁ Κύναιθος πρῶτος ἐν Συρακούσαις ἐραψῴδησεν τὰ Ὁμήρου ἔπη κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν ἐννάτην Ὀλυμπιάδα, ὡς Ἱππόστρατός φησιν. *Posthac & Rapsodi qui genus suum ad Homerum non deferebant. Celebres fuére, qui Cynæthum sequuti sunt, quos narrant multa carmina à se confecta in Homeri poësim inseruisse. Erat vero Cynæthus Chius, qui inter alia Homeri poëmata Hymnum Apollini inscriptum, composuisse dicitur. Hic itaque Cynæthus primus apud Syracusanos Homeri carmina per rapsodiam decantauit sexagesima nona Olympiade, vt Hippostratus scribit.* Incertus ponit titulum etiam libri, in quo hæc asserit Hippostratus. Κίναιθος Χῖος πρῶτος Συρακούσαις ἐρραψῴδησε τὰ Ὁμήρου ἔπη, ὡς Ἱππόστρατος φησὶν ἐν τῇ Ὀλυμπιάδων Ἀναγραφῇ. *Cinæthus Chius primus Syracusis Homeri carmina per Rapsodiam recitauit, vt Hippostratus scribit in Olympiadum descriptione.* De eo etiam dubitauit Athenæus Dipnosophist. lib. 1. siue eius Epitomator. Καὶ Ὅμηρος δὲ, ἢ τῶν Ὁμηριδῶν τὶς ἐν τοῖς εἰς Ἀπόλλωνα Ὕμνοις φησὶν Ἀπόλλων φόρμιγγα ἐν χερσὶν ἔχων χαρίεν κιθαρίζε καλὰ, καὶ ὕψι βιβάς. *Homerus, siue Homeridarum quispiam in hymnis in Apollinem: Apollo Qui tractas manibus citharam nunc dulce ferito Altius incedens, & pulchrius.* Auctor Anonymus Vitæ Homericæ. Οὐδὲν δὲ αὐτοῦ θετέον ἔξω τῆς Ὀδυσσείας, καὶ τῆς Ἰλιάδος. ἀλλὰ δὲ καὶ τοὺς Ὕμνους, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν εἰς αὐτὸν φερομένων ποιημάτων ἡγητέον ἀλλότρια, καὶ τῆς φύσεως καὶ τῆς δυνάμεως ἕνεκα. τίνες δὲ αὐτοῦ φασὶν εἶναι, καὶ τὰ φερόμενα δύο γράμματα τήν τε Βατραχομυομαχίαν, καὶ τὸν Μαργίτην. *Nihil illius existimandum*

ſtimandum eſt, præter Odyſſeam, & Iliadem. quin-immo & Hymni & reliqua, quæ ad ipſum referuntur Poëmata propter naturam & facultatem ab eo abiudicanda ſunt. Quidam illius eſſe aſſcuerant Batrachomyomachiam & Margiten. Fuluius Vrſinus in Virgilio cum Græcis ſcriptoribus collato pag. 39. *Nec enim vllo vnquam pacto perſuadere mihi potui hymnos illos Homero tribuendos eſſe, cùm aliis de cauſis, tum ob ea, quæ apud Pindari Interpretem, quicumque ille ſit Nemeorum ᾠδῇ 11. leguntur. Sunt autem hæc :* ἐπιφανεῖς ἢ ἐγένοντο, &c. verba ſuperiùs ſcripta ſunt. *Scio tamen à Thucydide hunc ipſum hymnum Homero inſcribi ; à Pauſania autem in* Μεσσηνιακοῖς, *&* Ἀργολικοῖς *ad Cererem, in Achaïcis verò ad Neptunum ; Homeri hymnos citari, qui tamen in his, qui Homero inſcripti ſunt, non leguntur ; ſi modò Pauſanias bonus harum rerum exiſtimator cenſendus eſt.* Ideoque eos pag. 141. ſub Cinæthi Chij nomine laudat, & pag. 156. de Hymno in Venerem videtur dubitare Domitius Calder. Comment. in Syluas Statij. *Hymnos præterea Homeri in Deos legimus, ex quibus Pauſanias teſtimonio ſæpè vtitur. Ego tamen certa Græcorum monumẽtorum auctoritate affirmauerim id opus eſſe non Homeri Poëtæ, quem veneramur. ſed alterius, qui Homerus Sellius Grammaticus eſt appellatus. Is enim Hymnos ſcripſit, & luſus vario carminum genere, ſolutaque oratione de perſonis Comicis, & argumenta Comœdiarum Menandri.* Benedictus Ægius notis in Apollodorum alium facit Homerum Hymnorum Auctorem. De illis videntur dubitare Caſaubonus de Satyrica Poëſi lib. 1. cap. 2.

Ioannes Baptista Pozza Elucidarij lib.1.tract.2. cap.3. Ioãnes Bernartius Scholiis in Statij Thebaidos lib.4.χ.275. & de iis quosdam dubitasse refert Politianus Epist.lib.12. prima ad Picum, & Ioannes Spondanus Proleg. de Homero, hymnos illos, Homero Sellio tribuit. *Sed hæc longè distant ab octuplici illo Homero, quem nobis inculcat Pseudo-Archilochus : & tamen non insciiu digna, vel propter Hymnos, qui nomine Homeri circumferuntur. Quos huic postremo Homero,* Sellio, *possis vindicare vt aliàs dicemus.* Videbatur etiam dubitasse Natalis Comes Mythol.lib.3. cap.17. de Luna. *At hymnographus Homerus ille, qui hymnum in Lunam scripsit, non solum in curru,*&c.

Qui similia in medium afferunt, sciant velim Homerum semper genus, nomen, & patriam occultare conatum, hîc quasi per vim, dum palam facere omnia cogeretur, in decretis persistentem ambiguo vocabulo vsum, vt possent posteri, si vellent, alio illius voculæ significatu in aliam partem distrahere. Quod si non fecisset iam lis vniuersa de patria Homeri fuisset dirempta: frustraque aliæ ciuitates repeterent. Noluit Homerus aliarum ciuitatum conatus diuertere, comprimereque impetus, quare exposuit quidem id, quod erat, sed dubietatis inuolucro adhuc incertum, ideoque verbo οἰκεῖν, *habitare* scilicet vsus est. Sed plana est verbi οἰκέω, & οἶκα apud Homerum significatio. Non enim solum habitatione, sed etiam terram patriam significat, & idem est οἰκεῖν ἐν Χίῳ, ac esse ex Chio, & Chium patriam habere: pluribus potissimum in Homero

ro exemplis ab Iliade, Vlyſſeâque petitis probari poteſt, paucis contenti erimus. Nam Odyſſ. z. cum Nauſicaa ſuam, & Phæacum vrbem, & patriam Vlyſſi exponere vellet, nullo alio, quam οἰκεῖν vocabulo ſignificauit,

Οἰκέομεν δ' ἀπάνευθε πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ
Ἔσχατοι, οὐδέ τις ἄμμι βροτῶν ἐπιμίσγεται ἄλλος.

Odyſſ. N. de donis à Phæacibus Vlyſſi datis in patriam, ſiue Ithacam conuertenti patriam nomine οἴκου declarauit.

Ἐκ δὲ κτήματ' ἄειραν ἃ οἱ Φαίηκες ἀγαυοὶ
Ὤπασαν οἴκαδ' ἰόντι διὰ μεγάθυμον Ἀθήνην.

Et inferiùs de Phæacibus, qui relicto Vlyſſe dormiente in Phæaciam reuerſi ſunt: Αὐτοὶ δ' αὖτε οἶκονδε πάλιν κίον. Odyſſ. Ω. de cæde Procorum Penelopes, dum ait, vniuſcuiuſque cadauer in patriam remiſſum patriam οἴκου nomine ſignificauit.

Τοὺς δ' ἐξ ἀλλάων πολίων οἶκον δὲ ἕκαστον
Πέμπον ἄγειν ἁλιεῦσι θοῇς ἐπὶ νηυσὶ τιθέντες.

Et Iliad. Z. de occiſis à Bellerophonte, qui ideò in patriam redire non poterant.

——— Τοί δ' οὔτι πάλιν οἶκον δὲ νέοντο
Πάντας γὰρ κατέπεφνεν ἀμύμων Βελλεροφόντης.

Et Ψ. de Ventis, qui poſt incenſam pyram Patrocli in propriam ſedem abierunt.

Οἱ δ' ἄνεμοι πάλιν αὖθις ἔβαν οἶκον δὲ νέεσθαι
Θρηΐκιον κατὰ πόντον.

Et illud etiam quod habetur Odyſſ. I. ſimillimum propoſito ex hymno certamini eſt. Vlyſſes enim non alia ratione, quàm οἴκου nomine Patriam exprimit.

Φάσθαι

Φάσθαι Οδυσσῆα πτολιπόρθιον ἐξαλαῶσαι
Υἱὸν Λαέρτεω Ιθάκῃ ἔνι οἰκί' ἔχοντα.

Hæc pauca ex plurimis, quæ in Homero ſunt ſufficiant. Nec Theocritus epigram. in Anacreontem ab hoc dicendi modo abſtinuit:

Θᾶσαι τὸν ἀνδριάντα τοῦτον ὦ ξένε
Σπουδᾷ καὶ λέγ' ἐπὰν ἐς οἶκον ἔνθῃς
Ανακρέοντος εἰκόνα εἶδον ἐν Τέῳ.

Hinc Οἰκεία pro patria ſumitur, vt aduertit Euſtathius Iliad. ν. & Odyſſ. α. & Εκπεσὼν τῆς οἰκείας, Patriâ pulſus. Et ne nimius ſim ipſe etiam ὁμηρικώτατος Plato nomen οἴκου pro patria vſurpauit in ſympoſio de Apollodoro Phalereo εἰς ἄστυ οἴκοθεν ανιὼν Φαληρόθεν. & in principio Ionis, Τὸν Ιωνα χαίρειν. Πόθεν τὰ νῦν ἡμῖν ἐπιδεδήμηκας, ἢ οἴκοθεν ἐξ Εφέσου. Fuit autem Io patria Epheſius.

Quando verò huiuſce Ionis mentio incidit, minimè prætereunda eſt Iulij Scaligeri immanis oſcitantia, & ſtupor, qui Poëtices lib. 1. cap. 46. vult hunc eſſe Ionem Chium poëtam. *Multum operæ in hoc genere poëmatis*, Dithyrambici ſcilicet, *poſuit Ion Chius, cuius nomine ſcripſit Dialogum Plato.* Perbellam hominis eruditionem. Vt multa nouit iſte vir. Vt commodè, ac ſincerè tractat antiquitatẽ. En quomodo Ion ex Chio, & Poëta Tragico, Epheſius, & Rapſodus de repente, vel vna Scaligeri deſidiâ factus eſt. Apage ineptiarum. Ion, qui Dithyrambicum carmen excoluit, fuit patria Chius, & Tragici nomen ſibi vindicauit, at cum quo in Platonis Dialogo de furore poëtico diſputatur, fuit arte, ſiue profeſſione rapſodus. Plato, Καὶ μὴν πολλάκις

γε ἐζήλωσα ὑμᾶς τοὺς Ραψῳδοὺς, ὦ Ἴων, τῆς τέχνης. *Atqui vos Rapsodos artis vestræ illius gratia, Io, Felices sæpenumero iudicaui.* Patriâ Ephesius. Idem Plato, Περὶ δὲ Ἴωνος τοῦ Ἐφεσίου ἀπορεῖ, καὶ οὐκ ἔχει συμβάλλεσθαι, ἅτε εὖ ῥαψῳδεῖ, καὶ ἃ μή. *De Ione autem Ephesio hæreat, nec possit coniicere rectè, an secus ex Rapsodicæ illius artis instituto carmina decantitet.* Et inferiùs; Ἴωνα δὲ ἄρα τὸν Ἐφέσιον οὐχ αἱρήσεται στρατηγὸν, καὶ τιμήσει ἐὰν δοκῇ ἄξιος λόγου εἶναι; Τί δέ; Οὐκ Ἀθηναῖοι μέν ἐστε οἱ Ἐφέσιοι τὸ ἀρχαῖον, καὶ ἡ Ἔφεσος οὐδεμιᾶς ἐλάττων πόλεως. *Ionem verò Ephesium non eliget Imperatorem, & in pretio habebit, siquidem pretio aliquo dignus esse videatur? Quid dicam? nonne vos etiam Ephesij olim fuistis Athenienses, & Ephesus nulli cedit ciuitati.* Argumentare mecum, Lector, vel Scaliger legit Ionem Platonis, vel non; si legit, vel intellexit, vel non. Nefas est Scaligerum, Platonem non intellexisse; si intellexit, vel malè intellexit, vel quæ intellexit per summum nefas malè aliis tradit. Si nõ legit, vt quid iudicium fert? Quare etiam in eo viro ipse culpat, quæ in eo non legit, vel lecta in alium sensum distorsit? memoriæ tantum lapsus esse non potuit, nisi etiam miram ἀνιστορησίαν addas. Si alius crimen hoc commisisset, quantas ipse Scaliger turbas cieret? Cæteris cæcutientibus ipse solus videre quonam plausu profiteretur. Et tamen ipse in medio sole cæcutit, & vel leui Minerua antiquitatem degustantibus nota, censor ipse omnium, & in pios literatorum manes iudex acerrimus, melius impostor, ac detractor insulsissimus, vel non videt, vel si videt, distorquet.

Nec

Nec Gyraldus, à quo ſua exſcripſit Scaliger, licet idem dicat, ipſum excuſat. Sed eſto aliorum πλάνη, quam ipſe non vidit, deceptus μέγα ἐπλανήθης, σὺ ὁ μέγας, ὡς σὺ μεγαφρονεῖς Scaliger. Et quod peius, aliis quoque hac inſcitiâ tuà egregiè impoſuiſti. Martinus Delrius ne reliquos referam Prolegom. de Tragœdia in Senecam lib. 1. cap. vltimo ſimilia tradit. *Ion Chius, cuius Iſocrates, Strabo, & alij meminerunt ab Ariſtophane vellicatus, tanti à Platone æſtimatus, vt eius nomine Dialogum de Poëtica inſcripſerit.*

Sed miſſa hæc, ad locum Homeri reuertamur. Præterquam quod enim Οἰκεῖν ſignificatus apud Homerum ſæpius ille eſt, qui non domum, & habitationem tantum, ſed & patriam inferat, in eo loco hymni plurimi, iique doctiſſimi viri non aliam, quàm patriæ ſignificationem agnoſcunt. & Patriam Homeri Chion eſſe volunt, vel ea ſola ratione quod Homerus dixerit,

τυφλὸς ἀνὴρ οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ.

Ante omnes ſit Sybilla, ſiue Sybillina oracula lib. 3. quæ nonniſi hunc locum reſpiciens ſcripſit Homerum ſe Chium appellaturum, carmina ſunt.

Καί τις ψευδογράφος πρέσβυς βροτὸς ἔσσεται αὖτις
Ψευδόπατρις δυσειδέα φάος ὀνοπῆσιν ἐν σὶν
Νοῦν δὲ πολὺν καὶ ἔπος δ' ἕξει ἔμμετρον διανοίας
Οὐνόμασι δυσὶ μισγόμενον, Χῖον δὲ καλέσσει
Αὐτὸν καὶ γράψει τὰ κατ' Ἴλιον, οὐ μὲν ἀληθῶς
Ἀλλὰ σοφῶς. ἐπέεσσι γὰρ ἐμοῖς μέτρων τε κρατήσει.
Πρῶτος γὰρ χείρεσσιν ἐμὰς βίβλους ἀναπτύξει.

Ideſt, Vincentio Obſopæo Interprete.

Quidam deinde senex falsorum scriptor, & ipsam
Mentitus patriam, nascetur, lumine captus
Ille quidem, verùm præclarâ mente vigebit,
Astringetque modis carmen prædulce, duobus
Mixtum nominibus, Chion quoque se ipse vocabit,
Hic res Iliacas scribet, non sicut habebunt,
Sed clarè, verbisque meis vtendo modisque
Primus enim voluet librorum scripta meorum.

Vocauit verò Ψευδόπατριν, non quia ipse Patriam mentiretur, sed quia à pluribus falsò ambiretur, & multis mendaciis Vrbes, quæ non erant ipsi pro patria assererentur. Et hunc Homeri locum non iam factum, sed faciendum Sibyllam respexisse, vel eo manifestum erit, quod nullibi vsquam aliàs in Homero simile quid reperiatur; nec potest assignari locus hoc vno excepto, in quo se Chium Homerus vocarit.

Et ex recentioribus Paulus Manutius Commentar. in Orat. Cicer. pro Archia: *Argiui, Athenienses, Rhodij hîc omissi, in Græco autem epigrammate nominati. Rursus qui à Cicerone Chij nominantur, eos Græcum non habet epigramma. Se verò Chium esse Homerus ipse tradidit in illo versu in Apollinem:* τυφλὸς ἀνὴρ οἰκεῖν δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ. Porrò nos qua ratione in epigrammate illo Galliano Chios reponenda sit, diximus superiùs.

Melchior Guilandinus de Papyro pag. 69. *Denique Simonides Poëta Lyricus Chium, cui sententiæ ipsemet Homerus calculum porrigit. Nam in hymno, quem in laudem Apollinis decantauit, ita de se ipso scribit,*

Τυφλὸς

Τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ.

Id eſt,

Vir qui luminibus captus Chion incolit altam.

De quo Poëtæ verſiculo,& omnibus Homeri hymnis, etſi Athenæus lib. 1. *Dipnoſophiſtarum addubitaſſe videtur, tamen Thucydides, qui illum multis ſeculis anteuertit.* &c. Vide infrà.

Vincentius Obſopæus Annotationib. in lib. 1.Epigramm. cap.67. *Hîc mihi temperare nequeo, quamquam commodiore loco facere poteram, quum hactenus de Homeri patria tanta fuerit inter eruditos digladiatio, quin inſeram verſiculos, quos nuper in oratione quadam Ariſtidis reperi citantis eos ex quodam Homeri hymno, quos de ſua patria compoſuiſſe mihi viſus eſt, ſunt autem hi. Loquitur ad Muſas, quærens, quo Poëta omnium maximè delectetur.*

Ὦ κοῦραι τίς δ᾽ ὔμμιν ἀνὴρ ἥδιστος ἀοιδῶν
Ἐνθάδε πωλεῖται, καὶ τέῳ τέρπεσθε μάλιστα.
Ὑμεῖς δ᾽ εὖ μάλα πᾶσαι ἀποκρίνασθε ἀφ᾽ ἡμῶν.
τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ.

Henricus Stephanus Notis,ſiue Additionibus in epigram.in Homerum, quæ vna cum Certamine Homerico edidit.*Poſtremò addere poſſumus, vel potius debemus his epigrammatis, & præſertim iis, in quibus quaſi Homeri patria quæritur, quoſdam ipſiuſmet Homeri verſus, ex quibus cognoſcere, aut ſaltem coniicere licet, Chium patriam eius fuiſſe. In ea quidem certe domicilium ſe habuiſſe perhibet. Extant autem in quodam eius hymno vno ex iis, qui ad nos peruenerunt, eſtque is ordine primus, & eis* Ἀπόλλωνα *inſcriptus.* Ἀλλ᾽ ἄγε δὴ λητὼ μὲν, &c.

τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ, ἐνὶ παιπαλοέσσῃ.

Guilielmus Xylander Annotat. in lib. Plutarchi de Homero: *Quin ipse potius Homerus audiatur, qui in hymno in Apollinem perspicuè se, & cæcum profitetur, & Chium se patria, aut saltem Chij inquilinum fuisse affirmat.*

τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ.

Iacobus Dalecampius Annotat. in Plinij lib. 7. cap. 29. *Ambigitur multum inter doctos, cuias fuerit Homerus, & qua ætate vixerit: Chium fuisse monstrat versus ex eius hymno in Apollinem.*

τυφλὸς ἀνὴρ οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ.

Isaacus Casaubonus in illum locum Strabonis lib. 1. in quo refert Homerum suæ Patriæ non meminisse. Εἰ δὲ μὴ ἐμνήσθη τούτων, οὐ τοῦτο σημεῖον τὸ ἀγνοεῖν. οὐδὲ γὰρ τῆς αὐτοῦ πατρίδος ἐμνήσθη, οὐδὲ πολλῶν ἄλλων, ἀλλὰ μᾶλλον τὰ λίαν γνώριμα ὄντα φαίνοιτ' ἂν δόξειν οὐκ ἄξια μνήμης εἶναι πρὸς τοὺς εἰδότας. *Quod autem ostiorum Nili non meminit, id non certum est argumentum quod ea ignorauerit, nam & patriam suam, & multa alia reticuit. Sed ideo potius indicasse ea memoratu indigna videri potest, quod nimis essent nota.* Notat, *In Hymno Apollinis, quem ego cur debeamus ἀθετεῖν contra auctoritatem Thucydidis causam nullam satis magnam video, in eo, inquam, hymno hæc de se Homerus.*

Τυφλὸς ἀνὴρ. οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ.

Iulius Salinerius Annotat. in Cornelij Taciti Agricolam idem innuit. *At de Homero minimè mirum: de se enim, deque Patria nisi hæc & subobscurè.*

Κῆρυξ δ' ἐγγύθεν ἦλθεν, &c.

Et,

Ω Κοῦραι

Ὦ Κῶραι τὶς δ' ὔμμιν ἀνὴρ ἥδιστ☉ ἀοιδῶν, &c.

Et,

Τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ.

Gabriel item Naudæus Analectorum cum Antiquorum, tum recentiorum lib. 2. cap. 8. *Ego verò & illis morem geram, & tot illustrium vatum nomẽ, patriam, ac labores, è cœno, & tenebris eruam: non equidem imitabor Cymbalum illud mundi Apionem Grammaticum; qui referente Plinio libro 30. natur. histor. cap. 2. Vana sua Necyomantia quæstionem de Homeri patria septem inter vrbes tot iam labentibus annis agitatam longè magis dubiam, ac obscuram reddidit; sed quam hic fidem habere debuisset ipsi Homero, talem nodum in hymno suo ad Apollinem ita resecanti.*

τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ,

Ac cæteris eruditissimis Simonidi, Pindaro, & aliis, qui ipsum ex insula Chio oriundum fuisse testati sunt, hanc & ipsismet Poëtis, si alicubi patriæ suæ meminerunt, & quibusdam auctoribus, qui nobis in hac inuestigatione præluxerunt plenam, ac integram præstabo. Atque vt ab Architrenio, &c. Erit ergo suo testimonio Homerus Chius, & illud οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ, idem erit, ac patriâ Chius.

Nec audiendi sunt, qui dicunt hymnos illos, qui sub Homeri nomine circumferuntur, non esse Homericos. Licet enim sit vnus vel alter, qui obelisco notari possent, & deberent, potissima tamen eorum pars ab eruditis, vti genuini Homero laudantur. Nec video causam, quare hi ex Homericis eiici debeant. Inter Homerica opera, & hymnos referri scribit Herodotus:

S 4.

Κατήμενος δὲ ἐν Σκυτείῳ παρεόντων, καὶ ἄλλων τήν τε ποίησιν αὐτοῖς ἐπεδείκνυτο, Ἀμφιάρεώ τε τὴν ἐξελασίαν τὴν ἐς Θήβας, καὶ τοὺς Ὕμνους τοὺς ἐς θεοὺς πεποιημένους αὐτῷ. *Melesigenes ingressus sutrinam, præsentibus etiam aliis, poesim suam ostendit Amphiarai Thebas expeditionem, atque hymnos in Deos à se scriptos.* Suidas, Ἐπιθαλάμια, Κύκλος, Ὕμνοι, Κύπρια. *Epithalamia, Cyclus, hymni, Cypria.* Pausanias in Bœoticis, Ὅστις δὲ περὶ ποιήσεως ἐπολυπραγμόνησεν, ἤδη τοὺς Ὀρφέως Ὕμνους οἶδεν ὄντας, ἕκαστόν τε αὐτῶν ἐπὶ βραχύτατον, καὶ τὸ σύμπαν οὐκ ἐς ἀριθμὸν πολὺν πεποιημένους. Λυκομήδαι δὲ ἴσασί τε, καὶ ἐπᾴδουσι τοῖς δρωμένοις, Κόσμῳ μὲν δὴ τῶν ἐπῶν δευτερεῖα φέροιντο ἂν μετὰ Ὁμήρου γε τοὺς Ὕμνους, τιμῆς δὲ ἐκ τοῦ θείου, καὶ ἐς πλέον ἐκείνων ἔχουσιν. Quæ ita verterat Romulus Amasæus: *Iam verò, qui sunt in Poëtarum scriptis non indiligenter versati, satis norunt in Orphei hymnis singulis breuitatem summam quæsitam, neque omnino multos numero esse. Lycomedæ eos planè, qui sint, sciunt, & initiis suis concinunt; ac sunt illi quidem carminis elegantia, & ornatu primi secundùm Homeri hymnos, religionis, & sanctitatis multo hi plus præ se ferunt.* Hæc vltima ambigua sunt, & contra Pausaniæ sententiam prolata, neque facile, cuiusnam sint illi hymni, qui sanctitatis multũ præ se ferunt, cognosces. Et Orphei hymni, nescio qua ratione alios antecellãt secundum Homeri hymnos, quasi ad æmulationem Homericorum fuerint compositi. Itaque Pausanias in hymnis duo considerat, primum elegantiam, & ornatum; secundum materiam, & religionem. Si elegantiam dicendi, ac phrasium splendorem consideres,

Homerici

Homerici Orpheicis præstant, & primi dicendi sunt; si diuinitatem, ac sanctitatem, Orpheici erunt primi, cedunt Homerici, secundoque loco existimantur. Quare Græca illa ita vertenda sunt: *Carminum quidem elegantia, & ornatu Orphei hymni post Homericos illos secundi habendi sunt; si cultum diuinum, atque sanctitatem spectas Orpheici Homericos illos superant.* Neque enim tot de Diis confabulantur, nec externa immiscent, vt auditores verborum lenocinio, rerúmque vaga narratione mulceant, sed pressi, & sinceri naturam illius Dei, in quem scripti sunt, breuissimo verborum ambitu manifestant. Et hæc est genuina Pausaniæ sententia. Idem Pausanias in Corinthiacis, & Messeniacis alium eiusdem Homeri hymnum in Cererem laudat, quem cum tot aliis Homeri carminibus periisse multum dolemus.

Alij prætereà genuinos Homeri fœtus agnoscunt. Angelus Decembrius de Politia literaria lib. 1. cap. 8. *Feruntur, & eius ingenij iuuenilis minora fuisse hymni Deorum, seu diuinæ laudationes, quemadmodum ætate nostra Pontanus pentametricè diuorum laudes cecinit. Itemque Batrachomyomachia iocosum opus, vt poëtæ iunioris à iuuene quodam Carolo Aretino heroïcè translatum. De quibus opusculis si quidam fortè dubitant, ea Homeri non fuisse, quia sint styli paulo inferioris: dubitari quoque possit Priapeiam, Copam, & nonnulla eius generis à Virgilio prodita, quod cæteris eius operibus longè sint aliena.*

Lilius Gyraldus de poët. hist. Dialogo 2. *Hic, hic te volebamus, inquit, Piso. Nam cur vir sane*

doctus Homerum istum, Sellium, *eorum qui extant hymnorum auctorem putarit, abs te ego scire velim quid tu hac de re sentias. Tunc ego non equidem video cur Homero Antiquiori, hoc est Iliados, & Odysseæ cōditori, hymni, qui leguntur adscribi non possunt, tum dicendi filo, tum carminis maiestate, etsi nonnullis in locis mendosè, parumque castigatè legantur: Sed vide Piso quam in censuram me traxeris, qua tamen nulli postulo præiudicatum, quo minus, quid velit, sentiat: video enim quam temerè protulerim.*

Sebastianus Castalio annot. in Sibyllina oracula in locum supra dictum. *De Homero loquitur, qui primo hymno in Apollinem Deliadas alloquens monet, vt si in posterum interrogentur, quem Cantorem habeant, quo maximè delectentur, respondeant hominem cæcum in Chio habitantem, de se loquentem.*

Melchior Guilandinus de papyro pag. 69 *De quo Poëtæ versiculo, & omnibus Homeri hymnis, etsi Athenæus lib. 1. Dipnosophist. addubitasse videtur: tamen Thucydides, qui illum multis seculis anteuertit in tertij historiarum calce, legitimum, ac genuinum Homeri partum esse agnoscit. Pausanias quoque in Messeniacis tria Homeri carmina recitat ex hymno in Cererem, quem nusquam hodie extare testatus est iam dudum Lilius Gyraldus in opere Diis Gentium dicato Syntagmatis decimi sexti principio.*

Henricus item Stephanus præfat. ad Lectorem in Homerum Græcè, & Latinè à se editum in 16. scribit. *Quamuis autem de his quoque dubitatum*

ratum verſibus fuerit an ſint Homeri, hac tamen de re nos ambigere non ſinunt, quod à quibuſdam antiquis etiam ſcriptoribus indè afferuntur teſtimonia ſub Homeri nomine. Niſi forte Homeri eſſe nonnullos, ſed iis quoſdam alienos admixtos eſſe dicendum ſit. Et in Additionibus in epigram. in Homerum edita cum Certamine Homerico. De hoc hymno in Apollinem verba faciens, ſcribit: *Ne quis autem de hymno iſto, ac nominatim de his illius verſibus dubitet, ſciat ab Ariſtide afferri in ea quam* κατὰ τῶν ἐξορχουμένων *ſcripſit Oratiuncula. Repetam autem altius eius verba, vt quorſum hoc teſtimonio Homeri vtatur, intelligi poſſit,* Ἀλλ' ὥσπερ τὰ μηχανήματα, &c. & quod de hymnis Homericis Domitius dubitauit, Angelus Politianus non probat lib. 6. Epiſt. 1.

Petrus etiam Caſtellanus de Feſtis Græcorum in Δήλια. Et Guilielmus Canterus Nou. Lect. lib. 4. cap. 23. hymnum hunc in Apollinem tanquam genuinum Homeri agnoſcunt.

An ſint hymni iſti Homerici, cùm dubij nonnulli eorum ſint, & præcipuè hic hymnus in Apollinem, vndenam habemus eum Homericum eſſe? Si nulla alia eſſet auctoritas, vel ſola Thucydidis ſcriptoris grauiſſimi ad id probandum ſufficeret. Is enim non ſolum huius hymni auctorem agnoſcit Homerum, ſed etiam illorum carminum, quæ ſupra poſuimus, & in quibus de Homeri patria mentio fit. Hiſtor. lib. 3. Δηλοῖ δὲ μάλιστα Ὅμηρος ὅτι τοιαῦτα ἦν ἐν τοῖς ἔπεσι τοῖς δε ἅ ἐστιν ἐκ Προοιμίου. Ἀλλὰ σὺ Δήλῳ Φοῖβε μάλιστ' ἐπιτέρπεαι ἦτορ, &c. Et inferiùs. Ὅτι δὲ καὶ Μουσικῆς

ἀγὼν

ἀγὼν ἦν, καὶ ἀγωνιούμενοι ἐφοίτων, ἐν τοῖς δὲ αὖ δηλοῖ ἅ ἐστιν ἐκ τοῦ αὐτοῦ Προοιμίου, τὸν γὰρ Δηλιακὸν χορὸν τῶν γυναικῶν ὑμνήσας ἐτελεύτα τοῦ ἐπαίνου ἐς τάδε τὰ ἔπη, ἐν οἷς καὶ ἑαυτοῦ ἐπεμνήσθη,

Ἀλλ' ἄγετ' ἱλήκοι μὲν Ἀπόλλων Ἀρτέμιδι ξύν.
Χαίρετε δ' ὑμεῖς πᾶσαι, ἐμοῖο δὲ καὶ μετόπισθεν
Μνήσασθ' ὁππότε κέν τις ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
Ενθάδ' ἀνείρηται ξένος ταλαπείριος ἐλθών.
Ὦ Κοῦραι τίς δ' ὔμμιν ἀνὴρ ἥδιστος ἀοιδῶν
Ενθάδε πωλεῖται καὶ τέῳ τέρπεσθε μάλιστα
Ὑμεῖς δ' εὖ μάλα πᾶσαι ὑποκρίνασθε ἀφ' ἡμέων
Τυφλὸς ἀνήρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ.

Τοσαῦτα μὲν Ὅμηρος ἐτεκμηρίωσεν, ὅτι ἦν καὶ τὸ πάλαι μεγάλη ξύνοδος, καὶ ἑορτὴ ἐν τῇ Δήλῳ. *Quod autem hæc ita se habuerint, Homerus in primis declarat his versibus quæ sunt ex hymno Apollinis,*

Tunc tibi magnopere in Delo mens gessit Apollo,&c.

Et inferiùs. *Quod autem Musices certamen fieret, & certaturi se conferrent, his quoque versibus indicat, qui sunt ex eodem Apollinis hymno. Nam postquam Deliacum mulierum chorum celebrauit, suam laudationem his versibus finiuit, in quibus, & sui ipsius mentionem fecit:*

Verum age dum nobis adsis cum Phœbe Diana,
Vos etiam cunctæ me discedente valete:
Et memores estote mei posthac, homo si quis
Venerit huc alius peregrè, dicatque, Puellæ,
Qui vir in his versans vnquam lepidissimus oris
Pectora præcipuè demulsit vestra canendo?
Vos vno assensu sic respondete fauentes:
Vir qui luminibus captus Chion incolit altam.

His igitur argumentis Homerus manifestè probauit

uit vel priſcis temporibus ingentem conuentum, & celebritatem in Delo fieri conſueuiſſe.

Ariſtides item oratione κατὰ τῶν ἐξορχουμένων, non tantum hunc hymnum, ſed & carmina, de quibus ſermo eſt, veluti genuina Homero agnoſcit. Καὶ ταῦθ' ὅτι οὐ τοῦ παραδόξου λέγεται χάριν, ἀλλ' ἀμήχανον ἄλλως ἔχειν αὐτά. Κατηγορεῖ τὶς ἄριστος ἐπῶν ποιητὴς Ὅμηρος, τίς θ' ὡς πλεῖστον ἀνθρώποις ἀρέσκει, καὶ τῷ μάλιστα χαίρουσιν, ἢ τοῦτό γε καὶ αὐτὸς ὑπὲρ αὐτοῦ προείδετο. Διαλεγόμενος γὰρ ταῖς Δηλιάσι, καὶ καταλύων τὸ Προοίμιον εἴς τις ἔροιθ' ὑμᾶς φησίν,

> Ω Κοῦραι τίς δ' ὔμμιν ἀνὴρ ἥδιστος ἀοιδῶν
> Ενθάδε πωλεῖται, καὶ τέῳ τέρπεσθε μάλιστα
> Υμεῖς δ' εὖ μάλα πᾶσαι ὑποκρίνασθε ἀφ' ἡμέων.
> Τυφλὸς ἀνὴρ οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ.

Id eſt, *Hæc autem non ad admirationem ciendam dici, ſed quod aliter ſe habere fieri non poteſt, quidam optimus carminum concentor Homerus teſtatur, qui quam maximè hominibus placet, eoque potiſſimum homines gaudent. Vel hoc & ipſe de ſe præuidit; namque Deliadas alloquens, & Proœmium finiens, ſi quis vos interroget, ait, dicatque: Puellæ,*

> *Qui vir in his verſans vnquam lepidiſſimus oris*
> *Pectora præcipuè demulſit veſtra canendo?*
> *Vos vno aſſenſu ſic reſpondete fauentes:*
> *Vir qui luminibus captus Chion incolit altam.*

Certamen Homericum, cauſam cur illum Homerus ſcripſerit, & principium quoque indicat, ne alium nobis intrudendi poteſtas eſſet. Ενδιατρίψας δὲ τῇ πόλει χρόνον τινὰ διέπλευσεν εἰς Δῆλον εἰς τὴν πανήγυριν. καὶ σταθεὶς ἐπὶ τὸν Κεράτινον

τινον Βωμὸν λέγει Ὕμνον εἰς Ἀπόλλωνα, οὗ ἡ ἀρχή:

Μνήσομαι, οὐδὲ λάθωμαι Ἀπόλλωνος ἑκατοιο. Ῥηθέντος δὲ τοῦ Ὕμνου οἱ μὲν Ἴωνες πολίτην αὐτὸν κοινὸν ἐποιήσαντο. Δήλιοι δὲ γράψαντες τὰ ἔπη εἰς λεύκωμα ἀνέθηκαν ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερῷ. *Non diu post Delum adnauigauit, vt solemnitati interueniret, adstansque corneæ aræ hymnum in Apollinem, cuius illud principium est:*

Recordabor, neque obliuiscar, Apollinis longè iaculantis, decantauit. Quo exacto Iones ciuium proprium, & vniuersalem sibi decreuerunt; Delij scripta in albo carmina in Dianæ fano posuerunt. Tantáne erit Scholiastæ Pindari auctoritas, vt vnanimem tantorum virorum consensum euertere possit? Non credam ipse, si sapiam. Hymnum hunc vti genuinum Homeri hymnum exosculor. Eo apertissimè probo Homerum Chij incolam, Chium fuisse. Præter hos Manutius, Xylander, Casaubonus, quos supra memorauimus, alij etiam hymnum hunc veluti Homericum amplectuntur, & agnoscunt.

Hinc apparet Spondani, & aliorum, si qui sunt, error, qui faciunt Homerum Sellium auctorem hymnorum, de quo nos infrà nonnulla, qui si reliquorum esset huius in Apollinem esse non potuit. Quî enim auctor esse potuit hymni, cuius meminit Thucydides posterior, vel coæuus Menandri, cuius Dramatum argumenta scripsisse Sellium tradit Suidas. Menander ac Thucydides longo temporis interuallo inter se distant.

HOME

MVLTI AVCTORITATE PSEVDO-Archilochi Anniani tantas lites se dirimere putant: Sed frustrà. Homeri apud Veteres quot, & quinam fuerint? Concluditur Homerum, de quo sermo est, Auctorem scilicet Iliados, & Odysseæ, quidquid alij dicant, Chium fuisse. Cæteras Vrbes admiratione tanti hominis motas honorario Ciuis titulo sibi vsurpasse: Chium aliis illum admirandum, & exoptandum in lucem protulisse.

CAP. XVI.

NONNVLLI, & inter eos Iacobus Crucius quæstionem hanc quæ multipliciter legentium ingenia distorsit, ita putant posse tolli aliquando, litemque dirimi, si plures Homeros fuisse concedatur. His vrbibus, si non omnibus, eorum saltem potiori parti satisfacere putant. Adducunt auctoritatem Xenophontis de Æquiuocis, qui ait, *Homeri plures fuere quorum qui eximius Poëtarum extitit vltimus omnium, pósque Thalem Milesium inuenitur.* Prætereà auctoritatem Archilochi de temporibus secuti sunt, *Sequuti sunt anni quingenti à captiuitate Troiæ vsque ad vigesimam tertiam Olympiadem, in quibus floruerunt Homeri octo. Horum primus in Annalibus Teutei regis Assyriorum traditur, qui vigesimus septimus à Nino extitit. Hic Homerus,*

Homerus, vt ibi traditur fuit Smyrnæus, & præfectus eiusdem regis paulò antè descensum Heraclidarum in Peloponnesum anno X X. *Demophoontis regis Atheniensium, quando Pyrrhus in templo Apollinis fuit ab Oreste interemptus. Hunc sequutus est Homerus Chius, qui vt Chiensium memoria tradit, floruit arte medicinæ anno* X I X. *Melanthis regis Atheniensium. Alius fuit Homerus patria Cumæus, qui, vt ipsi Cumæi perhibent, enituit magica magis, quam literatura anno* X X I V. *Codri regis Atheniensium. Quartum ciuem suum prædiuitem Salaminenses Cyprij efferunt arte institoria inclytum anno* V I I I. *Agasti Atheniensis. Biennio pòst emersit Homerus Colophonius, quem illorum annales migratione Ionica prædicant effulsisse arte pictoria simul, & sculptili. Sextus fuit Atheniensis, qui, vt ipsi scribunt, illustris reuocatione abolitarum legum, & nouarum latione floruit sub Archippo. Septimum Argiui habent Musicæ, atque Geometricæ disciplinæ præceptis admirabilem anno decimo septimo Diogeneti Atheniensis. Vltimum hunc Homerum ætas nostra cernit, qui Olympiade* X X I I I. *& à Troiæ excidio anno quingentesimo, patria Mæon Olympico certamine victor iudicio totius Græciæ, eximius Poëtarum est habitus, & ei soli ius tributum emendandi characteres, & nomina, & linguam Græcam, quæ, vt ferunt, Cadmus Samothrax ferè barbarè, & plenam ruditatis attulit, sub excidium Troianum, cùm reuersus esset à fuga, quam inierat ob certamen, quod illi Prisca vxor intulerat propter nuptias superinductæ Armoniæ. Sunt ergo nunc characteres, ab Homero forma elegantiore. Nam primi barbariem quandam vetustam, & non*

Phœnicam,

Phœnicam ferebant, quia nihil Phœnicum habent, vt cernimus, ſed Galatarum, & Mæonum figuras retinent. Idem Homerus reformauit characteres, & Grammaticæ præcepta primus dedit, cum antea quiſque ſermone ſcriberet ſimul, & loqueretur vernaculo. Quæ profectò etiam Italia, quæ & magna Græcia ſuſcepit. Octo iſtis Homeris, octo, ſaltem ſeptem Vrbibus, ſatisfaciunt.

Præclarè ſanè actum eſſet de Patria Homeri, ſi nugamenta iſthæc, & anicularum deliria locum apud ſaniores homines haberent. Annij ſomnia ſunt, ſub Auctorum ſpecioſo nomine diuendita. Quid? πρόσωπον τηλαυγές. ſi acutius introſpicias, ſi res velatas examines, nuſquam illis vel ſtultiora, vel abſurdiora vidiſti. Nata ſunt ad veræ hiſtoriæ ruinam. Hæcne etiam humano generi deerant, quibus minimum lumen, quod in antiquitate habet, vel obſcuraret, vel euerteret? Miſeram hominum conditionem! Paruáne erant, quæ quotidie in propria ſæuiens peſſimus quiſque in eius perniciem, & mortem machinatur, niſi etiam in hæc tempora nequiſſimi naſcerentur, qui variis nugis, figmentiſque, quod ſupererat lumen rationis deſtruerent? Mirum quantum eſt nonnullos in ea animum aduertiſſe, & ex illis veluti ex oraculo argumenta deſumpſiſſe, quibus, vt ipſi malè opinantur, veritatem hiſtoriæ adſtruerent, cùm tamen eam miſeris modis labefactent. Viderunt id ſani homines, & doctiſſimis monumētis, veluti programmate, ignominiam, ac ſcelus detexerunt, fraudem aperuerunt, mendacia, quibus ſcatēt mon-

ſtra illa eliminarunt. Sed nondum veritati prouiſum. Sunt quibus benè olent, ſunt qui fouent, ſunt qui ea hiſtoricis monimentis infarciunt, & niſi ex illis loquantur, loqui neſciunt. Quid hîc referam Franciſcum Taraffam, Florianum Ocampium, Hieronymum Romanum, Antonium Beuterum, alioſque qui ſua à ſuppoſititiis libellulis conſarcinarunt. Ne idem agam, & ſæpius ab aliis repetita repetam, lege ſis Ioannem Goropium Becanum Originum Antuerp. lib. 4. Gaſparis Barrerij Luſitani cenſuram de Beroſo, fictiſque ab Annio hiſtoricis, Benedictum Pererium in Danielem, Antonium Auguſtinum Antiquitatum Romanarum Dialog. x i. Ioannem Spondanum Proleg. in Homerum, Octauianum Ferrarium lib. de origine Romanorum.

Vnúmne ergo tantum Homerum fuiſſe in tota antiquitate cenſes? Nequaquam, ſed plurimos, partim nobis notos, & qui ſcriptorum ſolertiâ nomine tenus ad nos peruenêre: partim quos temporis edacis comes obliuio abſorpſit. At non eos ipſos, quos fictitia Commentaria nobis ingerunt. Quorum omnium ne vnum quidem vnquam extitiſſe crediderim, niſi quem ipſa ponunt vltimum fuiſſe, ſi illa ad Homerum, de quo nobis eſt ſermo, referenda ſunt. Quod vt concedamus tempora ipſa non concedunt, ſed Homericorum temporum examen alio tractatu reſeruamus.

Fuêre ergo Homeri plures. Ioannes Tzetzes Proleg. in Heſiodum, Ὅμηροι γὰρ πολλοὶ γε γεγόνασιν ἕτεροι, ζήλῳ τοῦ παλαιοῦ τὴν κλῆσιν τούτου λαμβά-

νοντες,

νοντες. *Homeri enim multi alij fuêre, antiqui illius æmulatione ſibi nomina imponentes.* Primus omnium antiquiſſimus, & Poëtarum princeps, de quo diſputatur.

Secundus Phocenſis Euphorionis filius, qui in certamen cum Heſiodo veniſſe creditur. Idem Tzetzes ibidem. Ἀλλ' ἴσως ἕτερος Ὅμηρος ἦν τοῦ Ἡσιόδου ἰσόχρονος ὁ τοῦ Εὐφορίωνος παῖς ὁ Φωκεὺς, ὁ καὶ τούτῳ τὴν ἔριν στησάμενος, κἂν τὰ ἔπη τοῦ θείου ἐκείνου ἀνδρὸς τῇ ὁμωνυμίᾳ πεπλανημένοι λέγειν τοῦτον ἐπλάσαντο. *Sed fortaſſe alius Homerus fuit Heſiodi æqualis Euphorionis filius Phocenſis, qui cum iſto in certamen venit, & licet carmina diuini illius viri nomine ſimili decepti recitare hunc finxerunt.* Vide Iſaacium Tzetzem Proleg. in Lycophron.

Tertius Homerus Byzantius Andromachi filius Euryaleæ ſcriptor. Idem ibidē: Καὶ γὰρ καὶ τοῦ Φωκέως Ὁμήρου τούτου ἕτερος ὑπάρχει νεώτερος Ὅμηρος ὁ τὴν Εὐρυάλειαν ποιήσας. Ἦν δὲ ἔτι παῖς Ἀνδρομάχου τῷ γένει Βυζάντιος. *Etenim, & Phocenſis huiuſce Homeri alius iunior Homerus eſt, qui Euryaleam conſcripſit, filius Andromachi genere Byzantinus.* Suidas, Ὅμηρος Ἀνδρομάχης, lego Ἀνδρομάχου, καὶ Μυροῦς Βυζαντίας γραμματικὸς, καὶ τραγῳδιῶν ποιητής. Διὸ συνηριθμήθη τοῖς ἑπτὰ, οἱ τὰ δευτερεῖα τῶν τραγικῶν ἔχουσιν. καὶ ἐκλήθησαν τῆς Πλειάδος. Ἤκμαζεν ἐν Ὀλυμπιάδι εἰκοστῇ τετάρτῃ, (lego ἑκατοστῇ εἰκοστῇ τετάρτῃ.) Ἔγραψε δὲ τραγῳδίας με. *Homerus Andromachi, & Myronis Byzantiæ filius Grammaticus & Tragœdus. Quapropter ſeptem illis annumeratus eſt, qui ſecundas partes inter Tragicos obtinent, & Pleiadis cognomentum habuerunt. Florui*

Olympiade centesima vigesima quarta. Scripsit Tragœdias XLV. & de Sositheo. Ἀνταγωνιστὴς Ὁμήρου τοῦ τραγικοῦ τοῦ υἱοῦ Μυροῦς τῆς Βυζαντίας. *Antagonista Homeri Tragici Filij Merus Byzantinæ.* Isaacius Tzetzes proleg. in Lycophr. Ὅμηρος ὁ νέος Τραγικός, ἔστι γὰρ καὶ ἕτερος Ὅμηρος, οὗπερ ἐγὼ τὸν Ἡσίοδον νομίζω ἰσόχρονον, κἄνπερ τὰ τοῦ παλαιοῦ Ὁμήρου μετατρέχωσιν εἰς αὐτόν, ὁ Ἀνδρομάχου Βυζάντιος δράματα ποιήσας νζ'. *Homerus iunior tragicus, est enim & alius Homerus, cui Ego Hesiodum æqualem existimo, quamuis antiqui Homeri res in ipsum referantur. Andromachi filius Byzantius conscripsit Tragœdias* 57. Scholiastes Hephest. Ἐπὶ Πτολεμαίου γεγόνασιν οὗτοι ἄριστοι Τραγικοί. Εἰσὶ δὲ οὗτοι Ὅμηρος νεώτερος, Σωσίθεος, &c. *Sub Ptolemæo hi fuêre præcipui Tragici, Homerus iunior, Sositheus*, &c. Alius eiusdem Scholiastes. Ἐπὶ τῶν χρόνων Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου ἑπτὰ ἄριστοι γεγόνασι Τραγικοί, οὓς Πλειάδα ἐκάλεσαν διὰ τὸ λαμπροὺς εἶναι ἐν τῇ Τραγικῇ, ὥσπερ ἄστρα τὰ ἐν τῇ Πλειάδι. Εἰσὶ δὲ οὗτοι Ὅμηρος οὐχ ὁ ποιητής, ἀλλ' υἱὸς ὁ Μυροῦς τῆς Βυζαντίας ποιητρίδος, καὶ Σωσίθεος, &c. *Tempestate Ptolemæi Philadelphi septem præcipui Tragici floruêre, quos propter eorum in Tragœdiis compingendis eximium splendorem, quemadmodum & astra, quæ in Pleiade sunt, Pleiada nominarunt. Fuêre autem hi Homerus non poëta ille, sed filius Myronis Byzantiæ Poëtriæ, Sositheus*, &c. Hinc corrigendus est Suidæ locus in Μυρώ. Μυρὼ Βυζαντία ποιήτρια ἐπῶν, καὶ ἐλεγείων, καὶ μελῶν Ὁμήρου τοῦ Γραγικοῦ μήτηρ, sic enim corrigo, non θυγάτηρ vt legitur, γυνὴ Ἀνδρομάχου τοῦ ἐπικληθέντος Φιλολόγου. *Myro Byzantina Poëtria scripsit*

carmina

carmina Elegiaca, & Lyrica Homeri Tragici mater, vxor Andromachi cognomento Philologi. Huius ſtatua erat in Gymnaſio Zeuxippi, talique elogio à Chriſtodoro exornata.

Ἵστατο δ᾽ ἄλλος Ὅμηρος, ὃν οὐ πρόμον εὐεπιάων
Θέσκελον υἷα Μέλητος ἐϋρρείεντος ὀΐω,
Ἀλλ᾽ ὃν Θρηϊκίοισι παρ᾽ ἠόσι γείνατο μήτηρ
Μυρὼ κυδαλίμη Βυζαντίη. ἣν ἔτι παιδνὴν
Ἔτρεφον εὐεπίης ἡρωΐδος ἴδμονα Μοῦσαι.
Κεῖνος γὰρ τραγικῆς πινυτὴν ἠσκήσατο τέχνην
Κοσμήσας ἐπέεσσιν ἑὴν Βυζαντίδα πάτρην.

Horum ſententia ſic reddi poſſe videtur:

Non ego perſpicui natum reor eſſe Meletis
Æternum, facundum illum, qui perſtat, Homerũ,
Sed quem Threicio peperit Byzantia Myro
Littore, quam teneram, & iam heroïca verba crepantem
Pegaſides pauêre. Etenim non ſegniter artem
Hic Tragicam excoluit, patriam, & Byzantida cœlo
Extulit inſignis diuino carmine vates.

Quartus erit Sellius Grammaticus, cuius ſcripta Suidas enumerat: Ὅμηρος Σέλλιος χρηματίσας γραμματικὸς, ἐποίησε τάδε, Ὕμνους, Παίγνια δι᾽ ἐπῶν εἴδη πλεῖστα. καὶ καταλογάδην περὶ τῶν Κωμικῶν προσώπων. περιοχὰς τῶν Μενάνδρου δραμάτων. *Homerus Sellius Grammaticus conſcripſit hymnos, ludicra carminum varia genera, & ſoluta oratione de Comicis perſonis. Argumenta Menandri fabularum.* Huic Sellio Spondanus tribuit Homericos hymnos, ſed perperàm. Alios item fuiſſe non dubito, qui mihi modò non occurrunt. Eorum patria certa eſt.

Nec noſtra intereſt,ſi incerta fuerit, illam peruestigare.Tantũ Homeri illius antiquiſſimi,qui Iliados; Odyſſeæque auctor,& communi omniũ ſuffragio PRINCEPS POETARVM habitus eſt, patriam inquirimus,& iam dictis inuenimus.Illum tot Vrbes exoptauerunt.Pro illo hanc prouinciam ſuſcepimus. Et cùm de eo dubitaretur, quæ certa erant in medium proferre conati ſumus.Hìc æquiuocationi nullus locus,ſi alij fuerint Pictores,Medici,Muſici,nihil refert, & impium eſſet dicere florentiſſimas Ciuitates adeò fuiſſe hebetes,vt quid inter Pictorem,Muſicum, & Poëtam diſcrimen ſit, neſcierint diſtinguere. Habeat ſua igitur Annius,& fœtus ſibi non diſſimiles foueat.Καλὸς πίθηκος, καλὸς.

Refert Tacitus vndecim Vrbes Aſiæ pari ambitione certaſſe, in quanam earum templum Auguſto ſacrum extrueretur, conatu ſimiles,viribus diſſimiles:illa nõ multum inter ſe diſtantia memoraſſe vetuſtatem generis, in populum Romanum ſtudia,& officia, in eum vniuscuiuſque pro viribus,& data occaſione diuerſa. Sententiâ omnium prælatos Smyrnæos, quod grauiſſimo in diſcrimine exercitus, ob aſperitatem hyemis,& penuriam veſtis omnes,qui adſtabant Smyrnæos detraxiſſe corporis tegmina, Romaniſque legionibus miſiſſe.Multo plures pro Homero ſibi aſſerendo decertarunt; in eum ſtudia, honores, officia pro facultate delata, quænam fuerint ſupra examinauimus. Chium prætulimus, quod validioribus eum ſibi aſtruat argumentis.Ea non viuum tantum Homerum,ſed

eo mortuo eius ſucceſſores Homeridas fouit. Nomen eius dulciſſimum in Vico, Homeri dicto, proprio priſco mutato obſeruauit ad aures, vt quem animo, & corpore viuum perceperat, mortuum memoria cuſtodiret. Quemadmodum ad hæc tempora, ruderibus domus Homericæ conſeruat; manéntque loca illa, in quibus poëmata ſua conſcripſiſſe traditur, quod publico ſigno demonſtrauit nummo in honorem eius excuſo, quo melius de eo meriti ſunt, quàm dum templum, vel ſtatuam alij erexerunt. Hoc ita eſſe Argiuorum Senatu decretum, auctoritate Antiquiſſimorum, & recentiorum, eorumque eruditorum hominum firmatum, Homerus propriâ confeſſione faſſus eſt. Quæ afferunt aliæ non ea ſunt, vt cum hiſce comparari poſſint. Quare Homerus erit Chius, ſi quæ fides in hiſtoria eſt.

FINIS.

LEONIS ALLATII
HOMERI
Natales.

ANDREA BAIANO
Interprete.

ANDREAS BAIANVS LECTORI.

HOMERI, & Nili natales si non geminos, pares quidem inter se iudico. Ambo enim, dum quæ nescio cælestia arguunt incunabula, vix adhuc in terris inuenti, nullibi & vbique fontes aperire suos, fabulis permisêre dicentibus. Quid? an non Homerus Poëtarum Nilus, vt etiam Nilus ipse fluuiorum Homerus appellandus? Vnus in ostia, seu tamquam in flumina exuberat, quibus Ægyptios sudo, & auaro semper laborantes cœlo, vdos, & frugum prodigos efficit campos; Alter verò in multo beatiores, hoc

hoc eſt, omnium ferè eruditionum, & ſcientiarum amnes exgurgitat, quibus & philoſophantium ad ſubliniora quotidie mentes erigit, & Poëtarum fœcundiora reddit ingenia. Quod ſi ille Naturæ fluuius ex terreſtri cælo ortum habere creditur: hic autem ſapientiæ, vnde, quàm ex altero? Cùm igitur in hoc natale cœlum apud Leonem Allatium arte, quâ ſolet, & ingenio, Oratoriè, & Poëticè ipſius diſſertantem Natales incidiſſem: vtroque ſanè partu, maximè verò quem Elegis purè Græcis compegerat, delectatus, veterem Amicum amicè monui, & obſecraui, ne rei huiuſmodi nouitatem, ſtylique elegantiam ſtudioſos latêre ſineret. Itaque me totidem carminibus Latinum interpretem, promiſi, & obtinui. Quantæ meæ opis fuit ne Auctorem debitâ defraudarem laude, ſtudui. Non dubito

dubito ei omnes benè de Poëſi ſentientes applauſuros. Hoc demum pro Coronide laudis, & epiſtolæ ingenuè dicam, neque plura; laborem huiuſmodi Homeri dignum eſſe Natalibus, & eiuſdem afflatum ſpiritu, atque etiam de ipſo dicendum ex parte, quod omnino à magno Baſilio de vtraque poëtæ Rhapſodia dictum fuit, Πᾶσα μὲν ἡ ποίησις τῷ Ὁμήρῳ ἀρετῆς ἐστὶν ἔπαινος. καὶ πάντα αὐτῷ πρὸς τοῦτο φέρει. Fruere ſtudiose Lector, & Vale.

ΛΕΟΝΤΟΣ
ΤΟΥ ΑΛΛΑΤΙΟΥ,
Ὁμήρου γοναί.

Θυμὲ τίη μεγάτολμος ἀπὸ χθονὸς ἴχνος ἀείρων
Ποσσὶ διαπρήσσεις αἴθραν ἐπειγομένοις;
Δηρὸν πουλὺν ἔτριψας ἐπὶ χρόνον: Ἴσχεο τόλμης:
Ἡ δ' ὁδὸς οὐκ ὀλίγη: Ἀλλὰ κέλευθα μέτρει.
Ῥείθροις οὔνομ' ἔδωκεν, ἑαῖς πτερύγεσσι πεποιθὼς
Ἴκαρος ἀφραδέως, ἴσα Θεοῖσι ῥέων.
Ὄμματα γυμνώθη Θειοπρόπος. Εἶδαρ ἐτύχθη
Κυσὶν Ἀρισταίου, Αὐτονόης τε παϊς.
Ἕρπε ἐπιχθόνιος, τί διηέριος πεπότησαι;
Φείδεο μὴ βλαφθεὶς πήμασι ῥεχθὲν ἴδῃς.
Μήμοι ταῦτ' ὀάριζε, Θεοῦ τάδ' ἐναίσιμα φαίνει
Σήματα, τοῖσι φρόνιν γ' ἰσκονέουσαν ἄγει.
Ἡ δ' ὑποκυσαμένη θειόφρονα μῆτιν, ἀρούρας
Ὄλβον ἀτιμάζω. Ῥίμφα πόλονδε θέω.
Μᾶλλον δ' αὐτὸς Ὄλυμπος ἐπὶ χθονὸς ὦρτο, βαρεῖαν
Αἶαν ἐρυσσόμενος πρὸς δόμον Οὐρανίων.
Τόσσον ἔαρ χαρίτων, φάεος πανεπόψιος αἴγλη,
Τερπωλή τε, γάνος τ' ἄμφεπεν ἡμερίους.
Δάκρυα οὐκέτ' ἔσονται ἐς ὕστερον. οἶκτον, ἀνίην,
Πένθεα θυμαλγῆ πάντα θύελλα φέρε.
Σύμμαχός ἐστι Θεὸς, τῷ καὶ δεδάηκα πυθέσθαι.
Τί πτώσσεις; Θάρσει. Αὐτὸς ὁδοῖο πρόμος.

Αὐτὸς ἔπους τ' ἔξαρχος, ἀλεξητὴρ δὲ παρέσται
Κλεινὸς Ὅμηρος, ὅου κλεινὰ γένεθλα πέλει.

Ἀρχὸς

LEONIS ALLATII
HOMERI NATALES.

ANDREA BAIANO Interprete.

Magna mihi, Mens, magna audes, quã surgere terris
Sublimẽ video, præpetéque ire pede.
Nocte, diéque diù tentas: Absiste moueri:
Longum iter hoc: Aliam quam preme, quære viam.
Remigio alarum fretus dedit Icarus vndis
Nomen dum temerè Numinis instar abit.
Sic Vates gemino orbe caret, datur ægra molossis
Pabula Aristæi, & filius Autonoës.
Serpe solo: pennas vacuo quid in aëre vibras?
Ne, caue, damna ferens, dein reputes, quid agas.
Talibus ominibus ne mecum age: Prospera cœli
Signa micant, virtus queis mihi magna venit.
Prouida mens concepta Deo, prælustria terræ
Gaudia nil duco, quo facilè astra peto.
Quin etiam polus ipse solo descendit, vt illud
Pondere inane graui lucida ad astra leuet:
Ver vbi perpetuum Charitum, & iubar omnia cingens
Lumine mortales, deliciisque replet.
Non lacrymæ, non mœror erit; quippè omnia prorsus
Tempestas secum cordis acerba tulit.
Omnipotens aderit, cui iam parere suesco
Quid trepidas? aude: Dux erit ille viæ.
Carminis ipse auctor: deerit neque clarus Homerus
Cuius in orbe dati lumina prima cano.
Qui Vatum vt modulos regat, eloquiique magistris
Monstret iter, portus desuper ipse venit.

Ἀρχὸς ἀοιδοσύνης, ῥήτρης τε θεόσδοτος ὅρμος.
    Μὴ δείμαινε χρέω, ἔνθ' ἄλις ἐστὶ λόγων.
Ἤδη θλιβομένη μογεραῖς ὠδῖνεσι κόρση
    Ζηνὸς Ἀθηναίην γείνατ' ἀειστοτόκος.
Τεύχεσι λαμπομένην, πάλλουσαν ἀρήϊον ἔγχος.
    Νεῦε δὲ κρατὶ κόρυς δεινὸν ἰεῖσα φάος.
Ἀσπίδα χειρὶ τίνασσεν ὄρεσσι πανείκελον. Εἶδος
    Σώματος οὐκ ἐρέω. Ἀφθορίησι μέλει.
Οὐδὴν καὶ ἀτέλεστον ὑπ' ἐκ πυρὸς ἐξαγε Βάκχον
    Καὶ μηρῷ ῥάψας δηθὰ πέπαινε τόκον.
Ἀλλ' ὅτε δὴ χρόνος ἦλθε, λεχὼ πάλιν εὐάδι φωνῇ
    Ἄρτεμιν ἐξεκάλει, γαστρὶ πάρεδρον ἔμεν.
Μέχρι ῥαφαὶ μογέοντος ἀπαὶ μηροῖο λυθεῖσαι
    Ἀρτιμελῆ κοῦρον ῥεῖα φόωσδε φέρον.
Καὶ γενέτης μετάμειψε φύσιν, καὶ γίνετο μήτηρ
    Ἢ μαστὸν θήσει παισὶ τροφεῖα διδοὺς;
Νόσφιν θηλυτέρων μετέχειν τόκον ἄρσενας Ἥρη
    Ἠδέσθη, ζήλῳ τ' ἄχνυτο θυμοβόρῳ.
Ἥρη Ζηνὸς ἀδελφειὴ, καὶ ὁμευνέτις, ἔνθεν
    Ἦτορ ἐκινήθη, καὶ φρένα δῶκε χόλῳ.
Ζεὺς, φάτο, τέκνα λόχευσε γυναικείων δίχα λέκτρων
    Ἐκτρέψας Μοιράων ἄτραπον ἁρμονίην.
Αὐτὴ ἐγὼν, Κρονίδαο δέμας, καὶ κάρτος ὁμοίη
    Ζηνὸς ἄτερ, πάντων τ' ἀνδρομέων ὀάρων.
Τέκνον ἐμοῖς στέρνοισι διασπείρασα φορέσσω,
    Καὶ τραφὲν ἐξοίσω καίριον ἐκ λαγόνων.
Οὐρανίδαι χθονίων ὀλοώτεροι οἷς διὸς ὁρμαὶ
    Ἀφραδέες, πινυταὶ κ' εὐφρανὲς εἰσι φράσαι.
Οὐκ ἂν τόσσος ἄνασσεν, Θεῶν δὲ ὁμήγυρις ἄλλων
    Ζάεσκ' οὐτιδανὴ, ἡ μεγάροισι γέλως,
Οὔ μευ ἐποτρύνουσαν ἐναίσιμα, καὶ φίλα θυμῷ
    Πορσύνειαν ὁμῶς, μηδέ κλονοῖντο δέει.

Ἀλλ'

Ne vel egestatem linguæ, rerumve timeto
Pauperiem, sat vbi copia talis erit.
Instabat prægnante Ioui de vertice partus
Summus, & ingruerat præuia signa dolor.
Hic Pallas munita armis, hastamque coruscans
Et cristata caput, casside, partus erat.
Ægis obit læuam, mentique simillimus vmbo
Horribili flamma fulgura sæua vomit.
Forma erat, ambrosius quali pudor imbuit artus
Atque vbi virginitas intemerata sedet.
Post modo abortiunm ex flammis produxit Iacchum;
Quod femori assatum, perficiebat opus.
Ergo puerperij maturo tempore rursus
Lucinæ insana voce ciebat opem.
Dissuto donec coxendice germen in auras
Partibus integrum protulit ipse suis.
Fit genitor genitrix naturæ lege soluta
An quoque lactanti pectore pignus alet?
Quod pueros sine matre, viro Saturnia natos
Horret: abhinc rabiem, mœstitiamque trahit.
Ipsa soror Iouis, & coniux, hinc corde furorem
Concipit, & secum talia dicta refert.
Iuppiter immoto parcarum stamine verso,
Fœmineo peperit pignora cassa toro:
Ast ego quæ similis sum mole, & viribus olli
Absque Iouis partus edere parte vetor?
Ipsa meo gestabo, satum quoque pectore germen,
Perfectumque dabo cernere solis equos.
Numina terrigenis peiora quis esse negabit,
Quæ Iouis insani facta probanda putant?
Non sic ille quidem tantus regnaret Olympo,
Fabula nec superi, ludibriumque forent.

Ἀλλ' αὐτοὶ μὲν ἄλαστα τεθηπότες, ἢ θέλον αὐτοί
  Μοῖραν ἔχουσι βίης δμωΐδες οὐλομένης.
Ἥρης εὐγενές ἐστι φρόνημα, μέγας νόος, ὕβριν
  Ἐστύγε κρειόντων, καὶ θέμιν, οὔτι θέμιν.
Ἥκειν οὐ δεδάηκα. Τό μοι φίλον ἔργον ἀνύσσω
  Θαρσαλέως. Τίς μοι δηΐος ἀντιάσει;
Υἷας ἄτερθε γάμοιο φυτεύσομαι. Ἐκτὸς ὁμεύνου,
  Νόσφι γονῆς τέξω αὐτοτέλεστα βρέφη.
Αἰγυπτιὸς τάδ' ἔρεξεν, ὅταν διάησιν ἀήτης,
  Λοίσθια περσωίας, Οὔριος ἔπνευσε γόνον.
Ἐσχατιὴν ποτὶ γαῖαν, ὅπῃ τέλει δέμνια Φοίβου,
  Ἔνθα Τάγος ῥεέθροις μίσγεται εἰναλίοις.
Ἵππων πουλὺς ὅμιλος, ἐπεὶ φρεσὶ λυσσὰν ὀρίνει
  Θερμὸς ἔρως, ζεφύρου πιμπλάνεται λαγόνας.
Πνοιῇ τ' ὀγκωθεὶς λάβρον ἔσβεσεν ἵμερον εὐνῆς.
  Ἐρχομένου δ' ἔτεος γείνατο τέκνα φίλα,
Ἴσα θέειν ἀνέμοισι πεφυκότα. οὐδέποτ' αὐτῶν
  Ἄμμος ἔδειξε ποδοῖν ἴχνια νισσομένων.
Πτῆναι κεν φαίης. Πόντοιο γὰρ οἶδμα περῶσιν
  Ποσσὶν ἀβαπτίστοις οὔνιν ἔθιξε σάλος.
Πολλάκ' ἐπ' ἀνθερίκων πολυηχέες ὁρμηθέντες
  Οὐ τὸν νέρθε βαρὺν καρπὸν ὁπλαῖσιν ἔκλων.
Ἦ, καὶ ταρσὸν ἔπηξε· φάη δ' ἀντώπιος ὦσεν
  Ἀντολίην δὲ, λέχους μνήσατο νυμφιδίου.
Ἄλλα δ' ἔναλλα δόαζεν, ὅπως ἐγκύμονι κόλπῳ
  Παῖδα τέκῃ, δίων πολλὸν ἀρειότερον.
Ζεύς δὲ πατὴρ ἐγέλασσεν, Ἔρωτί τε δείκνυεν Ἥρην,
  Καὶ Μοίραις σήμαιν' ὅσσον ἄεθλον ἔχειν.
Καὶ πρόφρων ἐπέδωκε, τὸ γὰρ καταθύμιον ἦεν.
  Τίς δ' ἔργον περανεῖ Ζηνὸς ἀναινομένου;

Ἥρη

Si quæ ego subiicio, venturaque molior ipsi
Audirent, animos nec timor ingrueret.
Mirantur miseri quidquam emutire nec audent.
Quid mihi? sic pœnas quas voluêre luant.
Nobile consilium Iunonis, & ardua mens est,
Regnantum quæ odit, persequiturque nefas.
Vt parere haud didici, efficiam quod corde voluto.
Ausa quid aduersum nostra venire queat?
Non adiuta viro, ventri quoque germina pangam,
Perfectos Pueros & sine lege dabo.
Ægypio tumuêre sinus, sobolemque dedêre,
Cum leuis inflauit viscera fœta Notus.
Phœbi vbi gemmantis thalami laquearia fulgent,
Et Tagus auriferis voluitur amnis aquis.
Cornipedes acri Veneris stimulante furore
Fœcunda ex Zephyro viscera ferre solent.
Prægnantesque aura ponunt consortis amorem,
Pignoraque effundunt tempore cara suo.
Cursu ideo ventis similes dum tangit arenam
Vngula, seu volucres desuper ire putes.
Æquora non madidis superant Neptunia plantis,
Nil segetes lædunt, si sola culta premunt.
Sæpeque dum rapido pede præuertuntur aristas
Vndantes videas, & sine labe comas.
Substitit hæc referens, oculosque infixit Eoo,
Dum socij meminit gaudia sueta tori.
His aliisque modis studia in diuersa secatur,
Pignora queis faceret nobiliora Iouis.
Iuppiter hæc ridens Iunonem ostendit Amori,
Innuit & Parcis, res ea quanta foret.
Sponteque quod coniux auido cum corde volutat
Annuit: inuito quis Ioue rem faciat?

Ἥρη νόσφι γάμων, καὶ ἀνδρομένης ἄτερ εὐνῆς
  Τρεῖς τριάδας μηνῶν κόλπιον ἦγε βάρος.
Εἶτ' ὠδῖσι λιγραῖς γαστρὸς κατεθήκατο φόρτον,
  Κ' οὐδέποτ' αὖθι πάλιν τοῖα κομεῖν ὄμοσεν.
Μαῖα δ' ἐπεὶ περίεργος ἐφράσατο κοῦρον, ἀμίκτοις
  Ῥιγίσταις τε βοαῖς πᾶν ἐτάραξεν ἕδος.
Οἴ μοι οἷον ὄλισθε κακὸν τέρας. Οἷον ὄνειδος
  Γείναο. Ἥρα Θεοῖς ταῦτα φορητὰ πέλει;
Ὄμμασι πῦρ ἀνίησι, φλόγας δέμας ἔκτοθ' ἰάλλει.
  Αἴθονται τ' ἀδεῶς, αἷσι θίγω, παλάμαι.
Οὐ δ' αὖ ψυχρὸν ὕδωρ, τῷ περ ῥύπα πάντα καθαίρω,
  Οὐ δ' ἄφενος λουτρῶν ἔσβεσεν ἀνθρακιὴν.
Χροὰς δ' ἄρρηκτος, ἄγναμπτος ἅτε σφυρήλατος ἄκμων.
  Ἐστήκει μαλακαῖς χείρεσιν ἀντίτυπος.
Ὢ πόποι ἦ τερατωπὸν ἔφυ, τόπερ ἔδρακον ὄσσοις,
  Ἔξοχα χωλεύειν ῥικνὸν ἐόντα πόδας.
Ἔννεπε, ταὶ δ' ἄλλαι πρόθεον τροχαλοῖσι πεδίλοις
  Ὀψόμεναι κοῦρον. Χεῖλε' ἔδησε τάφος.
Μοῦνον Ἀθηναίη γε παρειστάδιον ὄμμα βαλοῦσα
  Ἡδὺ γέλασσε. Γέλως οὐκ ἐφύτευσεν ὕβριν.
Ἥρη δ' ὥς μιν ἴδεν νεμεσήσατο κηρόθι μᾶλλον,
  Καὶ πρὶν ὀδυσσαμένη εἴδεσιν οἷο βρέφους.
Καὶ γόνον ἁρπάξασα παραὶ ποδὸς, ὅσσον ἐτύχθη
  Κάρτος, παλλομένη κάββαλεν οὐρανόθεν.
Ὅς γ' ἐπιδινηθεὶς δέκα ἤματα, καὶ δέκα νύκτας
  Ἤριπεν ἑνδεκάτῃ Λῆμνον ἀν ἠγαθέην.
Ἔνθ' ἑτέρου σκέλεος κρατεροὺς συνέαξεν ὀχῆας,
  Τῷ καὶ κυλλὰς ἔην ποσσὶν ἐπ' ἀμφοτέροις.
Οὐδ' ὀργὴν ἀπόειπε νόος βαρυκάρδιος Ἥρης,
  Παλλάδι δ' ἀπερχὲς μήνιεν αὐτογόνῳ.
Κύφι γὰρ κότον ἦψε, μόλις φέρεν, οὐδέποτ' αὐτὸν
  Ἔσβεσεν, οὐδ' ἀπέθη. Τοῖς νεμεσῶσι φρένες.

Τοὔνεκεν

Non experta tori Iuno quantâ vlna fuisset
Tantum vteri grauida mole gerebat onus.
Iam nouies plenos Dictinna expleuerat arcus
Cùm graue deposuit pondus acerba dolens.
Pœnituit, matremque vnquam fore deinde negauit;
Votaque iurauit, non temeranda sibi.
Sedula quæ excepit, cognouit fœmina natum
Implentem horrificis vocibus vsque domum.
Heu mihi quale omen cecidit, quod dedecus aluo
Fudisti. Numne hoc Dij tolerare queant?
Euomit ex oculis ignem, flammantiaque ardent
Membra; leui digitos cortice tacta coquunt.
Non aqua, qua sordes tergo, non balnea possunt
Artubus ardentes imminuisse faces.
Infractum, inflexum corpus, ceu ferrea perstat
Incus, & manibus mollibus ipsa chalybs.
Proh facinus! verè monstrum est, quod lumine lustro,
Claudum erit; en etiam cruscula torta trahit.
Dixerat. Ast aliæ puerum spectare ruebant;
Terrificusque facit stringere labra timor.
Risit in offensum Pallas vicina tuendo
Partum; Iuno tamen horruit ex animo.
Ergo puerperio deformi percita plantis
Id rapit, & tota vi, rotat ipsa Polo.
Inde decem soles, totidemque volutus in vmbras
Vndecima in Lemnum denique luce cadit.
Alterius fregit solidas vbi cruris habenas
Indeque vtrisque æger gressibus ille fuit.
Iunonis semper dehinc mens inuisa Mineruæ
Extitit, vltrices continuitque minas.
Sic memori offensa faciles ardebat in iras,
Conceptas nunquam depositura faces.

V 3

τοὔνεκεν ὀξυχόλοισιν ὑπαὶ ῥιπῇσιν ὀδόντων
    Δάκτυλα συσφίγξασ᾽ αἶθραν ἔδευσε λύθρῳ.
Καὶ ῥοδέαις ῥαθάμιγξιν πολὺν χρόνον ἔρρεεν αἷμα
    Τῷ πεδίας κλυθεῖσ᾽ ἀπροτίοπτος ἔδυ.
Ἔνθεν ἔπειτα λίμναασε, καὶ ἠελίοιο βολαῖσι
    Πυθομένου λαῦρος λοιμὸς ἐνώρετο πέδῳ.
Ταὶ δὲ πόλεις ἐσάλευον, ἰδ᾽ ἐκ βρυχίων κενεώνων
    Οὐ σθένος ἐκφυγέειν, οὐλομένου τε σάλου;
Φθινόμεναι καρποῖς, ἀνθέων, δένδρων τε πετήλοις,
    Φθινόμεναι ποίμναις, καὶ βοέαις ἀγέλαις,
Θηλυτέρων τε τόκοις ἀγόνοις, καὶ κηρὶ μελαίνῃ
    Ἡγεμόνων, τοῖσιν μέμβλετ᾽ ἄνολβος ὄχλος.
Οὐδὲ βροτοῖς ἔχθιστος ἐπαύσατο πότμον ἐνεῖναι
    Λοιμὸς, μέχρι κενεοὺς πάντας ἔθηκε δόμους.
Ἀγεσίλαν τ᾽ ηὔφρανε γόοις, καὶ δάκρυσι φωτῶν,
    Ἀφνειῶν, πενιχρῶν, γηραλέων τε, νέων.
Καὶ τάγ᾽ ἐπ᾽ ἠπείροιο σεσηπότα, οὐ γὰρ ὑπ᾽ αἶαν
    Χώννυον, οὐ θ᾽ ἁλίοις δῶκαν ἄγειν ῥοθίοις,
Δεινὴν ἐμπνείοντα πολύφθορον ἄσχετον ὀδμὴν,
    Ἄχρι καὶ εἰς αἴθρην φάρμακον ὥστε ῥέα.
Ἔνθα διεείων γενεὴ κατέδηθεν ὀλέθρῳ.
    Ὠφελλόντε κακὸν πτώμασι μοιριδίοις.
Καὶ φάος ἠελίου βαρέεσσι μελαίνετ᾽ ἀϋτμαῖς,
    Μήνης πληθούσης κύκλα δέδυκ᾽ ὀμίχλαις.
Οὐ τόσον ἠχλυώθη, τόσσον τε ἀάσατο θυμῷ
    Ὠδαῖς στεινομένη μύστισι φαρμακίδων.
Οὐ δ᾽ ὁπότ᾽ Ἐνδυμίωνος ἔρῳ δμηθεῖσα πρὸς εὐνὰς
    Λάτμιον ἂν κορυφὴν κρυπταδίη κατέβης.
Οὐ δ᾽ αὐτὴ μὲν ἴηνε κέαρ βαρυμήνιος Ἥρη
    Ἀλλὰ δονεῖτο δύαις στήθεσι θυμοβόροις.
Καὶ πλέον ἄμπνευε μῆνιν, ἐπεὶ εἰ μακάρων νέον ἔρνος
    Κάλχασ᾽, ἀναυδήτων πρεσβυτέρων κρονίων.

Εἶπε δ᾽

Dentibus hoc ſtridens, digitoſque furore premendo
Sanguineo aëreas ſparſerat imbre plagas.
Gutta cruenta diù cecidit, qua quidquid in orbe
Æquor erat, ſubitis mobile fluxit aquis.
Hinc lacus emerſit, iaculis, qui Solis iniquis
Marcuit, ac terris peſtis oborta fuit.
Vndique inundabant Vrbes, ſpecubuſque profundis
Effugere haud poterant ſtagna fluentis aquæ.
Nulli Pomonæ cenſus, neque Chloris honores,
Nulla armenta boum, grex quoque nullus erat.
Crudus vbique nurus fruſtrabat partus, vbique
Regna ſimul flebant Regibus orba ſuis.
Nec miſeris inimica lues mortalibus vnquam
Deſtitit in prædam domata cuncta dare.
Diues, egens, florens, pariter maturus & æuo
Plutonis mœſtas, quiſquis aceruat opes.
Plena cadaueribus tellus, nec humare facultas
Puluere nec rapidis fluctibus vlla datur.
Lethales halant animæ, vapor æthera viro
Pluſquam vipereo, mortiferôque tenet.
Plumea vbi ſoboles in præceps labitur atro
Funere, quo caſu eſt multiplicata lues.
Adde quod offuſa nebulæ caligine Phœbus
Delituit, Phœbe tu quoque nigra manes.
Non ita Circæis premeris cum cantibus, albas
Obnubiſque genas te doluiſſe ferunt.
Nec cum te magno ſuccenſam paſtor amore
Sedibus in Latmum traxit ab æthereis.
Nec tamen his ſatiata malis Saturnia pœnis
Iuno quieſcebat: ſed mage corde furit.
Quod noua riſiſſent Saturni germina, quando
Priſtina tunc tetricæ Numina frontis erant.

Εἶπε δ' ἀλαστήσασα, Τίη τόσον ἔσχεν Ἀθήνη
  Ἔργον, ὅπως Ἥρης ἀργαλέως γελάσῃ;
Καὶ πρίν μευ δακέθυμος ἐνύβρισε χῆμα νεοχμὸν
  Τῷ μετάμειψα κόρην πόρτιν ἐς Ἰναχίην.
Ἠδέ τ' Ἀκεστορίδαο φίλαις προσέτρεψα μερίμναις,
  Μὴ πάλιν αἰσχαύνῃ Ζηνὸς ἄθικτα λέχη.
Οὐδὲ γέλων μεθέηκεν ὅτε ζηλήμονι κέντρῳ
  Ἐκτόξευσα δέπας τρώϊον οὐρανόθεν.
Καὶ τί γὰρ οὐκ ἤμελλον ἐρωμανέοντος ἐλαύνειν
  Τῆλε μάλ' ἀφροσύνας, ταῖσιν ἀλιτρὸς ἔφυ;
Δῶο ἄνεος, καὶ ἄναυδος ἀκινήτοισιν ὀπωπαῖς
  Παῖδα κόμιζε φίλον. καὶ πόρε ληθεδόνι
Κρητῆρ' ὃν μετὰ χερσὶν ἄειρε περίπλεον οἴνου
  Ἀμβροσίου, οὐδὲ ποτοῦ γεύετο προστομίου.
Τοὶ δὲ Θεοὶ θαύμαινον, ἐγὼ δὲ πρόσωπα κατέσβην
  Αἰδοῖ, ἀμφασίῃ, καὶ με χόλος δαμάσθ.
Παλλὰς δ' αὖ ἑτέρωθεν ἀσκέσι νεύμασιν Ἥρην
  Καὶ πατέρ' ἠτίμα. Ὦ Κρονίδου γενέθλαι
Αὐτὴ ἐγὼν μακάρων τιμηόρος ἔργ' ἀποτίσω
  Παλλάδος. εἰ καὶ μὴ ἤραρε ταῦτα πόσις.
Ἀντὶ δὲ παρθενικῆς πρωτόζυγα Κύπριδι θήσω,
  Ἀνδρομέων τ' ὀάρων εἰς λέχος ἱεμένην.
Φίλτρον ἐνιστάξω. Κνίξω φρένας ὀξέσιν οἴστροις
  Καίπερ, ὅπως κομπεῖ, ἄμμορός ἐστι πόθων.
Στέρξει, περχομένη τε νόῳ βεβαρηότι θυμῷ
  Ἄνδρας ἐπ' οἰστρήσει λυσσαλέοισι δρόμοις.
Καὶ γνώμης ζαθέοιο παραπλαγχθεῖσα μανείη
  Ὡς καὶ ἐφορμῆσαι πρὸς γονίμους ὀδύνας.
Τοῖον γάρ τοι ὄνειαρ ἕξω κρυεροῖο γέλωτος.
  Τοίην ἀντὶ ὕβρεως πρῆξιν ὑπαντιάσει
Οὐ γὰρ καλὸν ἔοικεν ἀθεσμοσύνῃσιν ἐνίπτειν
  Τέκνα παλαιὰ Κρόνου, κρατερῶν γενέθλην.

Ægra dolens, quid, ait, mecum tibi Pallas, inique
Iunonem vt risu ludere sæpè velis?
Ante quod Inachiam vitulam feci ipsa puellam,
Quod noua molirer, risus in ore fuit.
Mox & Acestoridæ mandaui, ne Iouis ipsam
Intactos sineret rursus inire toros;
Nec risu abstinuit, cum iusto ego mota furore
Fœminei pepuli de Iouis ore scyphum.
Quis nisi Iuno Iouis furias compescere tales
Debuit insanas, & repulisse faces?
Attoniti stabant superi: horrui ipsa pudore
Hæsique: & furerem, ni daret ira locum.
Parte alia sed Pallas inepto callida nutu
Obsannare mihi, nec minus ipsa Ioui.
Iam dudum mentem exuerat stupor: vnde in amante
Muto ore, & fixo lumine totus erat.
Ambrosiumque merum labris quod dextra mouebat,
Degustare animo funditus exciderat.
Saturni ô capita; offensam haud impunè relinquam
Sannatrix comitum Diuûm ope digna luet.
Non innupta erit, at Cypridis iuga deinde subire
Efficiam inque virum, pergere sponte toros.
Philtra dabo, pungamque œstro rude pectus acuto.
Tunc propriæ iactet virginitatis opes.
Odit amare viros? iam nunc odisse pigebit:
Curret & in vetitos infuriata procos.
Efficiam, summi sapientia Patris, hebescat:
Prolificasque velit ægra subire cruces.
Insanum risisse, metet, meritumque rependat,
Efficiamque pares sentiat ipsa vices.
Posteritas nec enim Saturni sera lacessat,
Expediet, genuit quos prius ipse, Deos.

Τοιάδε πορφυρέοιο πύλας προλέλοιπεν Ὀλύμπου,
  Αἴξασα πέδου πρὸς πτύχας εὐρυχόρους.
Καὶ κύπρον εἰσαφίκανε, πελώριον εἰν ἁλὶ νῆσον,
  Εὔβοτον, εὔμηλον, καὶ πολυκαρποτάτην.
Ἠδὲ πόλεις περάουσα νάπαις προσέκυρσεν Ὀλύμπου
  Ἔνθ᾽ ἐνναίε Κύπρις κάλλεσιν εἰδαλίμη.
Οὐλυμπόνδ᾽ ὀνόμηναν ἀπ᾽ ἀστερόεντος Ὀλύμπου
  Ἀθάνατοι, κείνου οὐδὲν ἀτιμότερον.
Ὄφρα Κύπρις τρυφαῖς θωπευομένη φρένα, λήθην
  Ἡδεῶν τερπωλῶν, Οὐρανίων τεχίοι.
Καὶ τέρποιτο παρεοῦσι. Πέδου γὰρ ἔθαλλον ἀγήροις
  Ἄνθεσι λειμῶνες λευκοΐοισι, ῥόδοις.
Αὐτομάτη δ᾽ ἔφερεν δενδρέων πάγκαρπον ὀπώρην
  Γαῖα, βροτῶν μελέταις οὔτι βαρυνομένη.
Ἀμφυτὰ δ᾽ αὖτε ῥέεθρα, καὶ ἱμερόεντα λοετρὰ
  Κρηναίων ὑδάτων ἄφθονον ἦγεν ὕδος.
Ὄρνεα δ᾽ ἔνθα, καὶ ἔνθα διέσσυτος αἰὲν ἰέντα
  Γῆρυν ἀπαὶ στομάτων, ἄλθεσι λαρὸν ἄκος.
Ἀργυφέῳ δὲ γάλακτι πέδον ῥεῖ. Ῥεῖ δὲ μελισσῶν
  Νέκταρι, καὶ Μακάρων ἔβλυσεν ἀμβροσίην.
Οἶνον δ᾽ οὔποτ᾽ ὄπασσεν, ἐπεὶ μειλίγμασι τέρπει
  Μουσῶν νηφαλίοις. Ὕβριν ἀέξει μέθυ.
Τοίοις ἤδεσι Κύπρις ἐτέρπετο, οὐδέ τ᾽ ὀλύμπου
  Κήδετο. μορφὴ οἱ ἀφθορίη τε μέλεν.
Οὔπω γὰρ λεχέεσσιν ὑποζευθεῖσα συνεύνου,
  Οὐδ᾽ ἥβης γλυκερῆς γευσαμένη ζυγίης,
Παρθενίην ἐφύλασσε, Κρόνου τε τοκῆος ἀνάγκην.
  Ὄττ᾽ ἐπέβη δ᾽ εὐνῆς, καὶ φιλότητι μίγη.
Τόφρ᾽ αἰδὼ μὲν ἔρειψε, καὶ οὐκ ἐχέθυμος ἐτύχθη,
  Ἄλλοις τ᾽ ἀρχεκάκου ἦρξατο μαχλοσύνης.
Κύπριδος Ἀκραίας ναὸς τεκμήρατο μῦθον,
  Οὐ βλεφάροις, οὐδ᾽ αὖ θηλυτέραις παειτός.

Οὐκ

Talia flammato, ſecum dum corde volutat
Cœleſti in terra labitur axe ſolum.
Deuenitque locum pecoroſa vbi Cypros, & vndas
Fructibus, ingentes porrigit ampla ſinus.
Prateriensque Vrbes, colles accerſit Olympi
Quem Cypris, quâ non pulchrior vlla, colit.
Stellifero ſuperis ab Olympo eſt dictus Olympus
Illo deterior, nec minus ipſe locus.
His vbi deliciis circumflua, dulcia cœli
Lethæo biberet gaudia in amne Venus.
Pratorũ omnis honos præſens, numquamque ſeneſcens.
Flos erat aut violæ ſeu foret ille roſæ.
Arboreo partu per ſe dabat omnia tellus
Terrigenis ſemper delicioſa ſuis.
Vndique per plantas vitreo pede Lympha fluebat
Vt gelidos potus, balneaque alba daret.
Hinc atque hinc variæ migrabant ſede volucres
Luctifugumque dabant blanda per ora melos.
Dulce per omne ſolum nectar, niueumque fluit lac.
Credideris terris vertier Ambroſiam.
Vina tamen nunquam genuit, quo iurgia ſurgunt,
Vtpote quæ leni ſobrietate viget.
Hîc recreata Cypris, cæleſtem haud curat olympum:
Hîc retinet pulchras, & ſine labe genas.
Quippe quod haud vnquam thalamo coniuncta iugali
In meliore ſui ſorte decoris erat.
Sic niueum coluit Saturni ex lege pudorem
Cælibe dum thalamo degere cura fuit.
Ergo Hymenæa colens, non ſobria deinde nec inſons
Extitit: atque aliis viuere turpe dedit.
Cypridis Acrææ cœtu impenetrabile templum
Fœmineo oſtendit, quid Venus ipſa foret.

Οὐκ οἴη ἅμα τῇ γε Κρόνου παῖς ᾤκεεν ἄλλος
  Αὐτῆς γνωτὸς Ερως τίμιος ἀθανάτοις.
Επρεπε γὰρ Κυθέρειαν ἔχουσαν ὑπέρτατον εἶδος,
  Καλλίστῳ πάντων χρήματι συνδιάγειν.
Ος τότ᾽ ἐνὶ ξυλόχοισι κατέδραμεν, ὄρνεα ῥάβδοις
  Θηρεύων, λυγρὸν τοῖσι φύτευσε δόλον.
Οὓς δὴ αὐτὸς ζώοντας ἐρύσατο, ὕστερον αὖθις
  Εἴασεν αἰθροβατεῖν ῥηϊδίως ἀλύτους.
Αλλὰ τίτρωσκε βέλει πρῶτον πεθλύιον ἦτορ
  Κέντρα τ᾽ ἐνῆκε πόθου. Τοὶ δὲ τότ᾽ ἱπτάμενοι
Οὐκέτι χῶρον ἴησαν ὁμήθεα, ἀλλὰ κατ᾽ αἴθραν
  Στείχοντες, μικρὸν πρὸς χέρας ἰθυπόρουν,
Ιξευτῆρος, δαιτὸς ἀμνήμονες, ἠδὲ ποτῆτος
  Μέχρ᾽ ἔλυπε ψυχὴ ἑλκεῖ τειρομένους.
Κοῦρος δ᾽ ἐπλαταγεῖ, καὶ ἐνήλατο, καὶ πτερὰ πάλλων
  Οἰωνῶν πολὺ πλέον χάζετο κουφότερος.
Πάντα κάτωθεν ἄνωθεν ἀλώμενος ἔνθα καὶ ἔνθα
  Κλινόμενος, χῶρον τ᾽ οὔποτε ταυτὸν ἔχων.
Καὶ πάλιν αὐτὸν ἵκανε ταχύδρομος. αἶα καὶ αἰθὴρ
  Εν τ᾽ αὐτῷ σθένεος πίμπλατο τοσσατίου.
Τὼς μὲν καγχαλόων, καὶ ἐνὶ φερτοῖσιν ἀθύρων
  Ηρης ἐξαπίνης ἀμφέπεσεν λαγόνας.
Καὶ κύσε μιν περιφὺς, τὴ δ᾽ ἄλγεεν, ὡς δὴ ἐνόησεν·
  Ην κύσεν, ἄστραψεν πορφυρέαις χροϊαῖς.
Φοινίχθη τε πρόσωπα. καλὸν γὰρ ἐφίλατο Κύπρις,
  Αμφὶ δ᾽ ἐκεῖνον ὅλῳ πήχεε ῥεῖα χύθη.
Δμωαὶ δ᾽ αὖ κλισμὸν χρύσειον ἐπέντυνον ἥρῃ
  Αγχ᾽ αὐτῆς, εὐθέως τ᾽ ἐξέμολον θαλάμων.
Οφρα γε μὴ παρεοῦσαι ἑῶν πευθοίατο μύθων.
  Τῶν δὲ γ᾽ ἀφισταμένων, τοῖον ἔειπε Κύπρις.
Ηρη Ζηνὸς ὅμευνε, Κρόνου θυγάτηρ ἀλεγεινοῦ,
  Αυτοκασιγνήτη Κύπριδος, ἡδὺ φάος.

Ηθείη

Saturni soboles superis veneranda, Cupido
Hæserat huic, frater secum habitare comes.
Fas nec enim fuerat rari Cytherea decoris
Non sibi tam pulchrum pignus habere velit.
Munus Amoris erat nemora inter frondea pictas
Amitibus volucres fallere, siue plagis.
Quas viuas capiebat aues, libranda per auras
Mox liquidas iterum plumea membra dabat.
Sed prius emisso stringebat viscera telo
Vibrabatque leues corda per ima faces.
Aëra sulcantes ipsæ, loca sueta negabant,
Et pueri ardebant rursus adire manus.
Atque ibi dememores victus, potusque manebant,
Exanimes donec vulnere sternat Amor.
Subsultat, strepitatque puer, pennasque coruscat,
Alituumque genus deserit omne fuga.
Inferna, atque superna volat loca, sede nec vlla
Stare scit, hinc ardens motat & indè latus.
Vixit, & vnde abiit, rediit velocius, omnem
Robore sic complens æthera, & omne solum.
Dum sic lasciuit, ludensque per omnia ridet,
Iunoni in subitas decidit ipse manus.
Oscula stringenti libans vt nouit, acerbè
Indoluit, mox & fluxit in ora rubor.
Basia dulce dedit puero, dein brachia collo
Duxit in amplexus officiosa Venus.
Ancillæ properæ fuluam rutilante metallo
Iunoni sedem composuêre parem.
Egressis famulis thalamo, & sermone remotis,
Reginæ intereà sic Venus orsa loqui.
Iuno Iouis coniux, Saturni filia, lumen
Dulce, caput charum, Cypridis alma soror,

Ἠθείη κεφαλή. τίς σε χρέω ἐνθάδ᾽ ἱκάνειν
   Θυμὸν ἄνωγε, πόλιν ἐκπρολιποῦσαν ἕδραν;
Εἰπέ. Τίνι δῄθυνας; Ἐγὼ σοι ἔσομ᾽ ἀρωγὸς
   Οὗτος ὁ μικκὸς Ἔρως, αὐτὸς ὁ πανδαμάτωρ.
Ἥρα πάλιν Κρονίδης χθονίαισι μέμηνε γυναιξὶ,
   Λέκτρα τ᾽ ἀεικίζει μαχλοσύναισι νέαις.
Ὦ πόποι οἷον ἄθεσμον ἔχει νόον. Ὅρκον ὀμοῦμαι
   Τόν δὲ μέγαν πινυτῶς ἀτρεκίῃ κραδίης,
Μή τιν᾽ ἐν Οὐρανίδαις τούτου ὀλοώτερον ἄλλον
   Ἔμμεν, μήδ᾽ ἄλλην σεῖο χερειοτέρην.
Τοὔνεκεν οἶκτος ἔχει με τεῆς δασπλῆτος ἀνάγκης.
   Πάντα δὲ κινήσω σεῦ χάριν ὦ φιλότας.
Νειόθεν ἐστονάχισε, δακρύων δ᾽ αὖ πλῆθεν ὀπωπαὶ
   Ἥρης, καὶ τοίους Κύπριδ᾽ ὕφηνε λόγους.
Οἶσθα σὺ Κύπρι φίλη Κρονίδην ὅσος οἶστρος ἐλαύνει
   Εὐνῆς ἀλλοτρίας πάντῃ ἔασι πόθοι.
Ἀλλ᾽ οὐ Ζεὺς μ᾽ ἀκάλησε. Κόρη δ᾽ ἐνέπαιξιν Ἀθήνη
   Ὄρπηξ αὐτόφυτος Ζηνὸς ἄνευθε γάμων.
Αὐτῇ μοι πόθος ἦλθεν ὁμοῖος, ὃ ἐμὲ δειλὴν,
   Μούνη ἄνευθ᾽ εὐνῆς ἄρσενος υἷα φύειν.
Οὐδ᾽ ἀτέλεστον ἔφυ τόπερ ἥνδανεν. Ἡ γὰρ ἐτέχθη
   Δύσμορφον, χωλόν τ᾽ οὐ τέκος ἀλλὰ τέρας.
Ἄλλοι δ᾽ ὅσσοι ἔασι τύχην δυσδαίμονος Ἥρας
   Ὤκτιζον, θεσμοῖς πειθόμενοι Κρονίοις.
Ἐνθάδε πάντα χάραξε πεπηγότα. τοῖσιν ὀλύμπου
   Καὶ γῆς πανθέοις ξυναέταισι πρέπει.
Μούνη Ἀθηναίη Κρονίης ἐπίληθος ἀνάγκης
   Παίγνια θῆχ᾽ Ἥρης αὐτοτέλεστα βρέφη.
Τῷ με δεινὸν ἔπειρεν. ἐπεὶ νεότυκτος ἀτίζει
   Γηραιοὺς, ὄγκῳ παρθενίης κενεή.
Ταῦτά με ἐκβιάσαντο φίλη τεὸν οἶκον ἱκέσθαι.
   Ἀλλ᾽ ἀπολύσαν ἔλα. Δὸς δὲ πόθοισιν ἄκος.

Μικρόν

Quæ, memora, quæ te huc descendere caussa subegit,
Stelliferasque poli destituisse domos?
Dic, age, rumpe moras, solitis ego namque iuuabo
Auxiliis. Aderit, qui omnia vincit, Amor.
Anne iterum insanos Saturnius excitat ignes
Et noua, queis thalamum fœdet in ausa ruit?
Impius heu qualem mentem gerit! Audeo plane
Dicere, nec iurans asseruisse sinam.
Inter cœlicolas nihil esse nocentius illo
Et miserum toto te magis orbe nihil.
Ergo tuam miseror sortem, terramque, polumque
Miscebo, tantum, vt te, mea vita, iuuem.
Hic Iuno ingemuit, lacrymisque impleuit ocellos,
Ac Cypridi tales reddidit ore sonos.
Quantum aliena Ioui placeant connubia nosti
Chara soror, furtis omnia plena vides.
Quod tamen excrucior magis, est risisse puellam
Quæ sine lege tori, vertice nata Ioue est.
Par mihi cura subit, proprij dein mascula nullo
Coniugis amplexu pignora concipere.
Integer, & placuit partus quia verus in auras
Prodierat: monstrum sed neque partus erat.
Claudũ, atrum, horrendũ. Ergo alij dũ fata gemiscunt
Nostra hæc, Saturni in legem humerosque premunt;
(Quis diuûm atque hominum Saturni iussibus obstet,
Quæ cœli axe rata, & scripta adamante rigent?)
Sola tamen Pallas Saturni in fata susurrat,
Et Iunone facit pignora nata, iocos.
Proh dolor! orta recens, fastûque elata pudoris
Perfricto ludit ceu canis ore senes.
His moueor, dilecta soror, te visere nostris
Quæsitura malis; quam potes, artis opem;

Idalium

Μικρόν μοι τὸν Ἔρωτα χαρίσσεο. Νεῦσε δ' Ἰώνη.
Εἰπὲ Ἔρωτι κέαρ Παλλάδιον βαλέειν,
Ὀτρύνειν τ' ἐπ' ἔρωτας ἀλάστορας. ὄφρα δαείη
Ἄλλων ἔργ' ἐλεεῖν ἄλγεσιν εἰν ἰδίοις.
Μηδὲ φρονεῖν ὑπέραυχα. Κύπρις δ' ἠμείψατο μῦθον
Ἔσται ταῦτα φίλη, ὅσσα Κύπρις δύναται.
Αὐτὰρ Ἔρως, ὡς οἶσθ', ἄφατον κακὸν, οὐκ ἂν ἐμοῖο
Εἵνεκεν ἔργμ' ἀνύσει κηδόμενος ἐπέων.
Οὐ πέλεν ἀγγελίαις πειθήνιος. Εἰ δὲ κιχάνειν
Ἐγκονέοιμ', ἀνέμων πλειότερος φυγέει.
Εἰ δὲ πάλιν γε κίχοιμι προσαρμόσσας στόμα θλίβει
Χείλεα μειδιάσας. Καὶ χόλος εὐθὺς ἔδυ.
Σχέτλιος ἀεὶ πλαγίοισι δόλον, καὶ κῆρα κορύσσει
Μήχεσιν, οὐρανίδαις, ἡμερίοις, ἀλόγοις.
Πάντεσι δ' αὖ δύσμηνις, ἀνάρσιος, ὅσσον ἀρειὼν
Κάλλεϊ, τόσσον ἔφυ πρήγμασι φαυλότερος.
Ἄγριος, οὐδ' ὅταν ὕπνον ἔχει βαθὺν, ἥσυχος εὕδει,
Ἀλλὰ κακῶς ῥάπτει πλέγματα τοῖσι φίλοις.
Οὐ δ' ὄθεται γινέτου, τὶ πειρατὰ; πυρίπνοον ἕλκος
Πρόσθ' ἐνέπαξε Κρόνου ἠγαθέαις πραπίσιν.
Καὶ γηραιὸν ἔθηκε νεώτερον ἄφρονι λύσσῃ
Οἰστρηθέντα λυγρῶς θήλεσ' ἐπ' ἀλλοτρίαις.
Αὐτὴν μ' ἀπερχὲς βάλλει μαλεροῖσι βελέμνοις,
Καὶ νόον ἐξελάει. οὐδὲ γένους ἀλέγει.
Ἀλλά με παρθενίης, αἰδοῦς τε πολύλλιτον ὄμμα
Ὁρμῆς ἴσχε πόθου. Δῆσε φρενὸς μανίην
Εἰ δ' ἔτι μοι πίσυνός ποτ' ὑπὲρ φύσιν ἄρμενα ῥέξει,
Σὴ χάρις ἔσσεται. Οὐ γὰρ ἔωθεν ἔρως.
Ταῦτα μὲν ἔννεπε Κύπρις. Ἔρως δὲ διέκφυγε κόλπων
Γνωτῆς. πῦρ τε δέμας δεινὸν ἐφεγγοβόλει.
Πήχεις ἀντανύσασα μέγ' ἤτεεν. Ἀλλ' ἱκέτευεν
Πέτρην εἰναλίην. λίσσετο κωφὸν ὕδωρ.

Πατρὸς

Idalium concede mihi, breue tempus, Amorem;
Annue Palladium cor petat ipſe, iube.
Atque inconceſſos interplicet oſſibus ignes
Qua diſcat propriis, cuique dolere malis.
Dixerat hæc Iuno : ſic contra effata Dione
Non deero quantum viribus vna queo.
Aſt Amor infandum nequam nil noſtra moratur
Verba nihil monitis efficit vſque meis.
Si præſens iubeo, fugit ille fugacior Euro,
Os ſi iterum prendo in baſia, labra premit.
Mollia deindè leues ſtillante in labra cachinnos
Si qua ſuborta mihi eſt irula, ſponte cadit.
Callidior quo non alter, mortemque, dolumque
Terrigenis, ſuperis, nectit & ipſe feris.
Infamis genus omne ferit. Ne fide colori
Deterior factis, quo ſpecie eſt melior.
Immitis, quem nec mulcet ſopor, immò quietem
Neſcit, & inſidiis quem magis, hamat, amat.
Patrem ipſum ſpernit. Quid plura ? Seni ignea fecit
Vulnera Saturno, ferueregue igne niuem.
Longæuum in vetitas fecit iuueneſcere tædas,
Stultaque fœmineum inuertere corda genus.
Me me ipſum cædit iaculis, nocteſque, dieſque
Inſanire ſui ſanguinis oſor, agit:
Sed mea virginitas necnon pudor opprimit œſtrum,
Ac deſideriis obſtat vtrumque meis.
Si genio obluctante tamen mihi paret, & vltro
Annuit, hoc faciet victus amore tui.
Sic Cypris, interea Iuno dum prenſat amorem
Ille fugit hinc, & vibrat & inde faces.
Brachia protendens iterata voce rogabat
Ipſe ſed aut cautes, aut freta ſurda, foret.

Πατρὸς ὕπερ, μητρός τ' ἠρᾶτο ὁμόγνιος Ἥρη,
Πολλὰ δὲ πολλὰ λέγειν, καί τ' ἀτέλεστα Κύπρις.
Ὕστατα ὥς μιν ἄθρησε δρόμῳ κεκμηκότα, τοῖον
Αὐτῷ μῦθον ἔφη, κ' ἄφθονα δῶρα δίδου.
Πείθεο, πείθεο κοῦρε, τεὴν δ' ἐπίκουρον ἀρωγὴν
Πέμψον διζομένῃ, εἶ ἄγε νεῦσον Ἔρως.
Νεῦσον Ἔρως σίμβλων γλυκερώτερος, ἀλλὰ μελισσῶν
Κέντρου ἐμῇ μελέῃ πουλύτι πικρότερος.
Ἔστι μοι ἐν μελάθροισιν, ὅπη γλυκερὸν ὕπνον ἰαύει
Ζεὺς δμηθεὶς βροτέης κοιρανίης καμάτοις,
Κυκλοτερὲς, πήχυιον ἐνοίκιον, ἠύτε νηὸς
Δήλιος, ὕψου ἔχων πὰρ κορυφαῖσι θόλον.
Ἂν δὲ κάτω τετράγωνος ἔην στάσις. Ἀμφὶ δὲ τείχη
Ῥάβδοις χρυσείοις δείματ' ἐπισταμένως.
Τάς περ ἐπὶ στάθμην ἴσοις χώροισιν ἰθύνας,
Ἄλλοις χρυσείοις τῶν διὰ μέσσον ἔλα.
Ἐξείης κατέπηξε διακριδὸν ἄλλον ἀπ' ἄλλου,
Καὶ πάντων ἄκρ' ὁμῶς εἰς ἓν ἄγειρε χρέες.
Τοῖς μῆλον κατέρεξεν, ὅπη προσέβαλλε κορώνην,
Πασσάλῳ ἀγρεμάσων εἴποτε τοῦτο δέοι.
Καὶ τοὺς μὲν τοίχους τεκτήνατο. Ἂν δὲ μεσηγὺ
Ῥάβδων ἄρρεκτον κτήματι τόσσον ἔφυ,
Ὅσσον μὴ κφυγέειν τὸ φυλαχθέν. Ὃς δ' ἔνδοθι χῶρος
Ὄμματι δερκομένων πάντοθ' ὑπαντιάει.
Φαίης κεν πολυωπὰ δινείοις κιχαλᾶσθαι
Δίκτυα, τὰ χρυσῷ χεὶρ πλέκεν ἀντὶ λίνου.
Λεπτὴ δ' εἰσίθμη οἴκου, τῇ ῥ' ἦε ποτῆναι
Εἰσιτὸν, ἠδ' αὖθις γ' ἐξιτὸν, ἄστυγε φίλον.
Δεξιτερῇ δ' οἴκου βαιὴ προσέρειστο ποτίστρα
Δίψαν ὅπως ἐλάσῃ ὕδατος ἀφθονίῃ,
Ὑελόεις αἴθρας καθαρωτέρα. Ἐν δ' ἄρα μέσσῳ
Βόθρος, ἴν' εἶδαρ ἔδει ἀργύρεος τέτακται.

Per Patrem, Matrémque orabat; verbáque ventis
Iuno diù memorans corripienda dabat.
Iam tandem Regina fugâ lassescere Amorem
Vt vidit, recipit munera multa dare.
Annue chare puer, fer opem oppertunus amicam:
Annue Iunoni bellule, dexter ades.
Annue Amor mellite, fauo quin dulcior, acri
Sed stimulo multum felleus ipse mihi.
Regali in thalamo fessos vbi pondere rerum
Somno oculos genitor composuisse solet;
In gyrum scandit cubito alta domuncula, templi
Deli instar; tholus in vertice summus inest.
Inferius forma in quadrum describitur, omnem
Aurea cancellant, vndique fila locum;
Dirigit ad normam, spatiis æqualibus ordo
Inter & ex auro clathrea fila secant.
Æqua condistant serie suprema rotundum
Demordent apicem, conueniuntque simul:
Extat vbi pomum, quo nectitur annulus, vnde
Si quando vsus erit pendeat ipsa domus.
Mœnia sic surgunt; medio inconfecta videtur
Machina, quo volucris stet, sedeatque loco.
Neu fugiat, spatium interius vacat, vnde videndus
Incola spectantum pulcher in ora datur.
Huic operi alituum credas concrescere ocellos,
Et vice lini auro composuisse manus.
Exiguum patet ostiolum, quà nobilis ales
Ingreditur rursum, & cum libet, egreditur.
Parte domus dextra statuas vbi sueuit aquari
Dulcemque aridulo pellere ab ore sitim:
Vas vitreumque cauumque, atque aëre purius ipso
Ex argento aliud vescier vnde solet.

Ἔνθ' οἰκέει πολύνους, ἐπιδέξιος, ἱερὸς ὄρνις
    Ἴρηκος μείζων, ὄμμασι γοργὸς ἰδεῖν,
Ποίης χλωρότερος. κυκλώσατο δ' ἀμφὶ περίπρο
    Πᾶν δέμας, ὡς ἶρις πορφυρέη περόνη.
Αὐτὸς ἐνὶ ξυλόχοισι λάλος μιμήσατο γῆρυν
    Οἰωνῶν, χθονίοις σύννομος ἄλλα λέγει.
Καὶ γὰρ ἐπ' ἀνδρομέῃσιν ἐφαρμόσσας στόμα φωναῖς,
    Ἠχὼ ὥς τις ἔδωκ' ἀντιλάλους ὁμάδους.
Καὶ σοφὸν ἀντήχησεν ὅσα βροτέη φάτο γλῶσσα
    Οὐδὲν ἁμαρτήσας, ἶσα βροτοῖς ἑτέροις.
Εἰ δέ μιν ἐξελάσειας ἀπὸ πλεκτοῖο μελάθρου,
    Εἰλεῖται πίσυνος σοῖς ἐπὶ ποσσὶν Ἔρως.
Οὐδ' ἔτ' ἐλευθερίης ἐπικήδεται. Οἶδε γὰρ οἶδε
    Οὐκ ἀχάριστος ἐὼν ἦρα φέρουσι φέρειν.
Ταῦτα Ποσειδάων ξείνοισιν ἀλώμενος αἶχις
    Εὗρεν ἀγνῶτα θεοῖς, δῶρα τ' ἔδωκε Κρόνῳ.
Ζηνὶ πάλιν Κρόνος, αὐτὰρ ἐμοὶ κειμήλιον ἦλθεν
    Ἐκ Διὸς ἀντ' εὐνῆς. Κλῦθι μου ἠΰς Ἔρως.
Δῶρον ἐμῷ ποθ' Ἔρωτι τάδ' ἔσσεται, εἴ μοι ἀρήξεις
    Παλλάδα τιτρώσκων τὴν σοβαροβλέφαρον.
Δῶρα θεοῖσι ποθητά, κόπου θελκτήρια. Βάλλε
    Βάλλε πικρῶς, Ἥρῃ τοῦτο χαρισάμενος.
Μῦθος ἔτ' ἐν χείλεσσι, καὶ εὐμενέοντι προσώπῳ
    Χερσὶ περιπλέξασαν ἀμφιχυθεὶς ἱκέτιν,
Ἥρην κάρτ' ἐφίλησε, καὶ ἤρετο ἔνθα τὸ δῶρον
    Εἴη, ἣδ' ἀγαθὸν θυμὸν ἔειπεν ἔχειν.
Αὐτὸς γὰρ βελέεσσιν ἐπιβρίξει μενεαίνων,
    Ῥέξει τ' αἰνόμορον Παλλάδι παρθενίην.
Οὐ γὰρ ἄναλκις ἐγώ. Ζηνὸς δέ με πλῆξαν ἐνιπαί,
    Ἐκπαγλόν τε τρομέω Αἰγιόχοιο κότον.
Δὴν γὰρ μῆνιν ἄπαυστον ἀέξατο. Οὐ δέ τις αὐτοῦ
    Χεῖρα φύγοι. τοίοις κάρτεσι γαυριάει.

Αὐτὸς

Ante alias prudens, & acuto lumine solers
Sacra auis hîc habitat grandior accipitre.
Gramine pluma viret viridi magis, Irida corpus
Exprimit ex trina nobile fasciola.
Dum strepit in siluis imitatur voce volucres
Atque homines inter cognita verba refert.
Vox hominem sonat, ac veluti resonabilis Echo
Mortales audit, reddit & ille sonos.
Non titubante solet sermonem attexere linguâ,
Vt quemquam credas cum ratione loqui.
Depulsum cauea videas, venerande Cupido,
Ante tuos humilem procubuisse pedes.
Libertate frui domino contentus Amore
Abnuit, & grates officiosus agit.
Ignotam hanc diuis reperit varia æquora lustrans
Neptunus, Patri, & contulit ille seni,
Atque pater dedit inde Ioui, mihi denique coniux
Pro cubitu. Hęc tibi Amor munera grata dabo.
Munera, Amor, tua erunt, si Palladi tela superbæ
Figas, & facibus frigida corda domes.
Donum, quo releuant grauiora negotia, Diuis
Optatum ; hoc feriens Pallada munus habes.
Sic ait, & dicto citius, iam mitior ipse
Iunonem amplexu stringit, & ore petit.
Brachia dum collo iactat, pangitque labellis
Oscula, dona rogat, ferreque spondet opem.
Efficiam quo Pallas, ait gemat ægra sagittis
Icta meis. niueus dispereatque pudor.
Non imbellis ego, at Patre terreor ipse minante:
Vltoris cautum me tenet ira Iouis.
Cum ferit immensum gliscit furor, omnia tangit
Seu terris fugiant, seu per inane volent.

Αὐτὸς γὰρ ἀντολίηθεν ἐς ἕσπερον ἴχνος ἀμείβων
Ζῆνα δόκευσα χύδην χάρματι παλλόμενον.

Ὅττι ποθ' Ἠλέκτρης ἐπεβήσατο λέκτρα, καὶ εὐνὰς
Κἠγὼ τόξον ἑλών, ἕλκος ἔτευξα νέον
Παχνώθη τε νόον, καὶ μ' ἐνδρόμῳ ἄγχι παραστὰς
Ἤλασε πὺξ κόρρην, κ' ἄλλον ἔμελλε πάλιν.
Ὤχθισα, καὶ κατέαξα βαλὼν πτερόεντας ὀϊστοὺς,
Οὐδὲ πλέον προσέφην ἡμέριον γελάσαι.
Ζεὺς δὲ χανὼν ἐφίλησε, καὶ ἵλεως ἔκφατο μῦθον.
Φρυκτὸς, ἐγὼ κέλομαι, σοὶ λόγος οὗτος ἔμεν.
Ζῆνα, Θεοὺς τ' ἄλλους πείραζε τεοῖσι βελέμνοις,
Ἔθνεα θ' ἡμερίων, ὡς φίλον οἰστροβόλει.
Μήνης μοι θυγατρὸς περιφείδεο. Φείδεο κόλπων
Παλλάδος ἀφθάρτων. Οὐ γὰρ ὕπεστιν ἔρως.
Ὁππότε δὲ τρώσαις ἀθέσμιος, ἴσθι σάφ' εἰδὼς
Σῶν ἀλαός γ' ὄσσων ἔσσεαι ἀμφοτέρων.
Εἶπεν ὁμοκλήσας, αὐτὸς δέ τε δείδια θυμῷ
Μή τι πάθω. Καὐτὴ οἶσθα κότον Κρονίδου.
Εἰ δέ γε τοξεύσαντος ἐμοῦ περὶ κῆρι χολωθῇ
Θυμὸν ἐρητύσω, δάκρυσιν ἠδὲ γέλῳ.
Πειθὼ σύνδρομος εὐθὺς ἐλεύσεται. Οὐ δὲ γὰρ οἶδεν
Μοῦνιν Ἔρως γεννᾶν, μᾶλλον ἔρωτα, χάειν.
Δὸς μοι ὅττι τάχιστα, πόρει κειμήλιον Ἥρη.
Μὴ δήθυνε. Ῥοπῆς καιρὸς ἔοικεν ἔτει.
Ἥρη μέντοι δῶρον ὑπέσχετο αὐτίκα δώσειν,
Ὅττ' ἐπ' Ἀθηναίην πικρὸν ἀφῆκε βέλος.
Καὶ Κύπριν νεύσασαν ἐχέγγυον ὤπασε, πίστιν
Καὶ χερὸς ἐμβάλλει. Ἡ γὰρ ἄπιστος Ἔρως.
Ὡς ὁ μὲν εἵλετο τόξον, ἐπωμαδίην τε φαρέτρην
Ὀξέα καὶ λέξας δισσὰ βέλεμνα τίθει.

Χρύσεον

Cardine in hoc rerum potero. Dum verſor Eoo,
Occaſumque peto viſus adeſſe pater
Ore quidem placido, quo non genialior vnquam
Atque ſerenatâ gaudia fronte gerens.
Scilicet Electræ thalamum calefecerat; olli
Vulnere deinde nouo, nec mora pectus adi.
Caligo inceſſit menti; me vidit euntem
Et pugno petiit, & repetiſſe velit.
Ingemui, & volucres fregi, abieciquе ſagittas,
Mollique hinc riſu tingere labra nego.
Ora fouens vultu ſed adhuc truce: Amorcule, dixit
Iuppiter, hæc ſemper, fac, mea verba ſient.
In me cœlicolaſque alios perlude ſagittas,
Denique mortales qualibet arte feri.
At ſolius natæ caueas, quæ neſcit amorem
Sacrilegas caueas Palladi ferre manus.
Sin olim legis noſtræ immemor auſus in ipſam
Quid fueris: pereat lumen vtrumque tibi.
Hæc mihi dira pater tonuit; mecum vnde paueſco,
Quidne feram. Noſti quanta ſit ira Iouis.
Si genitæ fixum poſt vulnus, inæſtuet ira
Hæc riſu, aut lacrymis frigeat ira, dabo.
Mox ſuadela aderit; nec enim niſi blandus amores
Gignit Amor, Charitas efficit, haud furias.
Ergo hoc promiſſum celera, Saturnia, munus.
Ne cunctare: dies longus hic annus abit.
Ac tutum puero donum dare Iuno recepit,
Pectore Palladio, ſi graue vulnus erit.
Atque cauere iubet Venerem: dextraque Cupido
(Fallere namque ſolet) dat ſimul ipſe fidem.
Hæc vbi facta: cauam niueis de more pharetram
Suſpendens humeris tela ibi bina locat.

Χρύσεον ἦν πρώτιστον, ὃδ' αὖ ἐπὶ λοίσθιον ἧκε
   Χάλκεον. Ἀλλοίη ἴς πέλεν ἀμφοτέροις.
Χρύσεον γὰρ τὸν ἔτρωσεν, ἄπαι χθονίων μελεδώνων
   Ὀρθωθεὶς μεγάλαις φροντίσιν ἐν βιότῳ.
Τῷ δὴ αὖ χάλκεον ἧκε ἐπ' ἀλλοκότους, καὶ ἀθέσμους
   Ὠθεῖ τερπωλὰς, μαχλοσύνας τε βίου.
Ἱπτάμενος δὲ βέβηκε ταχὺς πρὸς ὀλύμπιον ἕδραν
   Ἔνθ' ἀγυιεῖς Μακάρων εἰς ἓν ἐπῆλθεν ἕδος.
Ἁγνὸν Ἀθηναίης θηεύμενοι ἔρνος ἐλαίης
   Αἰδεσθεὶς δ' οὐκ ἦν Ἴσθμιος ἐν ὁμάδῳ
Δὴ γὰρ δὴ τότε πρῶτον ἕδραν στήειξεν Ἀθηνῶν
   Παλλὰς ἐμὴν πρώτην τεύχεσιν, εὐλογίαις.
Ἁγνῶς Οὐρανίδαισι κεκρυμμένος ἦτορ ἐβλάφθη
   Αἴγλαις τοσσατίων, κερόφοιτος Ἔρως.
Οὐδὲ γληνῶν σέλας εἶχεν ὁμέστιον. Ἠ γὰρ ὁμοκλῶν
   Καὶ Διὸς ἐμνήσθη. Ὥστε φοβοῖτο περί.
Ὀργίσθη μετέπειτ', ὀργὴ δ' ἀπεσείσατο δεῖμα
   Καὶ μένος ηὐξήθη, καὶ βέλος ἐν παλάμῃ.
Νευρὴν δ' ἐξετάνυσσεν ὅσον σθένος, ἔκβαλε δ' ἰὸν,
   Παλλάδι τ' ἀφθάρτῳ ἤλασεν ὀξὺ βέλος,
Χρύσεον. καὶ γὰρ ἅμαρτε φρενοβλαβίῃσι νόοιο.
   Χαλκοῦν δὲ πρόεμεν προὔθετο. Μοῖρα χέθεν.
Εὐσκοπίης δὲ τύχησεν, ἀκοντίσας μέσον ἧπαρ,
   Βῆτε διαπρό. Σὺ δ' ὡς ἕλκεος ἐργαλέου
Ἶνα, βίην τ' ἐστάκυσας ἀήθεα. χεῖλος ὀδοῦσι
   Δάψας, ὅπως μήτοι ὄσσ' ἀπρεπὴς προφύγῃ.
Καὶ χροιὴν ἐμέλαινας ὅπως μὴ λοίγιος ὄτλος
   Αἰδοῦς γνωσθείη πορφυρέῳ Μακάροις,
Βυσσόθε δ' ἐκ κραδίης γε περιπροχυθεῖσ' ἐρεβεννὴ
   Νὺξ ὁμίχλωσε φρένας λευγαλέαις σκοτίαις.
Δὴ δὲ φάος βλεφάρων, μέγα δ' ἔκτυπεν οὔατα, μῦθοι
   Γνῶμαι τ' οὐκ εἰσίν. ποὺς δὲ πέπηγε πέδῳ.

Vnam ex auro, aliámque nitenti ex ære sagittam:
Vis tamen haud auri, quæ fuit æris erat.
Aurea defigens mortali pectora cura
Haurit, rebusque ingentibus apta facit:
Ærea sed feriens miseros in stulta repulsat
Gaudia, quo vitæ sordida cuncta cadunt.
Ocyus hinc volitans sublimem ascendit olympum
Omne vbi (Neptunum demito) Numen erat.
Cuncti in Palladium tendebant lumina ramum
Hic noua adhuc visus ramus oliua fuit.
Nam modò tum Pallas veteres fundarat Athenas
Vt Sophiæ, atque armis arx sacra prima forent.
Intereà multo confusus fulgure circum
Ignotusque ibat pectore læsus Amor.
Caligare sibi visus iam fortè minarum
Tunc memor, ipse oculos noctem obiisse timet.
Quid faciet? secum indignatur, & ira timorem
Excutit, & firmum iam sibi robur agit.
Dextra igitur rapuit iaculum, lunauit & arcum
Qua valet, & castæ Palladi tela vibrat.
Aurea cuspis erat: nec enim tunc ære furentem
Quo voluit telo, figere, Parca tulit.
Plaga tamen non vana fuit: præcordia namque
Fixit, & extremas transiit vsque fibras.
Icta cor insuetum, tunc ne qua indigna sonet vox
Immotis Pallas fibulat ora labris.
Horruit inde genas, piceo suffusa colore,
Ne lethale rubor, vulnus ibi argueret.
Imò ex corde petens penetralia mentis, opacis
Vndique caligans nubibus vmbra tenet.
Orbibus irrepunt noctes, auresque susurrant,
Scommatis, & verbis dulcia plectra silent.

Χειρὶ δ' ἀνάλκις ἔθεσ' οὔτ' αἰγίδα, οὔτέ τι δοῦρυ
  Ἔσχεθεν, ἀλλ' ὀλοοῖς ἧκε φέρειν ἀνέμοις.
Νεύστασεν τρυφάλεια. μελέων δ' ἀπὸ ἔκφυγε θυμὸς
  Οὐδὲ δύνε ἀρχὴν, οὐδὲ τέλος νοέει.
Ἦ μέγα δὴ τόδε χρῆμα, τὸ μεῦ ἕλεν ἐνδόμυχον κῆρ
  Ἔκπαγλον. Ἀγνώσσω τοὔνομα, ἠδὲ φύσιν.
Πολλάκις ἄλλαις ἐν ὥραισιν ἀνέπτατο λύπη,
  Ὀργῇ, εὐφροσύνη θυμὸς ἀγηνορέων.
Ἀλλὰ τόδ' ὅττι πάθω φλογερὸν κακὸν ἦτορ ἰάπτει,
  Ἄψεα συντρίβει, καὶ λόγον ἐξελάει.
Πῦρ δ' ἅτε βρυχηδὸν ἐπιβόσκεται. Ἐντὸς ἐέργω
  Αἰτναίων πυρῶν αἰνοτέρας δαΐδας.
Καὶ πῦρ μοι πόθον ἧψε. Τί δ' ἵεμαι; Ἆ τί με θυμὲ
  Παίζεις; Ἔῤῥ' ἀπ' ἐμῶν, ἔῤῥε κακὸν πραπίδων
Τοῦ με τεῦ ἀνδρὸς ἔμνησας; Ἀτὰρ καὶ δίψαν ἰάλλεις;
  Καὶ πόθον; Οὐχλιδῆς εὖχος ὕπερθεν ἔχεις;
Εὖχος ὕπερθεν ἔχεις, Σὺ τί θ' αὖ κακότητος ὑποδμὼς
  Αἰσχροῖς ἔβλαψας Παλλάδος ἀφθορίην.
Ὦ παῖς, ὦ τέκος, ὦ χρυσῆς ἄμπνευμα τεκούσης,
  Ὦ γήθευς ὀδύναι πουλὺ ποθεινότεραι.
Ὦ μακάρων ἀνάριθμα μακάρτατοι, οἷσιν ὀπηδεῖ
  Τέκνα φυῆς, ζωὴ οὔτι μαραινομένη.
Ὡς ὄφελόν γ'. Ὄφελον τῷ δ' ἤματι πότμον ἐπισπεῖν,
  Ὅττε νέον κεφαλῆς ἐξέθορον Κρονίδου.
Αἰδέσθητι νόος, σοφίης φθόρε, τέκνα τοκεῦσιν
  Τίκτονται ποθεινῆς παρθενίης ὀλέθρῳ.
Παλλάδι δ' ἀφθορίη ἐρατὸς πόθος. Ἤματα πάντα
  Παρθένος ἔσσεσθαι ὤμοσα. τῶς γὰρ ἄδεν.
Ἀββάλε μήδ' ἐγένοντο γοναὶ, μὴ νήπια τέκνα
  Τοῖς ὑπέροπλον ἕλον πῆμ' ἄφρονες τοκέες.
Ἀλλὰ Ζεὺς μ' ἐφύτευσε νέον γονόεντι καρήνῳ,
  Καὶ Βάκχον μηρῷ, οὐδέ τ' ἔχρηνε δέμας.

Non haſtam imbelles retinent, non ægida palmæ
Præbuit, at rigidis cuncta ferenda notis.
Vertice nutat apex galeæ, vigor effugit artus
Nec finem reperit, principiumque mali.
Quæ me ignota mali ſeges opprimit aſpera dictu
Quid ſit quoque ſonet nomine, vtrumque latet.
Sæpè olim inſtabant mœror, tumor, ira, voluptas,
Sæpè quater gemino hoc ariete quaſſa fui:
At nunc ipſa rogo crucior, quo corda fatiſcunt,
Membra labant : verbis nec via nota datur.
Omnia flamma vorax depaſcitur, intus anhela,
Nutrioque Ætnæas in mea damna faces.
Ignis amorem hic accendit, quidnam volo, quid vel
Ardeo? an illudor ? corde faceſſe malum.
Quid ſimulacra viri, Mens, & ſitim amoris acerbas?
Gloria deliciis non tibi chara magis?
Gloria chara magis ? quid vero intacta Mineruæ
Colla feras nequam, ſuccubuiſſe iugo?
O puer, ô partus, requies ô grata parentis,
O & deliciis dulcior, alme dolor.
Felices ſæpè hi, ſoboles quos ſera perennat,
Queisve æterna breui in tempore ſecla parit.
O vtinam ſors iſta mihi, & cum fuſa Tonantis
Fronte fui, lux hæc, noxque ſuprema forent.
Sed pudeat tali mentem ſubmittere peſti
Virgineas proles inuida tollit opes.
Perpetuus ſine labe pudor precioſa Mineruæ eſt
Gloria : iuraui hac Virgo manere fide.
O vtinam numquam hæc terris effuſa fuiſſet
Illuuies, vteris vipera ſæpè ſuis.
Me vertex Iouis, at Bacchum femur edidit, vlli
Nec ſpolium labi ſuccubuiſſe ferunt.

Nonne

Καὶ Παλλὰς τεύχει πανομοίϊον, ἔκτοθ᾽ ἀρωγῆς
    Ἄρσενος, υἷα κάβοιμ᾽ ἄφθορος Οὐρανίδαις.
Καὶ κορυφῇ κύασω. Κορυφὴ Διὸς ὤπασ᾽ Ἀθήνην,
    Μούνη ἐπεὶ θυγατρῶν πάντα πατρῷα φέρω.
Ὣς φάτο καὶ ταχυεργὸς ἀπείριτον ἶνα καρήνῳ
    Συλλέξατο μελέων πολλὰ περιφρονέειν.
Μήδετο πρῶτοι μὲν Μοιράων ἀμετάτροπον ἔργον,
    Πῶς ἀτρόποισι λίνοις ὤρισαν ἀπλανέες.
Βουλῆς τ᾽ ἀστερόεντος, ἰδ᾽ οὐρανίων φύσιν ἁγνήν,
    Γαίης καὶ πόντου σύμφυτον ἀγλαΐην.
Νερτερίων τε βέρεθρον, ὅπῃ ἀγαθοῖς, καὶ ἀθέσμοις
    Πρήξεων ἐκρίθη πᾶσιν ἄεθλα, τίσεις.
Φράσατο ἡμερίων τε πόλεις, καὶ ποικίλον ἦθος,
    Μῆνιν ἀταρτηρήν, καὶ δολόεντα γέλω,
Καὶ φόνον ἀλλοπρόσαλλον, ἰδ᾽ αὖ πεδίων ἀλεγεινὰς
    Δηώσεις, ἱρῶν τ᾽ ἔξοχα δουλοσύνας
Ἠδὲ πάλιν πόρφυρε σοφῆς εὑρήματα τέχνης,
    Ὀργὴν παύουσιν ταῖσι θεῶν θυσίας,
Νηῶν θ᾽ ὑψιρόφων αἰπεινὰ τέραμνα, περίπλους,
    Μολπήν, ναυτιλίην, ἀστροθέτημα πόλου,
Ὁπλοτερῶν τε βροτῶν τηλεκλυτὸν εὖχος, ἀρείω
    Ἀλκὴν γηραιῶν πουλὺ φαεινοτέρην.
Ὅττι γὰρ κάρτος, ἔφασε, θεώτερον ἐστὶ βροτοῖσιν
    Νῦν πλέον, ἢ πρότερον καὶ φρένες αὐγαλέαι.
Δὴ γὰρ δὴ χάλκεος γενεὴ τέλος ἵκετο δόξης
    Καὶ χρυσῆ φαίνει φωσφόρος ἠΐθεαν.
Τήπερ ἀριστείαισι λόγων, καὶ κάρτεσι χειρῶν,
    Ἤδη ἐπουρανίοις ζῆλον ἄεξε μέγαν.
Τοῖσιν ἴση προβέβηκεν, καὶ ἴκελος ἰσοφαρίζει
    Τέκνα θεῶν, υἱέων τ᾽ οὐρανίου γενέθλη.
Ἄλλον Ποιητὴν κείνοις ἰσόμοιρον ἐφευρεῖν
    Χρεῖος ἔφυ, κήρυκ᾽ ἀντιθέοιο κλέους.

Ἄλλων

Nonne Iouis, ſimili fundet ratione, virago, &
Abſque viro natum, cælicoliſque dabit?
Vertice nata Iouis, pariam quoque vertice natum,
Inter quæ genitas e Ioue tota fui.
Sic ait, & rerum vires ſine fine tenaci
Cogit, & ex cunctis pectore multa capit.
Stamina prima animo trahit immutata ſororum,
Penſaque fatali, non violanda colo.
Sidera terſa videt, purgatoſque ætheris axes,
Quæque ſolo variant, quæque videnda ſalo.
Inde inferna petit Barathri loca, diraque ſontum
Supplicia euoluit, præmiaque apta bonis.
Multorum mores multorum cernit, & Vrbes
Riſus vbi fallax & ſine fine furor.
Sanguinolenta videt bella, immaneſque rapinas
Captaque ſacrilega limina diua manu.
In ſe iterum remeans inuentas ruminat artes,
Et ſacra, vltorum queis cadit ira Deûm.
Templorum dein ſumma videt: naualia, cantus,
Cæruleaſque vias, ſidereoſque ſitus.
Et Iuuenum factis grande increbreſcere nomen,
Atque ſenum in toto clarius orbe decus.
Vis, inquit, quando maior mortalibus vnquam
Armorum, & Sophiæ, conſiliique fuit?
Ærea, laudis enim tetigit faſtigia proles
Aureus en Iuuenum Boſphorus exoritur.
Qui linguæ ſplendore manus, & robore magnus
Cœlicolis ſummam concitet inuidiam.
His Diuorum nati, & qui naſcuntur ab illis
Pugnant, inque vicem cedere neuter amat.
Vatem ipſis alium cæleſti è ſemine, plectro
Qui beet heroo iam reperire iuuat.

Hunc

Ἄλλων πολλὸν ἄρειστον. Ἐπεὶ τίς δύνατ' ἀείσαι
    Ἀθηναίης ὠδαῖς ἐξερύσας ὁμίχλης;
Ἡ μὴν τὼς ἐπέφηκεν, ὅμοι φίλον, εἴθε δυνάσθην,
    Τὸν γ' ἀπ' ἐμῆς κορυφῆς, νήδυμον υἷα τεκεῖν.
Εἴθε πατὴρ τόδ' ἔνευσεν. Πατὴρ δ' ἐπένευσεν ἀκούσας·
    Νεύματι δ' αὖ κορυφὴ ἔγκυος οἷσε τέκος.
Πρῶτον μέν τοι ἐλαφρὸν. Ὅταν παρὰ δ' ἤματα ἦλθεν
    Πολλὰ, βρεφός τε χρόνῳ ἄψεσιν ηὐξάνετο.
Δὴ τότε Παλλαδίης κορυφῆς ηὐρύνετο κόλπος,
    Καὶ στείνοντ' ἶνες δριμυτέραις ὀδύναις.
Αὐξομένῳ τε βρέφει γε συνηύξανεν, ἄχρις ἐς ὄγκον
    Ἀργαλέον. Κάματος δ' οὔτι φορητὸς ἔφυ.
Καὶ μήνιγγες ἄατον ἐπέκτυπον. ἀσταθέες δὲ
    Συστρωφῶντο πόδες σφαλλομέναισι πάλαις.
Ὡς δ' ὅτε διψαλέοισιν ἐπ' οἰνηροῖς τε δεπάστροις
    Φώς τις ἀκηδέστως χανδὸν ἄφυσσε μέθυ.
Ἔνδοθεν οἱ νόον αἰθύσσει λαθικηδέος οἶστρος
    Ἰκμάδος, οὐδὲ φέρειν ἔσχεθε κρᾶτα λάρυγξ.
Ὀφθαλμοὶ δ' ἐπέδηθεν, ἕδος δ' αὖ, καὶ λέχος αὐτὸ
    Δινεῖσθαι δοκέει, ἄστρα πόλυ θορέειν.
Βαμβαίνων δὲ κρότοισιν ἀπεικότα ῥήματα βάζει
    Πολλάθ' ἃ μὴ λεχθέντ' εὐρὺ ὄνειαρ ἔην.
Ὡς τότ' Ἀθηναίης περιδινήθησαν ὀπωπαὶ,
    Ἡ δὲ πίεζε κάρη αὐξομένοιο βάρος·
Αἰεὶ γὰρ βφίης ἀθεναροῖσιν ἐδέσμασι φέρβεν.
    Γέντο δὲ παννῆμαρ καὶ παῖς εὐρύτερος.
Ὡς δέ μιν ἐκ σκοπιῆς περιώδυνον εἴσιδεν Ἥρη
    Γήθει παλλομένη κέρτομον εἶπεν ἔπος.
Οὕτως νῦν ἐπίκειθι Διὸς τέκος, ἄφθορος ὄρπηξ,
    Καὶ στυφέλιζε θεοὺς σκώμμασιν ἀφραδέσιν.
Μήδ' ἐπὶ τῷ μεγάλαυχοι ἀγηνορέουσι γυναῖκες
    Ὄλβιος, οὐδὲ γονῆς ἄξιος οὐτιδανῆς.

Ὁππότε

Hunc omnes anteire volo; quis namque ſilenti,
Si ſolum excipias, eruet amne Duces?
Expedit idque mihi ſedet: ô ſi talia poſſem
Pignora de cerebro parturiiſſe meo!
O vtinam pater annueret. Dicto ocyus, ipſe
Annuit, & vertex Palladis intumuit.
Principio breuis, at numero glomerante dierum
Grandia iam viſus tendere membra puer.
Tum caput armigeræ maiore cucurbitat orbe
Anguſtant nerui, nec minus acre premunt.
Fœtu ingente tumor iam immane extuberat, & iam
Succollare nequit flexa columna caput.
Dum Cerebri ſtrident fibræ, mirabile dictu
Erranteſque natant, nocte, dieque pedes.
Ac veluti incautè ſiquis male fida Lyæi
Vaſa hauſit cerebro ſtare, locoque nequit.
Lethæus mentem ſtupor occupat, æſtus acerbat
Guttura nec mentum curua tenere valent.
Vincti oculi torpent, tellus ſibi fixa moueri
Viſa, micare torus, aſtra ſalire polo
Perſtrepit ore graui, & verba incompoſta ſuſurrat
Quæ melius clauſtris continuiſſe foret.
Palladi ſic ægrè circumglomerantur ocelli
Et caput exturgens pondere ad ima cadit.
Nam magis atque magis fœtus creſcebat in horas,
Robuſtos ſophiâ ſuppeditante cibos.
Viderat ab ſpecula tum forte doloribus ipſam
Confixam Iuno, nec tenuiſſe poteſt:
Geſtit, & inſultat: Iactes Iouis aurea Proles
Ridiculiſque modis temnere diſce Deos.
Non vtero felix quo ſeſe fœmina iactat,
Nedum etiam vili pignore digna parens.

Ὁππότε παῖδα κύησας ἀγάστριον, οὐδ' ἔτι βαιὸν
    Τερπωλὴν ἔδαης τῇ κατέμικτο τόκος.
Τερπωλὴν ἐπὶ τῶν μακάρων ἐπιμαίνεται ἐσμὸς
    Ἧς τε χατεῖν βουλοῦ δὴν ἄπο ἱστάμενος.
Ἰσοθέοις χλιδαῖσιν ὁμοίιος. Ἀλλ' ἄρα καὶ τῆς
    Ἤμαρτες, ζαθέων οὐκ ἀλέγουσα γάμων.
Νῦν δὲ καρηβαρέουσα διαμπερὲς ἔγκυος εἴης,
    Καὶ τίκτοιο βρέφη κρῆθεν ἀπαὶ βλεφάρων.
Τοὺς γὰρ ἴσως οἰκτίστα καὶ ὀφθαλμοὺς ἀπολέσσοις.
    Καὶ γνώσεαι μισθῷ οὐκ ὀλίγῳ βριαρήν.
Κεῖνο δέ μοι πόρεν ἄλγος ἀμήχανον, ὅττι λοχεύσεις
    Παῖδ' αὐτῶν πολλὸν κρέσσονα ἡμιθέων.
Τὸν βασιλεῖς, ἥρωες, ἀείφρονες, ἠὲ Θεοὶ αὐτοὶ
    Ζηλώσουσι κλυτῆς εἵνεκεν ἰδμοσύνης.
Ἀθανάτου τε κλέους, στέρνοις δὲ μακάρτατον ὕμνον
    Ἄσουσιν, μαζοῖς, πατρίδι κυδροτάτῃ.
Ζεὺς δ' ὡς οὖν ἐνόησε κόρης ὠδῖνα μερίμνης,
    Καὶ πρόσθεν γ' ἐκέλου γευσάμενος καμάτου,
Δεξιτερὴν ἀνέτεινε, φίλην τ' ἠγκάσσατο γένναν
    Ἀμφιχυθεὶς, στερνοῖς τ' ἔμβαλε μειλιχίοις,
Ἠδὲ κάρηνον ἔκυσσε, καὶ ὄμματα πένθος ἀπέπτη,
    Λύπη τ' εὐθὺς ἕδρας νερτερείων μελάθρων.
Ὀφθαλμοὶ δ' ἀνέγερθεν, ὑπέκφυγε κόμπος ἀνίης.
    Στήειχθεν ταρβεῖ. Ζήτεεν αὖθις ὅπλα.
Ὦ τέκος, ὦ ὠδῖνες ἐπουρανίοισιν ἀγηταί,
    Ὦ κορυφὴ πασέων ἀκρόπολις Χαρίτων.
Πίσταγε, πόσσ' ἐνέπνευσε θεόσδοτα δῶρα λοχείῃ,
    Πίστα ἀπ' αἰθερίου στήθεος ὠπάσατο.
Ἔξοχα δ' αὖ Μουσέων καπυρὸν στόμα, ἄκρον ἄωτον
    Ὑμνοπόλων, Φοίβου τ' ἠγαθέην κιθάραν.
Ὀρρ' ἀργὸς πάντεσσιν ἀεὶ λογίοις, καὶ ἀοιδοῖς
    Μηδ' ἔτι Φοῖβος ἔῃ ἡγέτα Μουσοπόλων.

Ὤπασε

Heu nimium infelix, cui non libata voluptas
Quæ rigidas partus temperat vna vices.
Cuius amore Dÿ insipiunt, peregréque vagantur,
Hasque habitare domos, cura nec vlla subit.
Hoc etiam luxu Iouis ô frustrata virago es,
Diua cui soli non Hymenæa placent.
Nunc verò semper vertex sibi ponderet, & per
Lumina, quæ paries pignora, proripiant.
Sic te fortè oculorum aciem deperdere cernam
Nec paruo disces intumuisse mihi.
At summus me luctus agit, quod pignora partu
Ipsis Semideis nobiliora dabis.
Quæ Sophi, & Heroës, Regesque, & Numina nostra
Multisciæ ob mentis munera suspicient.
Gloria quæ maior? Puero, patriæ, atque parenti
Carmina cœlicolis pangere digna canent.
Iuppiter vt natæ iam parturientis agonem
Nouit qui tales senserat ante vices.
Extendit dextram fœtumque amplexus hiantem
Matremque humano mulcet vtrumque sinu,
Deinde caput labris, oculosque fouentibus, angor
Protinus in stygios effugit ille lacus.
Nec mora clarescunt oculi, vestigia constant,
Vanescitque dolor: Arma, iterum, arma fremit.
O dolor, ô fœtus cœlestibus admirandus!
O Vertex Charitum arx, gratia, dulce decus.
Quantas mentis opes per te spirauit Olympus
Pectoris ætherei lumina quanta dedit.
Dulce, virum, canere vt Musas, vatumque beari
Imperio, & Phœbi tangere posse fides.
Rhetoribus simul, & cunctis dare iura poëtis
Ne dux Aonidum, Phœbe, deinde fores.

Ὤπασε τὰ πρότ' ἐόντα, τάτ' ὄντα δαήμεναι αὐτῇ,
　Ἐσσομένων τε πόρε οὐκέτ' ἐόντα λόγον.
Τὶς τάδε μυθήσαιτο, τὰ οἱ τότε δῶρ' ἄναγε Ζεύς.
　Μᾶλλον φύλλ' εἴποις, ἢ ψαμάθοιο κόνιν.
Ὄμμασιν ὅσσα δέδορκας ἑνὸς χερὸς ἔργον ἐτύχθη
　Ἠδ' ἐκτὸς τὰ νοεῖς οὐρανίων λαγόνων.
Αὐτοῦ στέρνα τίθησι βραχίονας, ἄψεα πάντα,
　Ἠδ' ὅσσην ἀλκὴν ἐντὸς ἔχει μελέων.
Παλλάδι τεξομένῃ κειμήλιον, ὄφρα Θεάων
　Πουλὺ ἄειστα τέκῃ υἷα βροτοῖσι πρόμον.
Παλλὰς σὺν δόρυ πάλλε, λόφον δὲ καρήατι θῆκεν,
　Ἠδὲ σάκος λαιῇ, ἔκθορέτ' ἐσσομένως,
Καὶ τροχαλοῖσι πόδεσσιν ἀπ' αἰθέρος ἀΐξασα
　Αἰγαίῳ πελάγει νῆσον ἵκανε Χίον.
Ἀλλάων πρωτίστην, γεραρώτατον ἔθνος Ἰώνων,
　Καὶ ναετῶν ἀρεταῖς μᾶλλον ἀγαυοτέραν.
Ἧχι γὰρ αἰπύδμητον ἀνορθώσαντες Ἀθήνῃ
　Ναὸν, θαῦμα νέον κάλλεσιν οὐρανίοις,
Δώροις τ' ἀφνειοῖσι, Δρακοντολέτειραν ἐτίμων
　Παλλάδα, οἱ χαρίτων τ' ὤπασαν ἀντὶ χάριν.
Δὴ γὰρ ἐν ἀμφιλαφεῖ Πελλιναίοιο κορύμβου
　Βήσσῃ ὠμηστὴς συνείασκε δράκων.
Μήκιστός γ', εὗρος τε πελώριος, οὔρεσιν ἶσος,
　Δεινὸς ἰδεῖν, πνείων λαμπάδας ἰοβόλους.
Ὅστε δ' ἀκανθοφόροις κυρτούμενος ἕρπεν ἀν' οὖδας
　Σπείραις, σχῆμ' ἐδίδου ἀμφιπέδων ὀρέων.
Κνώδαλα γῆς, ἀέρος τε γένη, καὶ ἔθνεα φωτῶν
　Ἰυγὴν τ', ὄψιν τ' οὐκ ἀνέχοντο φόβῳ.
Ἀμφιχανὼν δὲ φάρυγγα πετάσσατο, χάσματος εἴποις
　Οὐδαίου, σπειῆς τ' ὕψος ἀφεγγὲς ὁρᾶν.
Πώεα, καὶ δαμάλεις, ἵππων τ' ἀνάριθμον ὀπώρην
　Χείλεσιν οἰγομένοις ἐξελάφυσσε μόνοις.

Ταῦτα

Quæque antè aut fuerant, aut tunc præsentia nosse,
Ac sapere arcanas, lubrica fata, vices.
Siluarum frondes pelagique enarret arenas
Qui canere effusas tunc Iouis ausit opes.
Dextra vnius opus sunt quæ extra, intraque videtis
Æthera, idemque breui limite clausit opus.
Totus in hoc Pater incumbit quantusque lacertis
Ille est & quantus pectore tantus inest.
Hæc soli ante alias congessit dona Mineruæ
Mater vt egregij pignoris ipse foret.
Prima ergo galeâque armata, hastamque coruscans
Proripit è cœli limine diua ferox.
Pronáque in Ægeas pedibus pernicibus vndas
Labitur, & notam peruenit indè Chion.
Ionij splendet Princeps Chios æquoris vna
Splendidiorque viris quos fouet illa sinu.
Namque ibi mirandum grati posuêre Mineruæ
Chij templum, raræ molis, & artis opus.
Diuitibusque Dracontoletira hic nomine diua
Muneribus culta est. Nominis hæc ratio.
Pelleni quondam siluosi in valle cruentus
Sibila vibrabat nocte dieque Draco.
Horribilis visu, ac veluti mons vastus, & ingens
Spirat, & infectas proiicit ore faces.
Cùm spinosa solo voluebat tergora, credas
In media montes surgere planitie.
Mirus vbique pauor, homines, volucresque, feræque
Illius haud sonitus ferre nec ora valent.
Guttura cum pandit, rictusque euoluit opacos
Tartara Plutonis cernere aperta putes.
Arua per & siluas, quodcumque occurrerat, haurit
Cornipedem, vel equum, cornipetamve bouem.

Ταῦτα δ' ἀποβροχθέντα κατέῤῥεεν ὥσπερ ἐς ἅλμης
Βένθεα, ἠὲ βυθὸν νερτερίων βερέθρων.
Πήματι δ' ἐστείνοντο πόλεις, καὶ μῆχος ἰδόντες
Εὐφραδίης βροτέης οὐδὲν ὄνειαρ ἔχειν,
Χεῖρας ἀνασχόντες πάτριον λιτάνευσαν Ἀθήνην,
Ὄφρ' ἄτην ἐλάσῃ εὐμενέουσα φίλοις.
Νεῦσεν Ἀθηναίη, ἀπὸ δ' ὤσατο δεινὸν ὄλεθρον,
Καὶ ναέταις ἐρατὴν θῆκεν ἐλευθερίην.
Βυκτάων γὰρ ἔχευ' ἀνέμων ἐείπνευστον ἀϋτμὴν
Δένδρεά τ' αὐλῶνος ἐξετίναξεν ὅλα.
Τῶν δ' αὖ ῥηγνυμένων ζαμενοῦς λαίλαπι θυέλλης,
Καὶ συντριβομένων ἄσπετον ὦρσε φλόγα.
Δαιομένου τε πυρὸς μέγ' ἐρόχθεεν ἄσπετος ὕλη,
Καιομένων τε φυτῶν δεινὴν μεγάλ' ἀμφιλάκε.
Μέχρις πάντ' ἀμάθυνε, καὶ ἐς κόνιν ἤγαγε φλέγμα.
Τοῖσι συνεφλέχθη εἰλικόεις τε δράκων.
Οὐ δέ οἱ ὅπλον ὄνησεν ὑπὲρ ῥάχιν, οὐ δέρος αὐτοῦ
Ἀντίτυπον φλογέαις καὶ Διὸς ἀστεροπαῖς.
Οὐ δ' ἰὸς, τοῦ ὑδέουσι πυρὸς πανυπέρτερον ἔμμεν,
Οὐ δὲ πόδες πτηνοί. Φλοξὶν ἅπας ἐδάμη.
Φλοξὶν Ἀθηναίης νηλειέσι. Ταὶ δ' ἄρα πάντα
Φλέξαν ἀκηδέστως. οὐδ' ἀλεήτις ἔην.
Ὡς οἱ μὲν ζαθέαις μόλις ἐξεσάωθεν ἀρωγαῖς,
Καὶ χάειν εὐέρκτῃ εἴδεον ἐξοπίσω.
Πρῶτα μὲν οἶνον ἔλειβον, ἴδ' ἄπλετα μηρία καῖον,
Καὶ θυέων ὀδμῇ πᾶς ἐμέθυστο δόμος.
Πολλὸν δ' ἀμφιχέοντες ἀπὸ κρητῆρος ὀδώδει
Λαρὸν ἄλειφαρ. Ἔδος δ' ἀμφιπέπληθε θύοις.
Παρθενική τ' ἀρήτειρα θυώδεος ἔνδοθι ναοῦ
Εὔχετο πρὸς βωμὸν καλὸν ἱεῖσα θρόον.
Παλλὰς Τριτογένεια, Διὸς τέκος Ἀτρυτώνη
Παρθένε μουνογενὴς ἀρσενόθηλυ Θεά.

At veluti terræ barathrum, pelagive Charybdis
Omnia ſic patulis faucibus ille vorat.
Vrbibus hac clade abſumptis, prudentia nullum
Effugium, & nullam repperit ipſa viam.
Quocirca patriam, tendens ad ſidera palmas
Pallada ferre, Chios ſollicitabat opem.
Annuit, indigenâque malam peſtem expulit ora,
Atque frui cœlo liberiore dedit.
Nam rapidis acres incuſſit flatibus iras
Rara vnde arboribus vallis opaca fuit.
Ramorum interea flictu, ſiluaque fragore
Excita vis flammæ per nemus omne furit.
Æolius fremor, & Vulcanius omnia miſcet,
Longeque amotis auribus excipitur.
In cinerem tandem ſubſedit ſilua ſuperbuſque
Igne Draco tritum depoſuit ſpolium.
Non Iouis obnitens iaculis, in Palladis ignes
Horrifico tergum murice ſtare nequit.
Non aconita iuuant, quę incendia vincere, fama eſt,
Nec quidquam aligeri perualuêre pedes.
Omnia Palladius nullo diſcrimine voluit
Ardor & immani liberat hoſte Chion.
Tanto ergo hoc dono gens denique vincta Mineruæ,
Exſoluunt grates, donaque grata ferunt.
Quadrupedes ſine fine adolent, carcheſia libant
Totaque ſacrifico eſt ebria odore domus.
Effuſi calice halant, atque augentur odores
Et ſacro redolens anguine terra madet;
Thuricremam intereà ſupplex ſtat Flamen ad aram
Votaque perſoluens carmina pulchra canit.
Pallas Tritogenia Iouis genita, Atritone,
Vnigena, ô Virgo, fœmina, maſque Dea.

Η πέδον ἀμφιβέβηκας Ερεχθέος, Αςυ τ' Αθηνῶν,
  Δαυλίδα, καὶ Κύῤῥον, καὶ Αράκυνθον ἔχεις.
Αςυρά τ', Λαμψακὸν, Μαγάρσου τ' ἄκρα κάρηνα
  Βούδειον, Λῆμνόν τ', ἠδὲ Νέδοντ', Αλέαν.
Καὶ Χίον, ἣ νήσων πολὺ φιλτάτη ἐςὶν ἁπασέων
  Σοὶ Παλλὰς, περὶ ἧς κηδομένη βριάεις,
Ωδε γενέτειρα γόνου, καὶ πρὶν μὲν ἄμυνας ὀλέθρους
  Αμμιν ἀπειρεσίους, νῦν τ' ἀπέσβεσας ὄφιν.
Τεῦ σε Δρακοντολέτειραν ἐς ὕςερον αἰὲν ἐνίψει
  Η δε πόλις, γλυκερὴν Παλλάδ' ἐπωνυμίην.
Αἱ δ' ἕτεραι πεύσονται ὁμοῖα δῶρα κομίζειν
  Αντ' εὐεργεσίης τοῖσι χαρισαμένοις.
Κλῦθι μευ εὐχαμένης, νήσου γεραρώτατον ἔθνος
  Ασκηθὲς παντὸς πήματος εἶα, σάω.
Καὶ προλιποῦσα πόλον, βαιόν γε φιλαίτερον οὖδας
  Εισιδε, ἀφνειῶν τ' αὔξε δόσεις κτεάνων.
Εἶ ἄγε δεῦρο Χίοις μόλε μοι, μόλε δῖα Θεάων
  Βαῖν' ἱμερόεν τέμενος. Βαῖνε τάχιςα, μόλε.
Οὔπω μῦθον ἔειπε, καὶ ἤλυθε Παλλὰς Αθήνη
  Πηνὸν ἅτ', ἠγαθέου δῶμα τ' ἔπλησε φάει.
Τοὶ δ' ἄνεω ἕςηκαν, ἀτὰρ τόδ' ἐναίσιμον ἔμμεν
  Φάντο φάος, καὶ νεὼ Παλλάδα ἱςαμένην.
Ενθεν ὁ μεγαλώνοις ἀραῖς ἐπεφώνεον Υμνον
  Καὶ δακρύοις δεύονθ' ἥδεσι παλλόμενοι.
Μέσφα δ' Αθηναίη θυέεσσιν ἰαίνετο θυμὸν,
  Καὶ Χίοις ἀρετὴν, ἠδ' ἐπέκλωθε κράτος.
Οφρα μεθ' Ελλήνεσσι πέδου, πολιῆς τε θαλάσσης
  Αρχοιεν πεζῇ, ναυσιδρόμῳ τε βίᾳ.
Καὶ Πέρσην ὀλέσειεν ἀφαυροτάτῃ ςόλον ἀλκῇ,
  Θυμῷ δ' αὖ πολέες μυριοχιλιάδες.
Μοῦνοι γὰρ νιφάδεσσιν ἐοικότα, ἢ ψαμάθοισι
  Λαίφεα βαρβαρικῶν χερσὶν ἐπ' ἀκαμάτοις.

Αλλων

Quæ ſolum Erechthei, & doctas defendis Athenas
Daulidaque & Cyrrhon, quæque Aracynthō habes:
Aſtyraque, Aſſeſum, & Magarſum montibus altam
Budeion, Lemnonque & Nedon, atque Aleam;
Et Chion Ionio quæ maxima in æquore ſurgit,
Cuius cura vni gloria ſumma tibi eſt.
Nunc nos quæ ex omni vt mater ſeruare ſolebas
Clade, Dracontæis eripis ipſa malis.
Hinc te noſtra Dracontoletiram nomine ſemper
Vrbs dicet, quo nil dulcius eſſe ſolet.
Sic aliæ diſcent Vrbes hoc munere vinctæ
Dona ſibi memori pectore ſacra dare.
Supplicis exaudi populi te vota precantis
Atque tuos ſemper dextra benigna tegat.
Linque Polum, & propera noſtros viſura penates,
Multiplicique auge fœnore dulce ſolum.
Eia age, diua veni, venias ô diua Dearum
Limina ſacra tua hæc viſe, age, rumpe moras.
Nondum finierat, cum Pallas vt ales ab alto
Lapſa polo radiis fundit vbique domum.
Illi autem attoniti ſtabant, dein lumina certi
Dextra fore huic credunt Pallada adeſſe domo.
Pars populi exultant, lacrymaſque in gaudia mittūt,
Pars voce vnanimi carmina ſacra canunt.
Dum Pallas ſacris delectabatur opimis
Virtutem & Chiis vimque, animumque dabat.
Vt terram, pelagumque ſimul ditione tenerent
Cum Danais clari ſæpè in vtroque duces.
Pauci & Achemeniam numero, ſed robore multi
Delerent claſſem; & millia mille virûm.
Barbara enim tot vela forent, quot littore arenæ,
Quotque niues Phœbo cum feriente cadunt.

Ἄλλων νηρίθμοιο ὑποτροπίαισιν ἀϋτῆς
   Πότμον ἀλευομένων, ἔμπεδον αἰρόμενοι,
Καί μιν ἀμαλδύναντες ἔχοιεν ἀγήραον εὖχος
   Εἰ μὴ Ἑλλήνων δῆος ἄασεν Ἄρης.
Δεινὸς Ἄρης, κρατερῶς γὰρ ἐπ᾽ ἀνέρας ὁρμήσαντες
   Φθίσουσ᾽ ἀντιβίους δρηστοσύνῃ μελέων.
Ἐσθλοὶ δ᾽ αὖ γεγαῶτες, ἄδην ἀπὸ θυμὸν ὀλοῦνται,
   Εὐκλεᾶ ἀνθ᾽ ὕβρεως μοῖραν ἀμειψόμενοι,
Ἀνδράσι φυξαλέοις στήλην λαλέουσαν ὀνείδη.
   Ἐξ ἐσθλῶν φῶτες μανθάνετ᾽ ἐσθλοὶ ἔμεν.
Ταῦτα μὲν οὖν κρήηνε. Γόνος δὲ ἐπ᾽ οὔασιν εἶπε.
   Νῦν χρόνος ὦ μῆτερ κλεῖθρα λιπεῖν κορυφῆς.
Ἠέλιόν θ᾽ ὁρόωντα νέαις τέρπεσθαι ἐδωδαῖς.
   Μή με κάρηνι Θέα, μήμε κάλυπτε πλέον.
Οἶξαι δεσμὰ τέλεια, θυρέων ἀνάκλινον ὀχῆας,
   Καί με λόχευσε, τέκνον, δὸς φαὸς, ἦρα πόρει.
Ἔννεπεν. Οὐδ᾽ ἀπίθησε λεχωΐδες ἦγον ἀνάγκῃ
   Ὧραι, καὶ Μοίρη ὦσε βιαζομένῃ.
Ἡ δὲ γ᾽ ἀλευαμένη ἐσκίνιον ἵκετο χῶρον,
   Εἴποις οὐρανίοις προσφιλὲς οὖδας ἔμεν.
Κύψε κάρη, φοίνικι δ᾽ ἐρείσατο, ἁγνὸν ἐλαίης
   Πτόρθον θλιβομένη, κλωσὶν ἀνῆψε σάκος.
Καὶ δόρυ, καὶ τρυφάλειαν ἀπὸ ἕο θῆκε χαμᾶζε.
   Οὐ γὰρ ἔφη, χρείω ὑμνοπόλοισιν ὅπλα.
Τόφρα δ᾽ ἐπιρρήξασα πέδας, συνοχεῖς τε καρήνου,
   Ῥεῖα μάλ᾽ ἐκ κόλπων θήκατο παῖδα μέγαν
Παλλὰς Ἀθηναίη μεγάλη Θεός. Ἡ γὰρ ἔεικεν
   Μείζοσιν ἐκφῦναι τοῖσι Θεοῖς μεγάλους.
Αἴθρα, πέσοντε γέλασσεν. Ὄλυμπος ἀρείοσιν αἴγλαις
   Σεισάμενος νεφέλας βῶλον ἐφεγγοβόλει.
Οὐρανίδων τ᾽ ἀφίκανεν ὁμήγυρις ἄλλος ἐπ᾽ ἄλλῳ,
   Ζεὺς, Ἑρμῆς, Παφίη, Ἥλιος, Ἀτρυγέτης,

Ἀδρήστεια,

Hac socij specie turbati, & mœsta timentes
Fata, subinde fugæ vertere terga parant.
Chij tamen intrepidi, quos fax virtutis honesta
Stare facit, vibrant corpora rara neci.
Nam valida hostiles membrorum mole phalanges
Vrgendo cedunt viribus, haud animis.
Sic tandem speciosa petunt per vulnera mortem
Certi sponte mori, quam maculasse genus.
Hoc Hominũ columen profugis exempla ministrans,
Esse boni in Patriam discite ab hisce bonis.
Talia dum Pallas secum mouet, auribus instat
Fœtus : Iam tempus, me trahe, mamma foras.
Me sine sole frui, insolitisque replerier escis;
Ne me, ne me vltrà vertice, diua, tegas,
Claustra aperi, foriumque repagula decute, me ede
Ede foras : gratum da mihi habere iubar.
Annuit his genitrix, iussaque Lechoïdes Horæ
Ducere vimque ferens pellere parca premit.
Intereà optatum petiit paritura recessum,
Quem nisi cœlicolas non coluisse putes.
Hîc palmæ caput acclinat viridantis oliuæ,
Conglomerans ramum, sueta ibi nota locat.
Dextra hastam, capite & galeam deponit, humique
Fundens, non, inquit, vatibus arma licent.
Tum verò aggeribus prægnante è vertice ruptis
Viuidus effluxit, proripuitque puer.
Proripuit magnus, magna de Pallade natus
Ecquid enim magnus nonnisi magna ferat.
Mox æther, tellusque fluunt, data pignora luci
(Vmbra fugit) totus cernere, Olympe, venis.
Neptunus, Phœbus properant, Saturnius, Hermes
Et Venus, Aula poli denique tota vacat.

Αδρήστεια, Θέτις, Νυμφῶν πολυποίκιλος ἑσμὸς
　Μοιράων, Χαρίτων, Μήνη, Ενυάλιος.
Καὶ Κρόνος, αὐτὸς Ερως, Ηρη τ' αὐτόσυτος ἦλθε
　Μαιάδος ἀμνήμων. τοὺς γὰρ ἔτελλε πόσις.
Παλλάδος ὄφρα τόκος πᾶσιν τιμάοχος εἴη.
　Καὶ πάντων δώροις κύδιμος ἀντιάσῃ.
Ζεὺς πρώτιστος ἔδωκεν ἄναξι γεράσμιον εἶδος,
　Ερμῆς ἡδυλόγως ἦτορ ἄγειν χθονίων.
Αγλαΐην Παφίη, στιβαρὸν δ' ἐτέλεσσεν Απόλλων.
　Αλλὰ ποσειδάων ἁρμοσύνην ῥεέθρων.
Αδρήστεια δίκην γε, Θέτις νόον, ἔνθεον ἦθος
　Μήνη, τολμηρὸν δ' ὁ βροτολοιγὸς Αρης,
Καὶ Κρόνος ἀστυφέλικτον, Ερως δ' ἐνέπνευσε ποθητὸν
　Ηρη προσφῦτα γόνῳ ἤνεεν ἀζομένη.
Καὶ βρέφεος Χαρίτεσσιν ἔτι ζηλήμονι κέντρῳ
　Οἱ δαίνυντα μάτην τοῖον ἔειπεν ἔπος.
Τοῖοι παῖδες ἔασιν, ὅσοις φίλον υἷα λοχεῦσαι,
　Οὐχ οἷος μοι ἔφυ πικρὸν ἔχουσι τέρας.
Αἳ γὰρ ἀπ' ὠδίνων ὤναιντο λεχωΐδες. Εἴθε
　Καὐτῇ τοῖον ἔβη, νῦν δὲ δόλῳ μογέω,
Παλλάδι τὴν τέκτηνα. Πόσις δέ μοι οἷος ἀπ' ἄλλων
　Ταῦτα μέγηρεν, ἀεὶ μήδεσιν ἀντιόων.
Αλλὰ γόνων μακαριστὲ, τύχην ἀμετάστροφον ἕξεις
　Ηδ' εὐδαιμονίην ἔποτ' ἀπερχομένην
Τεύξεις τ' ὄλβιον ἄλλον ἐπίφθονον. Η γὰρ ἀφῆκας
　Ευτυχέας φθονέειν, κέρτομα τοῖσιν ἔφης.

Η καὶ κοῦρον ἔκυσσε, φίλοις δ' ἐπεθήκατο κόλποις
　Μοιράων, ταὶ κλῶσαν παιδὶ δόσεις μακάρων.
Καὶ Χάριτες Νύμφαισιν, ὅπως θρεπτήρια δοῖεν
　Ωπάσαν, ἀφθάρτων δωροφόροι Χαρίτων.

Ερμείης,

Adrastæa, Thetis, Nymphæ omnes, Cynthia, Mauors,
Saturnus, Charites, Lanificæque Deæ.
Defuit haud Iuno (sic namque Vir egerat) iræ
Immemor, haud Paphius defuit ipse Puer.
Palladis vt fœtus summo omnibus esset honori,
Omnibus & donis inclytus ipse foret.
Iuppiter ante alios Venerandum Regibus, Hermes
Terrigena eloquio flectere corda dedit.
Formosum Cytherea, grauemque eduxit Apollo,
Neptunus docuit per freta nosse vias.
Iustitiam Adrastea, Thetis mentem indidit, Albos
Mores Luna, nihil Mars trepidare iubet.
Saturnus stabilem præstat, gratumque Cupido,
Brachia dat Iuno, næniolasque canit.
In puerique hærens donis, liuoris at œstro
Percita adhuc, frustra hos edidit ore sonos.
Talia materno, quæ ornari nomine gaudent
Pignora sint gremio, non quæ ego monstra tuli.
O vtinam partus post sæua Lechoïdes vllos
Perciperent fructus, non mihi sorte datos.
Me piget eludi. Ecce in Pallada texta retexis
Iuppiter, heu cœptis semper inique meis.
Macte puer, sorte ante alios spirantibus Astris
Mansura felix, euge beate puer.
Efficies, verum quem gloria parta beabit,
Quo minus inuidiæ succubuisse neget.
Liuorem vixque effugient, ceu sorte beati,
Quos tua dedecores Musa superba canit.
Sic ait; infantique dat oscula, eumque reponit
Parcarum in gremio, cui dare dona parant.
Nam charites munus ritè immortale ferentes
Pascere dant Nymphis, pignora blanda cibo.

Ἑρμείης, καὶ Φοῖβος ἐπιχθονίους λίπον εὐνὰς
    Ἀμβροσίης τε πόται βήλιον ἕδραν ἔθειν.
Ἑρμῆς δῶκε λύρην, κιθάρην ὤρεξεν Ἀπόλλων,
    Ὄφρα πέλωσιν ἐπῶν ἔμμοροι ἀντιθέων.
Παῖδα κάλεσαν ΟΜΗΡΟΝ, ἐπεὶ ὁμοῦ ἦρα διδόντες
    Παλλάδι γλαυκ' ἐπέβαν Οὐράνιοι ναέται.
Δῶρα τε δωρήσαντο, ἰσόχρονον οὔνομα κόσμῳ,
    Εἴκελον αἰῶνεσσ', ἱρὸν ἀθανασίᾳ.
Οὔνομά μοι πολογηθὲς, ἐράσμιον, ὄλβος ἀνάκτων
    Ὑμνοπόλων Μούση, κῦδος ἀρηϊμάχων.
Ἐκ σέο χῶρον ἔρημον ἐπικλήσουσιν Ὁμήρους,
    Ἔνθ' οἰκεῖν δέδοται λωϊτέροις ναέταις.
Ἡδ' ἔθ' Ὁμηρειδέων γένος ὄλβιον ἤματα πάντα
    Ἀνθήσει, Μούσης ῥήτορες ἡδυθρόου.
Ἀλλ' ἐπέων ῥαπτῶν τὰ πρὶν ἤπυε πλῆκτρον Ὁμήρου,
    Συλλεχθέντα δ' ἐφ' ἓν λαρὸν ὕφηνε μέλος.
Καί τις ὀπισογόνος, τοίης ἀπὸ πίδακος ἔρνος
    Κυδιόων τελέθειν ταυτὸν ἀοιδιάσει.
Ὑμνήσει τε τόκον, γεραρὸν πυνιτόφρονι Μούσῃ
    Κλεῖος Ὁμηρείοις κύδεσι μαιόμενος
Πανδείλοις δ' ἐν ἔτεσι, βροτοῖς τ' ἀδαήμοσι πάντων
    Σιγῶσ' ἔπλε λόγοι, Μοῦσα τ' ὄλωλε πρόφρων.
Οἰκτρὰ γὰρ καλὰ τέτυκτο ἀποτμοτάτοισιν ἐν ὥραις
    Ἑλλήνων, δηΐοις κύρμα γὰρ γένετο βίαις.
Οἳ σφῆς ὀλέσαντες ἀειπρεπὲς εὖχος, ἄατόν
    Τ' ἠνορέην, ζεύγλην βαρβαρικὴν ὑπέδυν.
Δὴ τότε ποικιλόφωνος ὅπως μελίγηρυς ἀηδὼν
    Ἠχήσει νεαραῖς ἁρμονίαις ἐπέων.
Τόσσον ἐφημερίων ἀτυχέστατος, ὅσσον ἀοιδαῖς
    Καίνυτο πρωτίστους, αὐτὸς ἄειστος ἐών.
Οὐ γὰρ Ὁμηρείδης Μοῖραν προφερέστερον ἕξει.
    Κλώθησαν δ' ἴσαι ἀκροσόφοισι τύχαι.

Mercurius, Phœbusque solum mortale relinquunt
Ac vesci ambrosiâ limina nota petunt.
Postquam ambo puero citharãque, lyramque dederunt
Queis sacra laudati carmina perciperent.
Nomine Ομῆρε *infantem* ὁμῦ ἦρα *ferentes*
Palladi cœlicolę nobiliora locant.
Nomine quod seclis simile est, mundoque coæuum
Temporibus sacrum quæ sine fine manent.
Iucundum, optatumque mihi, Regum vnde supellex
Musa poëtarum, Mars tibi fama venit.
Desertus tibi deinde locus dicetur Homeri
Quas nisi non magnis incoluisse datur.
Hinc & Homeridæ erunt Chiis gens inclyta, Suadæ
Dilecti, ac Musis tempus in omne, viri.
Posteritas huic clara fidem facit vnus, Homeri
Carmine qui texens nobile pinxit opus.
Vnus & hoc cretus felici semine Vates
Hæc qui Mæonio de Patre cantet, erit.
Ipse sed in miserum, ignarumque subincidet æuum
Omnia vbi inueniens surda, dolore cadet.
Barbarici cum hostes, Danaum speciosa furori
Submittent, ferroque omnia vasta dabunt.

Tunc ille vt varians luscinia voce sonabit,
Effundetque nouis carmina culta modis
Tam sorte heu hominum infelix, quã carminẽ primos
Anteibat Vates, cum optimus ille foret.
Quid? nec enim melior fortuna beabit Homero,
Sors eadem summos occupat vna Sophos.

Partu

Εὖτε δ' Ὅμηρος ἔβλαστε παλίντροποι ἦλθον Ὀλύμπου
    Αἰπὰ μέλαθρα Θεοί. τοῖς μέτα Παλλὰς ἴε.
Νύμφη γὰρ παρέθηκε Κρηθηΐδι, τῇ περὶ πολλὰ
    Φίλατο Νυμφάων, προσφιλέους ὠδῖνας.
Ἤδη μὲν ὡς ὑπέδεκτο Μέλητος εὔρρυτον ὕδωρ
    Τέλλε φορεῖν ἰδίαις κεδνοτάταις ἑτέραις.
Κεῖναι δ' εὐθὺς ἄρυσαν ἀπαὶ ποταμοῖο ῥοάων,
    Ἔνθ' ἀχράντοις ῥεύμασιν εἷρπε Μέλης,
Ἄγγεσιν ἀργυρέοις, ἀπὸ δὲ χροὸς ἔκβαλε πάντα
    Λύματα, φαιδρύνθη δ' ὡς νιφάδες χιόνος
Καὶ δέμας φέγγος ἴαλλεν ἀπόπροθεν, οἷα κατόπτρου
    Δίσκος ἀκοντίζει ἀντίος ἠελίου.
Καὶ χλιαρὸν μείδησε σεσηρότι κοῦρος ὀπωπῇ
    Βομβήσας ἁπαλόν· βόμβος ἀοιδὸς ἔφυ.
Καὶ γὰρ ὑπεψιθύριζε θεηγόρον ὄαρον ἀείδων
    Ἡρώων, Μακάρων τ' ἔργα πελώρια, μόθους.
Εὐγενέες πέτρης Σιμβληΐδος ὁρμήσασαι
    Χείλεσιν ἀκροτάτοις δηρὸν ἀμελξάμεναι,
Λείρια κηώεντα, καὶ ἱμερόεσσαν ἐέρσην
    Κρήνης ἐξ ἱερῆς Πιερίοισι νάπαις
Ἄνθιμον εἶδαρ ἔδοντο, ἐπὶ στομάτεσσι δ' ἰοῦσαι
    Παιδὸς νᾶμα χύδην πήγασαν ἀμβρόσιον.
Χανδὸν νέκταρ ἄφυσσε, μελιρραθάμιγξι δ' ἐέρσαις
    Εἰργόμενον βλεφάροις μείλιχος ὕπνος ἔχε.
Καλλιόπη δ' ἤχησεν ἐφύμνιον. Αἱ δέ γε Μοῦσαι
    Ἄλλαι ἀντήχουν γήρεσ' ἀμοιβαδίοις.
Παλλάδιος οὐρανότευκτον, ἀδέμνιον ἄρσενος εὐνῆς
    Οὐ γαστρός, κόρσης δ' ἔμβρυον αἰθέριον
Εὕδοις καλὸν ὕπνον παλιλάγκετον, ἥσυχον εὕδοις.
    Εὖ δὲ βρέφος καμάτων φροίμιον ἐσσομένων.
Ἤδη γὰρ γενεῆφι νεώτατος οὐδας ἐάσεις
    Πάτριον, ἀλλὰ δαπεῖς ἀνδράσι μιγνύμενος

Ἀρ…

Partu exuta ſimul ſuperum comitante corona
Æthereas repetit læta Minerua domos.
Nobile enim dederat Critheidi pignus alendum
Ante omnes Nymphas, quæ ſibi dulcis erat
Acceptum Critheis pulchras geſtare ſodales
Præcipit, inſigni quâ ſtrepit amne Meles.
Iuſſa gerunt, vaſa expediunt argentea, molli
Cryſtallo immergunt, pura vbi vena nitet.
Partũ hoc imbre lauant, munguntq; è corpore ſordes,
Bellulus vnde magis, & niuis inſtar abit.
Diſcus, & albentes artus in ſpicula Phœbi,
Euibrant tremulas, ceu vitra terſa faces
Arriſit geniale puer, facieque ſerena
Molliter inſtrepuit : cantus erat ſtrepitus.
Nam tacitis muſſans, iam tum decora alta labellis,
Heroum, atque Deum tollere viſus erat.
E bobus genitæ monte ex Simbleide vitæ
Rumpere & in ſummis mulgere mella labris.
Optatos rores, & ſuaue olentia Pindi
Culmina apes ſolitæ carpere mella dabant.
His tumidæ in pueri ora volant, laticẽque profundũt
Cęleſtem, Ambroſioque omnia fonte rigant.
Tanto ergo hoc infans ſatiatus nectare, ſenſim
Mollia compoſuit lumina ſomniculo.
Calliope interea cecinit, Muſæque canenti
Alternante, nouem conſonuêre, choro.
Pallade nate puer ſocij ſine lege cubilis
Vertice, non vtero bellule pupe ſate.
Dormi, iterumque redux placidos ſopitule ſomnos
Qui tibi venturi dona laboris erunt.
Æui in flore nitens, externis mixtus, auitos
Ciuibus incipies deſeruiſſe lares.

Canus

Ἄρτι νέοις ἐχέμυθος, ἔτι χνοάουσιν ἰούλοις
  Ἔρψεις ὑστατίης πείρατα ναιομένης.
Οὐ δέ σοι ἑσπερίης, οὐδ' ἔσσεται ἄκρον ἑώης,
  Οὔτ' ἐν μέσσῳ γῆς ἄδρομα, οὐδ' ἄβατα.
Ἀλλ' αἰεὶ πολέων δεδαημένος ἤθεα φωτῶν
  Σοὶ θήσεις ἄλλων πλάσματ' ἄριστα φρονεῖν.
Ἡγεμόνων συνόμιλος ἀριστογόνων γένος ἀνδρῶν
  Κηρύξεις, νεικέων ἐργατίνας κακίης.
Τίς γὰρ πόνους, τίς ἄλλην, τίς ἐπιχθονίων δόλον εἴποι;
  Ἢ περὶ πάντων σε Ζεὺς ἐνέηκε πόνοις.
Ἀλλ' ἄχραντος, ἄθικτος ἐτώσια μήχεα ῥέξεις,
  Ὥστε φάος φοίβου λύμασι, καὶ κονίαις
Ἠδ' ἄλλοις φορυτοῖσι πεπαλαγμένον ἄσπιλον ἕρπον,
  Οὐδέποτ' αἰσχύνει μαρμαρέας δαΐδας.
Ἃ πόσα σῇσι φρένεσσι, τὰ μὴ σθένεν ἄλλος ἐφευρεῖν
  Καιόμενος τελέσεις τέρμα ποθητὸν ἄγων.
Πόσσα κακαῖς λήθησιν ἀϊστωθέντα πρὸς αἴγλην
  Ἄξεις, παντοίοις κοινὰ θέλουσιν ἔχειν.
Πόσσα κατὰ σκοτίην σθεναρῶς ῥεχθέντα, καὶ ὅσσοις
  Λάθρια σύμπροφανεῖς οὖσι, καὶ βλεφάροις.
Πόσσα γραφῆς ἀέκητι ἀναΐστοις καὶ ἀπύστοις
  Κείσονταί γε χρόνοις. γράμμασι δ' οἴστας ἄκος.
Πόσσα Θεῶν δήνη κόλποις ἂν ἔκρυφθεν Ὀλύμπου,
  Εἰ μὴ ταῖς σελίσιν πάντα κατηγλάϊσας.
Μέλψεις ἱερὸν ἄστυ Ποσειδάωνος ἐφετμαῖς
  Πυργωθὲν, Φοίβου τ', Ἴλιον ἀκαμπέτην.
Ἄκραντ' Ἰδαίην, Ξάνθοιο, ῥοάς τε Σκαμάνδρου
  Καὶ στίχα νήριθμον τῶν ἀκαμαντομάχων.
Καὶ νεῶν πολυέλικτον ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης
  Ὄχλον ἀπ' Ἡφαίστου δεινὰ βιαζόμενον.
Ἕκτορα Πριαμίδην πολεμόκλονον Ἄρεος εἰκὼ
  Αἰνείαν τε Θεᾶς ἡμιθέην γενέθλην.

Γλαῦκον,

Canus adhuc viridante æuo, lanugine prima
Terrarum metas, dissita regna petes.
Nullus & Hesperij fugiet, neque tractus Eoi
Littoris, aut medio quæ iacet orbe, plaga.
Multorum mores hominum dum cernis, & Vrbes
Illorum mentem lapsibus ipse reges.
Tractabis sermone duces, merita omnia librans
Extollesque bonos, deÿciesque malos.
Quis numeret quæ dura feres vagus orbe Viator?
Vni hæc tanta sibi sustinuisse datum.
Inter vbique ciues, fraudesque innoxius ibis,
Candidus obscœnis fluctibus ibis olor.
Non secus ac radiante lutum cum percutit aruî
Delius, haud nitidas polluit inde faces.
Quanta alij quæ mente tegis reperire nequibunt,
Quæ tamen optatis finibus expedies.
Quanta æui deleta situ renouata reduces,
Cunctaque communi lampade nota dabis.
Quanta inter tenebras sordentia facta virum se
Auribus, efficies, luminibusque ferant.
O quanta absque notis cerisque extincta iacerent,
Ni tua, quæ vitam scripta, dedêre, forent.
Quantáque cœlicolum proprius nesciret Olympus
Consilia, his lucem ni tua dextra daret.
Neptuno ex imis fabricatam sedibus arcem,
Phœbeâque manu Pergama facta canes.
Idaque carmen erit, Xanthusque, celerque Scamãdar,
Cordaque bellantum millia multa virum.
Irrequieta graui subsultans littore classis
Vulcani rapidis sæpè petita dolis.
Armipotens Hector spirans Mauortis imago
Semidea Æneas, progeniéque nitens.

Γλαῦκον, Δηΐφοβον, Σαρπηδόνα, Ῥῆσον, ἐν αἰχμῇ
Πάντας θαρσαλέους, πάντας ἀριστομάχους.
Μέλψεις χαλκοχίτωνας ἐνυαλίους πτολεμιστὰς
Ἕλληνας Τρώων πολλὸν ἀρειοτέρους.
Νέστορά τ' ἐγρεκύδοιμον, Ὀδυσσῆα πτολίπορθον,
Αἴαντας δισσοὺς ἀστεροπὰς πολέμου.
Κυδάλιμον Μενέλαον, ἐϋμμελίην Διομήδην
Εὔφρονα Μηριόνην, Ἰδομενῆα μέγαν.
Θεστοείδην Κάλλαντα, καλὸν Ἀχιλλῆος ἑταῖρον
Καὶ Φοίνικα τροφὸν, Νέστορος Ἀντίλοχον
Βουλαῖς, χερσὶ πολύν τ' Ἀγαμέμνονα ὄρχαμον ἀνδρῶν,
Ἑλλήνεσσιν ἴσην πᾶσι νέμοντα θέμιν.
Καὶ βαρὺν ἐν πολέμοισι, βίας πνείοντ' ἀτεράμνους
Πύργον ὁμοζυγέων, καὶ πυρὸς ὀξύτερον,
Θυμὸν ἔχοντ' ἀδάμαντος, ἔρεισμα σιδήρεον ὄχλων,
Ἀλκῆς σκηπτοῦχον, τειρομένοισι σέλας
Εἰναλίης Θέτιδος Πηληϊάδην Ἀχιλῆα.
Τίς φύλλα; ψαμάθους τίς δεδάηκε κόνιν;
Οὐ τόσον ὑψιπόροισι πόλος ποικίλλεται ἄστροις,
Οὐ τόσα βένθος ἁλὸς ναιετάουσι γένη.
Οὐ δ' αὖ κινυμένης τόσα κύματα χέρσον ἐρεχθεῖ,
Οὐ νασμῶν τόσσας ἀθρέομεν σταγόνας,
Ὅσσος ἄρ' Ἡρώων ἑσμὸς περιάμφεπε Τροίην,
Τῶν ὄνομ' αὐδάζειν μοῦνοι ἴσασι Θεοί.
Καὶ μούνῳ δώσουσι φίλα φρονέοντες Ὁμήρῳ,
Ταῦτ' ἐρέειν. Τοίης ἀμφιβέβηκε χάρις.
Μνήσεαι εὐγενέος, τοῦ αἵματος εὔχεαι εἶναι
Ἠϋκόμου Ἑλένης, ἣν ὑπόκλεψε Πάρις.
Ἣν τε διὰ πτόλεως ἱρῆς κρήδεμνα θεμέθλοις
Αὐτοῖς στρέφθεν ἄνω, ἣ δ' ἀπέλωντο κάτω,
Καὶ γοερὸν στενάχουσα πικρὸν κατὰ δάκρυον εἶβεν
Γυμνωθεῖσ' Ἑλλὰς τοσσατίων προμάχων.

Ὅτ

Glaucus, Deiphobus, Sarpedon, Rhœtus in hasta
Quisque audens animis, quisquis adire prior.
Carmen erat, nitido fulgentes ære Pelasgi
Pectore Troianis strenuiore viri.
Pugnæ instans Nestor, vastatorque Vrbis Vlysses,
Aiaces belli fulmina bina duo.
Inclytus & Menelaus, Tidides optimus hasta,
Idomeneus ingens, Merionesque catus.
Pars tibi Thestorides, & Achillis fidus Achates
Nutritor Phœnix, Nestoris Antilochus.
Consilio prudens, animisque audens Agamemnon,
Dux hominum, inque Argos aurea sceptra gerens.
Et grauis in bello, spiransque ex ore furores,
Et comitum turres ocyor igne leui.
Corde adamanta ferens, populorũ immobile fulcrum
Vis ipsa, afflictis rebus & ipse iubar.
Quem Thetis ex magno Peleo effudit, Achilles.
Quis frondes, puluimque enumerare valet?
Non tot in excelso collucent sidera cœlo,
Tot neque progenies æquoris ima colunt.
Non tot spumantes voluunt se ad littora fluctus,
Nec tot brumali tempore nentur aquæ.
Quot Troiam Heroës densa obsidione tenebunt,
Dij quorum tantum nomina nosse queunt.
Hæc tibi, Homere, animo capere, ô te quãta venustat
Gratia, quin numeris euoluisse datur.
Excidet haud menti, cuius genus esse fateris
Pulchræ Helenæ, furto quam Paris abstulerat.
Cuius ob infandum scelus alto à culmine sacri
Ilium & euersis sedibus omne ruit.
Quos heu tunc mœstos propugnatoribus imbres
Græcia fundebat tot viduata viris.

Ὅττι δὲ γηράσκοντι παραδράμῃ ὀξυλαβὴς ἴς,
  Μνεία δὲ κτήσῃ ἀμφιλαφοῦς σοφίας,
Σώφρονα Πηνελόπειαν, ἀναιδέα κόμπον ὁμοκλῆς
  Μνηστήρων, γεραροῦ Λαρτιάδαο πλάνην.
Ἠδ' ὅσα κεῖνος ἔρεξεν ἀλώμενος, ἢ μετὰ Κίρκης,
  Ἢ μετὰ Σειρήνων, ἢ μετὰ Λωτοφάγων.
Ὡς Κύκλωπ' ἀλάωσεν ἀνάρσιον, ὡς ἔθεν ἄταις
  Ἀντιφάτην, Πλαγκτάς θ' ἵκετο, ἠδ' Ἀΐδην.
Καὶ πσέος ἷκε θεᾶς, μέγαρον, πρασιάς τε βεβήκει
  Φαιήκων, ἐρατὴν πατρίδ' ἵκανε μόγις.
Ἔνθα πάλιν μενέος μεμνημένος ἄνδρας ἀπέκτα
  Λυσινόμους, κτεάνων ἅρπαγας ἀλλοτρίων.
Πηνελόπην τ' ἐσάωσεν ὑπερβασίης ἀλεγεινῆς,
  Καὶ δόμον, ἠδ' ὕβριν κάββαλε Τηλεμάχου.
Ταῦτα μὲν εὐφρονέων ποτιμέλψεαι, ἄλλα δὲ παίζων,
  Πᾶς πάντεσσι γεγὼς, πάντεσιν ἦρα φέρων.
Ἀστεῖα δ' αὖ τὰ κόμησοας ἐπιζήλοισιν ἐν ὕμνοις
  Ἕξεις πλὴν ὀλίγων πλεῖστον ἀπεχθόμενα.
Σεῦ γὰρ ἀριστείαισι νοὸς, μέγα θάμβος ἀκοῦσαι,
  Βασκήναντες ἄγη σῷ τελέσουσι βίῳ.
Οἱ μὲν σοῖς ἐπέεσσι πλανώμενοι ἔνθα, καὶ ἔνθα
  Ἁρπάξουσι κλέος σοί γ' ἐποφειλόμενον.
Οἱ δ' ἅτε μαργαίνοντα φρένας, καὶ νήπιον ἄνδρα
  Ἄστεος ἐκλείψουσ'. Ὦ θέμις, ὦ κρίσιες.
Ἄλλοι πτωχοσύνην τε, καὶ ἀτηρέα κηρὸς ἐνιπὴν
  Μεμφόμενοι, κλεινοὺς σοὺς ἐλάσουσι λόγους.
Μέχρι πόνοις μογέων, πάτρην παλίνορσος ἱκάνων
  Ἐλδομένως ἔλθῃς ἐς Χίον ἀμφιρύτην.
Ἔνθα κόπων ἄμπνευσις, ἀειζώοιό τε κύδευς
  Κτῆσις, καὶ κτεάνων πλουτοδότειρα χάρις.
Κεῖνοι γάρ σε τίσουσιν ἴσον φαέεσσιν ἑοῖσιν,
  Καὶ θεὸν ὥς, μολπὴν ἄξιον ἐσσομένοις.

Σοὶ

Cum ſuprema aderit qua obliuio ducitur, ætas
Denſa Sophia tibi multa ſcienda feret.
Penelopen caſtam, inuerecundamque Procorum
Turbam, Ithacique vias fatáque dura canes.
Seu Circe errantem teneat, ſeu carmine Syren,
Seu cum Lothophagis miſceat hoſpitium.
Lumine vt orbauit Cyclopa, ſuiſque Acheronta
Noxis, & Planctas venit, & Antiphaten.
Speluncamque Deæ, Phæacum limina, & hortos
Acceſſit dulces, vix tetigitque lares.
Vtque iterum memor ipſe ſui prædonibus vltor
Intulit iniuſtis, ſacrilegiſque necem.
Coniugem inoffenſam ſeruauit, acerbus in hoſtes,
Telemachôque domoque expulit omne nefas.
Serius hæc cantabis : at omnibus omnia factus
Proludes aliis, queis lepor omnis erit.
Vrbibus ex multis, quarum tibi cura tuo pars
Maxima non laudes nomini iniqua dabit.
Nam ſtimulo inuidiæ in mores (quis credat?) honeſtos
Non metuent linguæ mittere tela tuos.
Pars vaga gens peregrè furto tua carmina ducent
Auctorem ſimulans, vt decus inde paret.
Non deerunt proh cana fides ! qui te vrbe repellent
Dementem veluti, ſtultiloquúmque virum.
Pauperiem, ſortemq́ue alij exprobrare ſolentes,
Hæc tua ceu ſordes aurea dicta putent.
His tandem exhauſtis patrias remeabis ad oras
Atque tua optatum, te Chios excipiet.
Hîc tibi parta quies, manſuraque gloria, necnon
Ruris, & agrorum, copia diues erit.
Hîc tamquam ſeris laus digna nepotibus ipſe
Vt pupilla oculi, vel Deus alter eris.

Σοί τε πόλιν δὲ κιόντι, ἢ ἔμπαλιν αὖθις Ὁμήρου
Στήσοντ' ἐξ ἑδράων πρόφρονες αὐτόμενοι.
Καὶ στόμα σεῦ κύσουσι μελισταγές. ἀμφοτέρας δὲ
Ἄραντες θήσουσιν σὰς τεκέεσσι χέρας
Εἰς κεφαλήν. Ὄφρα κηραλέην γε φυγόντες ἀνάγκην
Ζήσωνται. Πᾶσιν δ' ὄρνις ἄειστος ἔσῃ.
Καὶ μέγαν ἐν σοφίῃ οἴσουσι πολύφρονα καρπὸν
Ἀντ' ἀρετῆς, πάτρης πότμον ἐπισπόμενοι.
Θηλύτεραι τε μάθωσι δόμοις ἔνι ἄνδρεσιν ἧκεν,
Σωφροσύνην τε φιλεῖν ἱστὸν ἐποιχόμεναι.
Ἄλλοι σε περίσημον ἀειθαλέουσι κορύμβοις
Δείξουσ' ἀλλοτρίοις ὡς Ἰόβακχον ὅλοις.
Ἄρσεσι, καὶ θήλεσσι σεβάσμιος, οἵ σ' ἀνάριθμοι
Μαστεύσουσι λυγρῆς κηρὸς ἀποτροπίην,
Οἵδ' εἰς κέρδος ἀταρπὸν ἀληθέα μαντοσυνάων,
Ἄλλοι βάξιν, ἄλλος τοίδ' ἔτι νηνεμίην.
Ἀλλὰ καὶ ὡς ζήσας ἄθλων μετ' ἀπείρονα κύκλον
Οὐκέτι θνητὸς ἐὼν ἔσσεαι ἀθάνατος,
Αὐτοῖς Οὐρανίωσιν ἐφέστιος, εἶδαρ ἐρέπτων
Ἀμβρόσιον, συνέδρος Παλλάδι μητρὶ σέθεν.
Μυρία δ' αὖ θύσουσιν ἀφαρπάξαι σε θανόντα
Ἄστεα, καὶ καλέσαι σφωΐτερον ναέτην.
Αὐτοῖς ἐμφυῶτ' ἀδεῶς αὐτόχθονα. Τόσσον ἄρ' εὖχος
Τοσσατιῶν φθιμένου ἐξετίναξε φρένας.
Ῥώμη παμβασίλεια, Κύπρος. Λυδίη τε, Μυκῆναι,
Αἰγύπτιαι Θῆβαι, Λευκανὶς Ἰταλίας.
Θετταλίη, Γραῖοι, Κεγχραὶ, Κνωσσός τε Μινώη.
Ταῖς οὐδ' ἠβαιὸν ἐμφροσύνης γε μέτα.
Πασάων γὰρ πρώτισται ἑὸν ποθέσουσι πολίτην,
Ἐν δ' ἔριν ἀνστήσουσ' αἰὲν ὀρινομένην,
Αἱμυλίοισι λόγοισι, νόου θ' εὑρήμασι καινοῖς,
Τοῖς παίζουσ' ἀφρόνων ἠπεδανὴν κραδίην,

Hic reduci ac notos venienti rursus Homeros
Obuia quisque sibi brachia dulce dabit.
Oscula mellito, feret ori tu quoque palmis
Mulcebis puerûm, deliciose comas.
Felixque auspicio, teneris mandabis alumnis
Queis fugiant sortis tela inimica vias.
Consilio, & virtute pari sua chara tueri,
Et patriæ nunquam deseruisse fidem.
Fœminæ vt in domibus discant parere virili
Imperio, & castos continuisse toros.
Ostendent alij variis te floribus aptum
Sæpeque Io repetent, sæpè tibi, Euge canent.
Vir, mulierque pari referent tua nomina voto,
Teque expulsorem sortis vbique petent.
Fatidicum te alij poscent, aliique procellæ,
Siue famis certam, qua releuentur, opem.
Sincera sic mente dies per secula ducens
Non mortalis adhuc, cælitis instar eris.
Cœlicolum iam tunc epulis accumbere dignus
Matris, & ambrosios Palladis esse cibos.
Innumera post fata fluent te prendere gentes,
Et patrio ciuem constituisse solo.
Lis erit, & quisque indigenam, natumque probabit
Tantus in exanimo corpore viuet honos.
Orbis apex Vrbs alma Mycenæ, Lydia, Cypros,
Et Phariæ Thebæ, Lucanis Ausoniæ.
Thessalaque Vrbs, Gryni, Cenchræ, Minoia Gnossos,
Barbara consiliis mens quibus orba fuit.
At super hoc primi ante alios certamina ponent
Vllis non vnquam dissoluenda modis.
Dulcisonis verbis, & acutæ indagine mentis,
Queis stultum eludi corda pusilla solent.

Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶν, Πύλος, Ἄργος, Ἀθῆναι,
  Κύμη, ἡ δ' Ἰθάκη Λαρτιάδαο πάτρη.
Ταὶ δ' οὐδέν γ' ἀπόναντο ποθητύος, ἣν τρέφον αὐταί.
  Δὴ γὰρ δὴ Μοιράων ἄλλ' ἐπέκρηνε λίνα.
Καὶ Χίοις χαρίσαντο φέρειν τόσον ἄνδρα πολίτην,
  Πρῶτον ὅσαν νήσου εἰν ἁλὶ πῆξαν ἕδρας.
Τοὔνεκά μιν Χῖον καλέουσιν, καλεῖ δὲ καὶ αὐτὸς
  Αὐτὸν Χῖον ἔπῃς μνησάμενος πατρίδος.
Εἰ δ' οὐκ ὧδε θανεῖται ὁ τηλίκος. ἔργον ἐτύχθη
  Οὐρανίων, μυριὸν τοῖς περίλοιπο Χίος.
Καὶ γὰρ ἐπικλήρωσαν εὐφροσυνάς τε καὶ ἤδη
  Μοῦνον οἱ, οὐχὶ γόους ἔμπαλιν, οὐδ' ὀδυνάς.
Ἀλλ' ὀλίγῃ νήσῳ πενιχρῶν ἕδει αἰθυιάων
  Γηραιὸς λείψει ἠελίοιο φάος.
Ὀλβίη, ἣ Χαρίτων, Μουσέων τε μονώτατον ἄστρον,
  Καὶ κήρυκα Θεῶν σῇσιν ἔχεις λαγόσιν.
Ἃ πόσα σοι Σούσων, πόσα σοι Βαβυλώνιον ἄστυ
  Κόσμῳ ναιομένῳ ἰσοτάλαντον ὅλῳ,
Ἃ πόσα σοι Κέκροπες Γραικῶν αὐτόχθονες, ὅσσα
  Ἔθνεα μοιριδίοις γαυριόωντα λόγοις,
Σοὶ μικρῇ, ἀκτεάνῳ τε, δυσάμμορε εἰν ἁλὶ νῆσος,
  Ἐχθοδοπῇ κραδίῃ ἀργαλέως φθονέσει;
Ἔγρεο δ' ἐξ ὕπνοιο φίλον τέκος, ὄπε δ' ἐπ' αἶαν
  Τήνδε βαλὼν, πλῆσον νέκταρος ἀμβροσίου.
Γνῶθι σέθεν συνάεθλον, ἐπίπλεκε συμπολιήτας,
  Πρόσδεξαι φιλίως ἀμφαγαπαζομένους.
Ἡσυχίης ἅλις ἔμμεναι, ἅλις βλεφάροις κνέφας εἶρψε.
  Ὥρη ἰδεῖν, ὥρη ἀντιάσαι καμάτων,
Τοὺς ἀνάριθμος ὅμιλος ἐφιμείρουσιν ἀρίστων
  Ἀνδρῶν, σεῖο μόνον λειπόμενοι χάριτος.
Ἔργα γὰρ αὐτοὶ ἔπραξαν ὅσον κράτος, αἰνετὰ λίην
  Ἀλλ' ἐκρύφθη λήθης οἴδμασι κωφοτέροις

Πηκτίδα

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Pylos, Argos,
Cuma, Ithacæque solũ nobile Lartiadis. [Athenæ,
Attamen hi quæ animo nutribant, vota sorores
Ducere fatali non statuêre colo.
Namque dedêre Chio, tantum vt iactaret alumnum
Cum primum Ionio conditur ipsa mari.
Vnde Chio nomen, patrios quin ritè penates
Commeminit dum se Chion, & ipse vocat.
Quod si vbi natus erat, denatum haud nouimus actũ
In Chion, vt Diuûm notior esset amor. [hoc
Quippe quod vt charæ diffundere gaudia semper
Nec segetem luctus suppeditare velint.
Insula parua situ fulicarum examine nigrans
Meta (quis hoc credat ?) vatis, & vrna fuit.
Felix quæ Charitum, Musarumque vna decorem,
Diuorumque tubam condis auara sinu.
Ah tibi quam merito Susa, & vastissima, toti
Párque orbi Babylon quam merito inuiderat.
Cecropidæ Danai populique fauente superbi.
Fatorum serie, quam tua fata velint.
Propterea tibi vili, inopique, & in æquore conchæ
Perpetuis odiis aspera corda gerent.
Tu verò dilecte puer, somnum excute, terramque
Aspice natalem, nectar vt inde fluat.
Ortus nosce tui certamina, gratus adhære
Ciuibus, & charos excipe blande tuos.
Dormillas ? satis vsque satis : cortina recedat,
Lux radiet, iam operam, iam dare tempus adest.
Aspice quam multa Heroum te gesta virumque
Quo sine muta forent, Martia corda iacent.
Sat patriæ, famæque datum, meruisse quid vltrà
Proderit è tenebris in tua plectra trahant.

Πηκτίδα σὴν ἀνάειρε, καὶ ἔξελε θυιάδι φωνῇ
Ληθαίων ὑδάτων πρήξιας ἡμιθέων.
Εἰπὲ μόνον, καὶ ἔλαμψαν ἀπαὶ χθονὸς ἄχρις ὀλύμπου
Γῆς τ' ἵκανον ὄρους φέγγεος ὀξύτεραι,
Αἰώνων τε πελειοτέραι. Χέλυν ἆσον ἐοῦσαν
Χρέξον, ῥάπτε δ' ἔπος στιλπνοτάτῃ σοφίῃ
Καὶ τότε πάντες ἴδωσιν, ἀνευάξωσί τ' ἀοιδαῖς
Ἔργματ', ἀριστείας, κύδεά τ' ἰσοθέων.
Ὣς δὲ καὶ Καλλιόπεια μάλ' ἀτρεκέως τάδε πάντα
Πέφραδεν, ἔστε γλυκὺς ὕπνος Ὅμηρον ἔχεν.
Ἀλλ' ὅτε δ' ἐγρόμενος Κριθηΐδος εἵλκυε μαστὸν,
Χείλεσί τ' ἀφθόγγοις λευκὸν ἄμελγε γάλα.
Δὴ τότε τὶς μεγάλαυχος ἀπόπροθεν ἴχνος ἐλαύνων
Ἄσθματι φυσιόων νῆσον ἵκανε Χίον.
Ἀγνώσσω πόθεν ἔτος ὁ δύσμορος ἤλυθεν αἴης
Ἠώης, εἴτ' οὖν λέχριος Ἑσπερίης.
Καὶ γὰρ πάντοθ' ἄεξε πολυκλυτὸν οὔνομ' Ὁμήρου
Βάξιν, καὶ γέννα ἡμερίοισι σέβας.
Κλίμακι δ' οἴω, καὶ κυσὶν ἀγάλλετο, τοὺς ῥά ποτ' αὐτὸς
Κτήμασι πᾶσι τίθει σύμβολον εὐγενίης.
Οἱ γὰρ λέγουσι κύνας, τῶν καὶ πελεκρήγυος ὄσσα,
Κείνους πρωτογόνους ἄψε' ἐδηδοκέναι.
Κλίμακα δ' αὖ κείνην ποτὲ δήμιος ἀμπηδήσας
Λαιμὸν ἀπηορέου εὐδικίῃσι θλάσε.
Ὄμμασι τέκνον ἄθρησεν, ἐτείρετο δ' ἔνδοθι θυμὸν
Ζηλοσύνῃ. μώμου δ' ὡς εἶδεν ἀρειότερον,
Ἐκπάγλως στονάχησε, τόσον τ' ἠνίπαπε μύθῳ.
Ὦ τέκος, ἦρα γοναῖς Παλλάδος ἦμαρ ἄγεις;
Τίς τάδε πιστώσαιτο; Θεῶν τέκνα νέκταρ Ὀλύμπου
Πίνοντες, χθονίου οὐκ ἀλέγουσι γλάγους.
Αὐτὰρ ὁ Οὐρανιῶν τε λόχευμα, Θεῶν τε δικαίοις
Κοσμηθεὶς, μαστοὺς ἔσπασε θηλυτέρους.

Τοῦ

Pectida ſume tuam, bacchantique eripe cantu
Semideos Lethe, quos tegit ima, viroſ.
Dic age, ſic namque & terris ad ſidera ſurgent
Ocyus, & radiis vltima regna petent.
Seclorum vates dignam Chelyn accipe, tange
Conſueque auguſtis carmina docta modis.
Dum tibi complaudent cœlum, telluſque canenti
Omnia dum per te ſplendidiora vident.
Talia Calliope veraci protulit ore
Donec Homeriolum vinxerat alta quies.
Iam verò excitus Critheidos ipſe papellis
Carpebat niueos molliter ore cibos.
Inflatus tunc quidam, atque ilia feſſa trahendo
Aduena longinquam viſus adire Chion.
Ignotum quis & vnde domo, num obliquus Eoa
An vero occidua venerit ille plaga?
Inclytum enim vulgo creſcebat nomen Homeri,
Famaque reddiderat dignius obſequio.
Signa ſui generis ſcalamque, caneſque gerebat
Nobilis in frontem ſerpere ſueta domus.
Contra alij famâ ducti veraciùs aiunt,
Patria ab his prædam membra fuiſſe feris.
Scala quoque oſtendit, qua guttura lictor auita
Deſuper inſultans greſſibus enecuit.
Torua tuens puerum inuidiæ flagrauerat œſtro
Par vbi nec minimum fingere Momus erat.
Indoluit ſecum, & tacito ſermone volutat,
Téne puer partu docta Minerua dedit?
Quis credet? diuum pueri ſe nectare paſcunt,
Terrea nec fluxi pabula lactis amant.
Hunc tamen æthereo concretum ſanguine, totque
Viribus vbere alit fœmina terrigena.

Τίς τίς ὅδ' ἐσσεῖται; Κενεαῖς ᾠδαῖσιν ἐλέγξει
　Οὔ γένος αἰσχύνῃ κρυπτόμενον μαχλάδων.
Ψευδογόνως κικλῆσκον ἑὴν γενέτειραν Ἀθήνην.
　Οὐδὲ γὰρ ἐστ' ἔτυμον παρθένον υἷας ἔχειν.
Ἀλλὰ κάρηνον ἔφαντο. Κακοὶ γοερῶς ἀπολοῦνται.
　Τίς γε κάρηνον, ἔφη τεκνογόνον τελέθειν;
Πάντες δ' οὐ Κρονίδου χάειν ἔσπαζαν, εἰ τόγ' ἀληθὲς
　Ἐκ κορυφῆς κείνου Παλλάδα ἐκθορέειν.
Μύθων γηραλέων ἀπατήματα. ὁπλοτέρων δὲ
　Τίς φρένα θαυμάσσει ἠλεὸν, ἐσθλὰ φρονῶν;
Νῦν δ' αὖ Παλλὰς Ὅμηρον ὃν ἤροσε, κεῖνον ἀγοστᾶς
　Θαλτέμεναι, ἀγκὰς ἔχειν. Ὦ ποθεινῶν κτεάνων.
Ὦ μακάρων θέλγητρα. Κέαξε δὲ κόμπον Ἀθήνη,
　Ἐνθάδε κρυπτομένη, καὶ κομέουσα βρέφος.
Ὀστεά τ' ἔνδον ἔθλασσε, πόδας τ' ἀνεσείρασε μακροὺς,
　Ἄψεα δ' ὀρθὰ φέρειν ἔσχεθον οὐδὲ πόδες.
Ἀλλὰ κάτω βλέψας, πέζαντε χέρεσσι πιέσσας,
　Εἷρπεν ἀν' ἀτραπιτοὺς ἴχνεσι τετραπόδοις.
Οὐρᾶς ἑσπομένης. μηκυνομένων δὲ παρειῶν
　Ποικίλον εἶδος ἔδυ εἴκελον Ἀσκαλάβου.
Νῶτον ἅπας βάλιος, στικτὸς τροχοειδέσι κύκλοις
　Τειρέσιν ὥς. Ποτὲ δ' αὖ μαιόμενος θροέειν
Οὐκ ὀπὸς ἦχον ἔναρθρον ἀνήρυγεν, ἀλλότριον δὲ
　Ἔκτυπε, γνωστὸν φθεγξαμένῳ γεμόνῳ.
Ὡς ὁ μὲν ὅσσαν ἔτισεν ἀεικέα, οὐδέποτ' αὐτὸν
　Οὐ Θεὸς, οὐχὶ μέροψ ὄμμασ' ἴδον φιλίοις.
Ἀλλά μιν ἐχθαίροντες ἀποστρεφέουσιν ὀπωπάς,
　Τοῖον ἀθρεῖν αἰνῶς μῖσος ἀλευάμενοι.
Αὐτὸς δ' εἰν ὀχετοῖσι βιώσιμον ἦμαρ ἀχεύει,
　Αἰὲν ὑποτρομέων γειτονέοντα μόρον.
Ὅστις γὰρ λοχέοντι, μολέοντί τε κῆρα κορύσσει,
　Αὐτὸς πολλὸν ἄγαν Παλλάδος ἐστὶ φίλος.

Quisquis erit cantus dein arguet,& fore quemque
Degenerem,atque notho semine notus erit.
Mentitur matrem, natum peperisse Mineruam
Crediderim, semper, quæ mihi casta fuit?
Ah pereant,memorant qui pignora vertice nasci:
Vertice quis natum prosiluisse ferat?
Quod tamen ista noui de Pallade fingere Vates
Nunc studeant, quis eos desipuisse neget?

Fronte Minerua parit, stringitque tenacibus vlnis
Mœoniden, Sophiam scilicet ista decent?
Votorum ô requiem, diuorum ô gaudia : fœtu
Intumuit Pallas, detumuitque parens.
Dixit,& extemplo fractis decrescere visus
Ossibus, & longos abbreuiasse pedes.
Iamque obliqua meat, iam cernuus ima tuetur.
Serpit & in triuiis quadrupedante gradu.
Pone subit cauda, in spatium maxilla refugit,
Sic tandem fieri stellio visus erat.
Stellatæ, teretesque fluunt per tergora guttæ
Fundere verba velit, sed dare lingua negat.
Vox hominem fugit,& strepitum vice vocis ademptæ
Mittit,& huic notum,cui dare verba cupit.
Sic tandem meritas soluit pro crimine pœnas
Dehinc infesta Diis, terrigenisque fera.
Quocirca hanc omnes, & stercore peius, & angue
Conspectam refuga fronte cauere solent.
Sic vero in tenebris vitam obscœnisque cloacis
Ipsa sibi metuens proxima fata,trahit.
Quisque vel obstrusam, vel euntem occiderit,vltro
Palladi pergratam rem fore ritè putat.

Καὶ κλέος αὐτὸς ὄφελλεν ἐτήτυμον, ὅττι κατέκτα
  Θηεῖον ἐμψύχοις πᾶσιν ἀπεχθόμενον.
Καὶ τοίην βιότοιο κατέγραφεν αἶσαν Ἀθήνη,
  Τοῖσι λέγουσι κακῶς ἔξοχον ὑμνοπόλων.
Πᾶσιν ὅπως Μακάρεσσι, καὶ ἡμερίοισιν ἀλιτροὶ
  Ξεῖνον ἐπ' ἀλλοδαπῇ ἐνδιάγωσι πόδα,
Τηλόθεν ἐκ μεγάροιο πλανώμενοι, ἐν δὲ χαράδραις,
  Σπήεσιν, ἠδ' ὀχετοῖς νηλεᾶ οἶτον ἔχειν,
Ἡμερίων ἀπάνευθε, καὶ ἀκλέες. οἷσιν ὀπηδεῖ
  Μοῖρ' ὀλοὴ βιέαις χερσὶν ἐπερχομένη.
Αἰετὸς ὠκὺς ὄλυμπον ἐσίπτατο, φέγγεσι Φοίβου
  Ὄμματα ἐμπήξας, οὐδὲ λέλειβε δάκρυ.
Αἶψα τε τῶν ποθέησιν ἀφαρπάζει ποσὶν ἄγρην,
  Οὐδὲ πέδῳ χθαμαλοῖς ἴχνεσιν ἐνδιάει.
Τοῖος φασὶν Ὅμηρος ἐπήορος ἅλμασι κούφοις,
  Ἠ δὲ ταπεινὰ φυγὼν αἰθέριος φέρεται.
Οὐ μιν γλῶσσα βέβληκεν ἀλάστορος, οὐδέ μιν ὁρμαὶ
  Βλάπτουσι σκαιῶν, οὐ πτερόεντα βέλη.
Ἀλλ' ἄχρηστα κάρηνον ὀϊστεύοντος ἐπῆλθεν,
  Κηρί τε λυσσαλέῳ ἤτοει κῆρα φέρειν.
Ἠ κραγέται κλάζουσιν ἐτώσιον οἷα Κολοιοὶ
  Αἰὲν βορβορέοις λύμασι φυρόμενοι.
Πότμος ἕλῃ μιν ἄκλαυτος ἐμῶν ἄπο τῆλε μελάθρων
  Καὶ κνέφας ἔστω τοῖς δ' ἠελίοιο σέλας.
Ἄρτος ἔῃ, τὸν ἔδουσ' αὐτοῖς θανατηφόρος ἰός.
  Οἶνος, ὕδωρ τε χολῆς πικρότερα κραδίῃ.
Πένθος ἄλαστον ἔχοιεν, ἐπιβρύχοιεν ὀδόντας
  Ἄλγεσι, ῥήξειεν κρᾶτα κατὰ σπιλάδων.
Χαίροις δ' αὐτὸς Ὅμηρε Θεοῖς κεχαρισμένε πᾶσι,
  Καὶ πάτρῃ, εὐκλείην φέρτερος ἠελίου.
Χαίροις πᾶσι ποθητὸς, ἐμοὶ δ' ἄμπνευσον ἀοιδὴν,
  Ὄφρα σέθεν μεγάλου ῥήγματ' ἀοιδιάσω.

Ἀρτι

Credere quin etiam præſtat, noménque, decúſque
Beſtiolæ qui vltor ſic erit, ille feret.
Hoc quoque qui primum vatum mordebit, amaræ
Edixit ſortis mater amica, genus.
Vt ſuperúmque hominũque odiis vagus aduena terras
Luſtret & haud miſero detur, vt vlla quies.
Et procul à patria, extremas pellatur in oras
In ſalebris ſaliens, in ſpecubúſque latens.
Indecor vſque nigrúmque inglorius exigat æuum
Ipſe ſibi inueniens vltima fata manu.
Fulmine pennarum ceu cum Iouis ales Olympum
Scandit, & in Phœbo lumina ſicca tenet;
Et quamcumque cupit prædam pede raptat adunco
Non aſſuetus humi vilem habitare domum.
Mortales ſic inter agens ſublimis Homerus
Sidera celſa petit, terreaque ima fugit.
Lingua faces, & ſaxa rotet, pennatáque vibret
Spicula fatali nil nocet illa viro.
Irrita mittentis conuerſo vulnere ſummum
Mortifero ſemper in caput ægra cadunt.
Obſtrepitant graculique velut garrire videntur,
Attamen in fœdis ſordibus vſque manent.
Væ miſeris; nam quos rapies mors ædibus abſit
Illa meis tenebris obruet orta dies.
Flaua Ceres illis pro victu aconita miniſtret
Fel Bromius ſapiat, fel Acheloë feras.
Perpetuo in luctu iaceant, frontemque dolorum
Vi, ſaxis minuant, dentibus vſque fremant.
Tu verò Diis, & Patriæ dulciſſime Vates
Salue, & honore ipſum vincere digne iubar.
Omnibus exoptate tuo ſed ſuggere vati,
Quæ ſibi deindè viro carmina digna canat.

Αρτι τόκου δὲ πέλει τάδ᾽ ἐφύμνια. Οσσα δ᾽ ἐς ἄνδρας
 Ελθὼν Μουσάων τεῦξας ἐφημοσύναις,
Οὐκ ἐμόν ἐστι λέγειν. Αφατον κλέος. Αλλ᾽ ἄρα καὶ τῶν
 Σαῶο παεισαμένου, μνήσομαι οἷον ὅσον.

ΤΕΛΟΣ.

Næniacæ sunt hæ laudes, quas verò secundo
Numine Pieridum, grandior ipse geres,
Non opis est meminisse meæ; quis talia fando
Explicet? at dicam quantula posse dabis.

FINIS.

Hos quà Typographi, quà Autographi ipsius errores Lector sic emendato: ac nonnulla quædam post prelum addita, suis locis inserenda, beneuolè hîc accipito.

PAg.3.v.32.*dele*, tradit.
p.4.v.19. Kepplerus.
p.5. v.6. ille.
v.12. Naudeo de Victore.
v.17.*adde*, afferat.
p.8. v.1. reuerendam.
v.23. ἄδηλον.
p.10.v.27. ἑτέροις.
p.13.v.21. ἐπικυδέστερον, ὠνάμεθα.
p.14.v.28. Cenchrorum.
p.15.v.5. ἀπεφήναντο.
p.16.v.29. dele, quod.
p.17.v.12. quem, vocarat.
v.17. Tmem.
v.24. κεφαλίων.
p.24.v.15. Χῖος.
p.26.v.6. ἰύκλαρον.
v.21. Aleander.
p.33.v.7. εἰσέτι.
p.34.v.4. dele, μηδ᾽ ἕν.
v.6. κἂν.
p.36.v.26.*his siquidem*.
p.37.v.26.*pars erat*.
p.40.v.11. αὖα.
p.42.v.11. δεινὸν.
p.44.v.31. *Ægyptium*.
p.45.v.29. ποτητὰ.
p.47.v.2. Pediasimus.
v.8. Hypoplaciæ.
v.21. ἡμεδαπὸς.
p.48.v.19. Memphitidem.
p.51.v.14. Agamemnonis
p.52.v.14. αἰτιᾶν.
v.27. εἰσηγήσατο.
p.53.v.8. Daphne item.
p.56.v.21. συνσὼν.
p.60.v.27. afferat.
p.64.v.23. eruditissimo Opere.
p.65.v.11. ὄνομα.
p.67.v.2. Demodocum.
v.11. τεῦ ἐν.
v.15. πλωελόπη.
p.68.v.10. ἡμεῖς.
p.72.v.31. καλέω σε.
p.77.v.8. cecinit?
v.25. ἀποκαλοῦντος.
p.78.v.13. auditione tantùm admirationem excussit.

p.79.

p.79. v.9.ἐγκεκρότηται.
p.80. v.32.ἀνείδεος,
p.81. v.14.ἔληξεν.
p.87. v.14.vaniſſimum.
p.88. v.17.Κρεωφύλου λαβὼν
p.89. v.27.λύτρα,
p.91. v.21.varios.
p.44. v.5.διορθώσεων.
p.103.v.22.Ariſtophanios
p.106.v.9.Ομηρείους.
p.108.v.2. & quid.
p.109.v.14.Piſiſtrati.
p.112.v.31.ἀμφίαλον.
p.117.v.14. non enim.
p.126.v.24. *Adramyttena.*
p.127.v.3.*Adramytteni.*
v.8.χεῦμα.
v.16.Adramyttena
p.131.v.4.ἀκρωτήριον.
p.132.v.5. καλούμενος, ἢ χειμεύς.
p.134.v.5.Βουλευτέων.
p.135.v.2. *Meleſigenem.*
p.138.v.7.ὅπως.
p.139.v.20. ὀπωπαὶ.
p.140.v.25.τυρσηνίας.
p.142.v.26.Στησίχορος.
v.32.*Phædre.*
p.144.v.3.cæcitate, *adde*, narrationem.
v.24 Saturni.
p.146.v.1.λάμπων.
p.153.v.32.Σμυρναῖον.

p.168.v.2. Nicolaus Damaſcenus.
v.7.τιμήμασιν.
p.171.v.11.interpolatum.
v.23.καί περ.
v.25.καίπερ.
p.177.v.28.πόντου.
p.178.v.13.MS.
v.28.ἀνδρῶν.
p.181.v.6.ἔθαψαν.
p.182.v.16.εἰνάλιαι.
p.183.v.7.Ἀχιλλείοις.
v.22.Thetidos.
p.192.v.28.Ωπάντα.
v.31.ἀποικία.
v.32.τόπων.
p.195.v.9.Iulius.
v.10.Polyiſtor.
p.197.v.20.Ἀρισείδης.
p.199.v.1.Meleſigenem.
p.201.v.4.Γεννῆται.
v.11. poſt *Oritur*, adde, & Agathãgelus Byzantius de Rhodo. Λίνδον ἐπιλιπόντε, καὶ ἀφικνόεντα Κάμφρον, ὧν ἡ τοῦ Μελησιγενοῦς ὁμήρου μέμνηται Καλλιόπη.
p.212.v.3.Βιθυνίας.
v.29.Colophoni.
p.213.v.9.Phaſelitæ.

p.213.v.8.Ἀντιμάχυ.
p.218.v.6.*adde post applicasse*,(quibus non applicauit nec ea laudans Herodotus, qui eum Cumæum nō Smyrnæum facit.)
p.220.v.10.adde post ἀνηγόρευσαν,οἱ δὲ Χῖον.
v.21.πόσοι.
p.221.v.29.προχάζόμενοι.
p.222.v.1.futilium.
v.18.*Hellanicus.*
p.223.v.7.negas.
v.16.amitterent.
p.224.v.15.ὠνομασμένον.
p.225.v.31.τρυφώντων.
p.226.v.31.ἐπικισσομένων.
p.227.v.16.χαρέντες.
p.240.v.18.αἰεὶ.
p.246 v.27.θαυμάσαι.
v.30παιδευτέον.
v.31.Στάγειραν,Σταγειρίτην.
p.249.v.5.*olim.*
v.18.*Non si me.*
p.253.v.18.Sosandræ.
v.24.Perotti.

p.254.v.13.Aleandri.
p.255.v.18.*Ricco.*
p.256.v.10.Hippicon.
p.259.v.7.*aguisa.*
p.262.v.13.πρώτισται.
v.23.ἕδρας.
p.265.v.17.nodum.
p.266.v.6.πωλεῖσθαι.
p.268.v.20.diuendis.
p.269.v.28.Ὀδυσσείας.
p.271.v.29. habitationē.
p.274.v.4.ἔχει.
p.276.v.25.Gelliano.
p.277.v.16.*delectantur.*
p.279.v.3.*adde.* Ludouic. Nōnius Cōment. in Hub. Golt. Græciam.*Fatetur etiam se Chium Homerus hymno in Appollinem.*τυφλὸς ἀνήρ,οἰκεῖ δὲ.&c.
p.284.v.10.πωλεῖσθαι.
v.12.οἰκεῖ.
p.285.v.5.Homeri.
p.286.v.10.*ciuem.*
p.288.v.27.plena.
p.295.v.8.traditur.

Errata

Errata in Carminibus Græcis de Natalibus Homeri.

PAg. 8. v. 4. ἔσυγε.
v. 26. μακάρων.
p. 10. v. 8. Ἡ ῥὰ.
p. 12. v. 3. ῥαθάμιγξι.
v. 11. θηλυτεράων τε.
v. 21. διηνεκέων.
v. 21. ἐπεὶ μακάρων.
p. 14. v. 1. ἀλαστήσασα.
v. 16. καί με χόλος.
v. 27. περιπλασθεῖσα.
p. 16. v. 17. δι᾽ ἑαυτοῦ.
v. 18. ἄλθεσι.
v. 25. ὑποζευχθεῖσα.
v. 31. ναὸς.
p. 18. v. 5. ῥάβδοις.
v. 14. ἔλιπε.
p. 20. v. 2. ἄνωγε.
v. 5. Ἡ ῥὰ.
v. 16. ἀλλοτρίης.
v. 16. ἐνέπαιξεν.
v. 23. δυσδαίμονος Ἥρης
p. 22. v. 15. ἀρείων.
v. 17. βαθὺν.
p. 24. v. 11. πήχυον.
v. 26. πλέκε.
p. 26. v. 17. Ζηνὶ.
v. 25. ἔνθα.
v. 31. μῆνιν.

p. 28. v. 29. ἐχέγγυον.
p. 30. v. 18. μένος.
v. 25. βίην.
p. 34. v. 28. ἠϊθέων.
p. 36. v. 1. δῆνε.
v. 5. ἔνευσε.
p. 40. v. 11. Παλλὰς δ᾽.
v. 12. ἑσσυμένως.
p. 42. v. 15. ἤγαγε.
v. 26. θυέων.
v. 29. θ᾽ ἱέρεια.
p. 46. v. 13. νέαις.
v. 14. Θεὰ.
v. 16. φάος.
v. 19. ἵκετο.
p. 48. v. 15. ζηλήμονι.
v. 17. φίλον.
p. 50. v. 9. πολυγηθὲς.
p. 50. v. 14. ἠδυθρόε.
p. 52. v. 16. Ἡρώων.
v. 17. Βουγενέες δὲ.
v. 32. ἀλλοδαποῖς.
p. 54. v. 14. μαρμαρέας.
v. 16. Μαιόμενος.
v. 25. Μέλητος.
p. 56. v. 4. Τρώων.
v. 7. Κυδιάλιμον.
v. 9. Κάλχαντα.

V. 10.

v.10.Φόινικα Νέστορος.
p.58.v.21.ἐπέεσσι.
v.25.dele τε.
p.62.v.4.ἐπέκρηνε.
v.22.ἀργαλέας.
p.64.v.6.Κρέξον.
v.9.Ὧδε ἦ κρέλλιοσ.

p.66.v.2.Ὅν.
v.15.Ὀστέατ᾽.
v.22.Τείρεσιν,
v.24.γε μόνῳ.
p.68.v.1.ἐτήτυμον.
v.8.Σπείεσιν.
v.15.φωσίν.

In Natalibus Homeri in Interpretatione Latina.

PAg.7.v.7.montique.
v.12.assutum.
p.19.v.19.vix it.
p.23.v.9.si prensans.
v.23 ipsam.
p.31.v 26.immorsis.
p.35.v.26.Phosphorus.
p.41.v.10.ipsa.
p.43.v.28.vnguine.
p.47.v.22.scuta.
p.51.v.5.Ὁμήρου.
v.11.dicentur.

v.12.Quos.
p.53.v.17.visæ.
p.55.v.10.tibi.
v.13.arcu.
p.57.v.1.Rhessus.
v.3.erunt.
v.14.turris.
p.59.v.5.Siren.
p.61.v.25.vrbs alma.
v.32.stultûm.
p.63.v.32.ni tua.
p.65.v.3.è terris.

Reliqua per te pro æquitate tua corriges Lector.